ad quod ratio formalis illius se extendit: quia principium quod habet precise rationem formalem producendi, ut possit producere. Si ergo productio eiusdem rationis posset plurificari: et per consequens a esse in infinitum: necessario esset actu infinitum: quia possibilitas in diuinis ponit necessitatem: vt ponitur. 3. phy. t. c. 32. Coment. generaliter dicit ab esse nihil differt in perpetuis. id est quod in perpetuis quod est possibile: actu est: vt clarius patet secundum aliam translationem vbi habetur: quod in eternis non est differentia inter possibile. et id quod est quod debet intelligi de esse pertinente ad naturam eterni. Unde Com. ibi in fine com. et cuius fuerit possibile aliquid esse de natura rerum eternarum illud erit necessarium: non contingens. ¶ Ibi. Tertio declaratur iuxta intentionem philosophi. Hec ratio stat in hoc breuiter: Quod non habet materiam contrahentem ad esse indiuiduum est simpliciter implurificabile: sed omnia eterna siue necessaria secundum mentem philosophi non habent differentiam contrahentem ad esse indiuisibile cum sint de se hec. ergo impossibile est productionem eiusdem rationis in diuinis plurificari. maior est nota. quia plurificabile in plura eiusdem rationis est contrahibile ad illa plura per alia et alia rationem indiuidualem. minor patet per philosophum. 12. meta. t. c. 40. vbi arguit: quod non possunt esse plures celi: quia non possunt esse plura mouentia prima. Hoc probat: quia quecunque sunt numero multa vnum autem specie habent materiam: primum autem mouens non habet materiam: est enim actus purus. Unum ergo et ratione et numero primum mouens: et immobile ens. Et hoc infert vnum igitur celum. Ait enim sic secundum aliam translationem. Quoniam autem celum est vnum manifestum est quod si plures celi fuerint erunt sicut homines. Si autem principium vnius hominis est vnum et fuerit numero vnum plura et aliud numero multum habet materiam. Sermo enim vnus quod est idem est etiam pluribus: non sermo hominis .i. secundum Com. Ea que sunt vnum in ratione .i. diffinitione sunt plura in numero: vt homo qui est vnus in numero et plura in potentia: vt Sor. et Pla. Sequitur in tex. Quod autem est essentia prima non habet materiam: quia est perfectio .i. secundum Comet. quod prima essentia que significat esse rei oportet vt non habeat materiam: quoniam si haberet materiam: haberet aliam essentiam: et sic in infinitum: et ideo necesse est: vt prima forma que est perfectio et finis non habeat materiam. erit ergo simplex. et omne simplex est in non materia. Sequitur in tex. Primus igitur motor quod non mouetur est vnus ratione et numero. Motor igitur motus continui. oportet semper vt sit vnus tantum: ergo vnum celum est tantum. i. secundum Com. et si motor est vnus numero ergo ipsum primum motum ab eo si mouetur motu continuo est vnum etiam numero: et si celum est tale: vt declaratum est ergo celum est vnum numero: mouetur enim vno motu continuo ab vno motore numero et diffinitione. hec ille. ¶ Ibi. Ex ista intentione philosophi videtur confirmari illa prima ratio adducta in primo articulo quod. s. entitas numeralis necessario competit cuilibet forme immateriali eiusdem rationis. Sed considerando intentionem Aristo. in diuersis locis textus. Hic doc. intendit ostendere quod philosophus in proposito loquatur tantum de materia que est ratio indiuiduandi: siue contrahendi naturam ad esse indiuiduale. Et primo ostendit quomodo diuersimode loquitur de materia in diuersis locis: vt facilius cognoscatur quomodo in proposito tantum loquatur de materia que est ratio formalis indiuiduandi. de qua prolixe dictum est in secundo di. 3. q. 6. Dicit igitur doc. quod philosophus quandoque accipit materiam pro principio receptiuo faciente compositionem cum actu: siue cum forma: quo dicit materiam et formam esse duo principia: vt patet primo phy. t. c. 65. et 79. Hoc idem secundo phy. et secundo de anima t. 5. et 12. meta et primo celi et alibi sepe. Dicitur igitur materia principium receptiuum: et per oppositum forma habet rationem actus. Alio modo forma dicitur quiditas secundum philosophum in multis locis: et per oppositum materia dicitur quicquid habet rationem contrahentis vel determinantis ipsam quiditatem: et hoc modo differentia indiuidualis quecunque sit ipsa dicitur materia respectu quiditatis specifice. Et dicit doc. quecunque sit ipsa: quia siue differentia indiuidualis accipiatur pro duplici negatione: vt patet per Henri. qui dicit: quod indiuiduum dicit negationem diuisibilitatis in se et negationem identitatis cum alio: vt patet in secundo dist. 3. q. 2. siue accipiatur pro existentia rei materialis. vt ponit Boetius: vt patebit in secundo sententiarum di. 3. Dicit ergo quod quocunque modo accipiatur differentia indiuidualis: potest dici habere rationem materie. pro quanto est contractiua quiditatis specifice. Sed tale contrahens: vel determinans potest dupliciter intelligi. Uno modo quasi intrinsecum inferiori sic determinato sub tali com. Alio modo quasi presuppositum determinato. Exemplum. differentia indiuidualis Sor. contrahit hominem primo modo. que est intrinseca Sor. et secundo modo hoc corpus contrahit albedinem vel colorem: quia in alio corpore est alia albedo Et secundum hoc: si non possent esse nisi tria corpora: non possent esse nisi tres albedines. Contrahens tamen secundo modo potest reduci ad materiam primo modo: pro quanto dicitur contractiua. vel saltem in diuinis quasi materiam. Et sic proprietates hypostatice: siue personales possunt dici quasi materia non quod determinent essentiam diuinam: sed determinant personas/siue hypostases. vt patet per Dama. li. t. c. 5. vel. 10. et lib. 2. c. 6. Relatio inquit non determinat naturam: sed hypostasim. et sic proprietas personalis non dicitur actus nature sed actus hypostasis. vt patet a doc. in primo. di. 1. q. 2. et di. 26. Potest etiam dici quod supposita diuina determinant relationes communes eiusdem rationis: quia quot sunt persone diuine: tot sunt etiam equalitates/vel similitudines/vel identitates. Alia est enim equalitas in patre: et alia in filio. vt patet in primo di. 31. Ubicunque igitur est pluralitas eiusdem rationis ibi necesse est ponere materiam: accipiendo materiam non pro receptiue/sed pro contrahente: siue vel sic accipiendo. s. primo vel secundo modo: quia nullo modo potest poni naturam que est vnius rationis plurificari: nisi sit aliquid contrahens hoc modo vel illo. Non enim potest poni naturam humanam plurificari in plura indiuidua eiusdem rationis: nisi per aliam et aliam differentiam indiuidualem. Nec similiter potest poni albedinem plurificari in plura subiecta: nisi illa subiecta precise determinent eam ad certum numerum. Aduerte tamen quod isto secundo modo subiectum non dicitur determinare albedinem vt dicatur hec: sit enim hec per propriam hecceitatem. Nota. Et similiter relationes communes sunt de se hec: ita quod equalitas que est in filio est de se hec. Dicimus tamen quod subiecta determinant ad certum numerum: quia communiter non numerantur accidentia eiusdem rationis nisi ad numerum subiectorum. Nam plura accidentia precise numero differentia possunt esse in eodem subiecto. etiam loquendo de accidentibus absolutis. vt patet a doc. in tertio di. 8. et in. 5. meta. doc. q. 7. Illa igitur accidentia essent precise numero distincta. Patet etiam quomodo deus posset facere plures albedines numero distinctas sine subiecto. vt posset probari per dicta doct. in secundo di. 12. q. 2. et de facto patet quomodo ponuntur plures quantitates eiusdem rationis separate a subiecto. vt in sacramento eucharistie. posset etiam facere plures albedines in vno subiecto. vt doc. vult innuere in tertio di. 8. et in. 5. met. sue. q. 7. Non vult ergo doc. hic. quod talia eiusdem rationis sint precise determinata ad certum numerum propter numerum subiectorum. Cum ergo dicat quod nullo modo potest poni naturam que est eiusdem rationis plurificari: nisi sit aliquid contrahens hoc modo vel illo: et cum dicat naturam contrahi et plurificari per aliam et aliam differentiam indiuidualem. Hoc dicit secundum intentionem propriam. Nota. Cum vero dicat formam eiusdem rationis vt albedinem: vel aliquod aliud accidens determinari ad certum numerum per aliud et aliud subiectum. Hoc non dicit secundum intentionem propriam: intelligendo quod illa certa pluralitas sit precise per aliud et aliud subiectum. vt supra patet. Sequitur et patet oppositum: vbi non est hoc modo materia: impossibilis est pluralitas eiusdem rationis: sed nec talis materia est possibilis respectu productionum in diuinis: quia nihil tale contrahens: vel determinans posset esse: nisi determinatum ad certam pluralitatem: et per consequens: nisi prius habens pluralitatem alterius rationis: vt supra patet in secunda ratione. et nulla pluralitas alterius rationis posset poni prior productionibus talibus. vt supra patuit. Et sic applicata est intentio philosophi ad conclusionem hic intenta. ¶ Ibi. Sed inquirendo qualiter et vbi generaliter secundum philosophum habeat veritatem. Uidetur dicendum quod philosophus diceret quod nec talis materia poni posset in aliquo quod est in diuinis. i. materia secundo modo: immo nec in aliquo immateriali. Unde dicit. 7. meta. c. 9. t. c. 41. quod quid erat esse et vnumquodque in quibusdam idem. vt in primis substantiis. vt curuitas et curuitatis esse. i. quod quid erat esse et singulum cuius est in quibusdam est idem. vt in primis substantiis. i. in speciebus vniuersalibus. vt curuitas et curuitatis esse quod quid est curuitatis sunt idem Sequitur in tex. Si prima est. i. si curuitas sit prima substantia et species. Sequitur in tex. Dico autem primam que non dicitur per aliud in alio esse: vt subiecto vel materia. Quecunque vero vt materia: aut concepta cum materia: non idem neque secundum accidens vnum: vt Sortes et musicum: et vocat hic primam substantiam que non habet formam in subiecto et in materia signata et indiuiduali. Quecunque vero sunt concepta vt materia: aut concepta cum materia. s. indiuiduali: vt sunt singularia non sunt idem. s. quod quid est cum eo cuius est. Sed hec auctoritas exposita est supra in secundo di. 3. q. 5. Et sic patet quomodo philosophus non vult nisi dicere quod in immaterialibus non est idem quod quid est et illud cuius est. licet aliqui sic exponant.

De tertio articulo principali in quo doct. addu-

est tres instātias: duas cōtra questionem principalem q̄b⁹ pbat q̄ in diuinis possunt esse plures pductiones eiusdem rationis. Et tertia instantia est contra illam ppositionem superius dictam in scdo articulo. s. q̄ prima distinctio finita est necessario aliquorum alterius rōnis. Per primam ergo instantiam que est contra conclusionem: pbat q̄ generatio et spiratio sint eiusdē rationis: q̄a ois pductio cui⁹ pncipiū formale pductiuū: et termin⁹ formalis pductionis sunt eiusdem rōnis est principaliter eiusdē rōnis: hec pz specialiter de termino formali eiusdē rōnis p phm q̄nto phy. t. c. 4. vbi vult q̄ mot⁹: vel mutatio magis denoiat a termino ad quē: q̄ cōiter poni͂t termin⁹ formalis pductionis: q̄ a termino a quo. Et exēplificat ibi de generatione et corruptiōe. hoc idē patet. t. c. 18. et 19. vbi exēplificat idē de motu alterationis. et augmētationis: et diminutionis et c̄. Si ergo phs vult q̄ pductiōes quaꝝ termini formales ad quē sunt eiusdē rōnis: sint eiusdē rationis: a fortiori ille erūt eiusdē rationis: quaꝝ termini formales sunt eiusdē rationis: et principia formalia pductiua: sunt eiusdē rationis: nō tm̄ adinuicē: sed etiā cū terminis formalib⁹. sed in pposito eadē essentia diuina est principiū formale pductiuū: tā respectu generationis filij: q̄ spiratiōis spirit⁹ sancti: et ē eadē termino formali vtriusq̄ pductionis: ergo generatio et spiratio sunt eiusdē rōnis mi. patet p auctoritatē Hilarij et Aug. quo ad hāc ptē. s. q̄ essentia sit terminus formalis. Nā Hilarius vult q̄ sicut fili⁹ nihil habet nisi natū. i. nisi q̄d nascendo accepit: et spirit⁹ sanct⁹ nihil habet nisi q̄d procedendo accepit: sed accepit essentiam: et patet q̄ non accepit eam nisi vt terminus formalis pductionis. Sicut dicimus q̄ genitū accepit naturā a generante: et patet q̄ nō accepit eā nisi vt terminū formalē. Patet etiā p Aug. 15. de tri. c. 26. Sicut filio inquit prestat essentiā de patre generatio. siue cōicat: ita spiritui sancto de vtroq̄ processio: sed essentiā sic cōicari per generationē/et spirationē: nō intelligitur cōicari nisi vt terminus formalis. Sicut etiam natura creata per generationē cōmunicatur supposito non intelligit͂ cōmunicari supposito: nisi vt termin⁹ formalis generatiōis. Et sic patet quomō essentia est termin⁹ formalis vtriusq̄ productionis. Et hoc prolix⁹ ostensum est in primo di. 5. q. 2. Alia pars. s. q̄ sit principiū formale productiuum. patet: quia nunq̄ termin⁹ formalis pōt aliq̄ mō eē prior. vl̄ prioritate origīs/ vl̄ prioritate pfectiōis illo pncipio formali pducēdi. patet q̄a terminus formalis p principiū formale productiuū capit esse simpliciter: vl̄ in se sicut est in creaturis: vel in alio tm̄: sicut essentia diuina capit esse non in se: sed tm̄ in persona producta: pro quanto intelligit͂ sibi cōicari. Cū ergo essentia diuia sit simpliciter prīmū ens tā primitate pfectionis q̄ originis: vt patet. q. 1. ar. p̄. Et illa est simpliciter prīmus termin⁹ formalis. sequit͂ q̄ erit pncipiū formale pductiōis. Minor etiā pbat͂ q̄tū ad vtrāq̄ ptem. per hoc: quia illud est principiū formale et termin⁹ formalis: in quo pducēs assimilat͂ pducto: et precipue qñ ē pductio vniuoca: sicut in proposito generatio filij in diuinis est simpliciter vniuoca: quia generans et genitū sunt eiusdē rōnis: similiter spiratio est vniuoca. quia spirans et spiratus sunt eiusdem rationis: et hoc satis patet in primo dist. 7. et 13. Cum ergo prima assimilatio producentis ad productū

Opi. Hē. in diuinis est essentia illa: vt essentia. (Et loquitur hic de prima assimilatione fundamētali: supple que est ratio formalis fundamentalis: qua pductum assimilat͂ pducēti) ergo illa essentia est formalis terminus vtriusq̄ productionis. et formale pncipiū pducēdi. ¶ Respondet doc. pmo recitādo duas opi. quas etiā improbat. q. 4. Prima est Hen. in sum. arti. 39. q. 3. qui vult q̄ licet essentia sit principiū elicitiuum vtriusq̄ productionis: non tm̄ est sic imediatū principium: nisi per aliud et aliud determinatiuū. Uult ergo q̄ essentia non vt absolute sumpta: sed vt determinat͂ per generationē actiuā: sit principium elicitiuū pductionis filij et vt determinat͂ p spirationem actiuā sit pncipium spiratiōis. s. s. ¶ Cōtra hoc instat doc. quia si essentia non est ex se determinata respectu vtriusq̄ pductionis: sed determinat͂ per generationē et spirationem. tūc quero aut est ex se determinata ad illos duos respectus: qui ponunt͂ alterius rationis. s. ad generationē et spirationem: aut non est ex se determinata. Si primo mō ita videt͂ ɔcedēdū q̄ sit ex se detminata ad illas duas pductiones. cum nō sit maior ratio de vno q̄ de alio. Si scdo mō ergo determinabit͂ ad illos duos respectus alteri⁹ rōnis: p alios duos alteri⁹ rōnis. et tūc q̄ro vt prius: aut ē ex se determinata ad illos duos: aut nō: si sic q̄ ē ex se detminata ad illos duos p q̄s detmiat͂ ad pductiōes filij et s. s. cū nō sit maior rō de vno q̄ de alio. Aut nō ē ex se detminata: sz detminat͂ adhuc p alios duos: tūc erit pcessus i infinitum. Et si talis pcessus sit impossibilis. statim sequitur: q̄ determinata per illos respectus: vt per principia determinatiua: non sufficit: quia non oportet ponere q̄ ex se sit determinata ad vtrāq̄ productionem cum non sit maior ratio q̄ sit determinata ad illas pductiones q̄ sit determinata ad illos respectus determinatiuos eēntie ad illas pductiones: vel oportebit ponere pcessum in infinitum. ¶ Secundo instat contra hanc opi. q̄ tunc sequeretur q̄ idē eēt determinatiuū sui. patet. q̄ per Hen. eēntia diuina determinatur ad generationem filij per paternitatem. vel p generatiuitatem: que tm̄ in re nihil aliud ē: nisi generatio actiua. vt infra patebit. q. 4. et in primo satis patuit di. 28. q. 3. siue vlt. ergo eēntia diuina determinatur ad gn̄ationē actiuam per generationem. et sic idem est determinatiuum sui.

¶ Secunda opi. est Adā li. 1. di. 6. q. 1. art. 2. qui dicit q̄ sola eēntia est principium formale pductiuum vtriusq̄ pductionis: cum sit simpliciter illimitata. et ille pductiōes erūt alterius ratiōis: q̄ aliqua pluralitas est simpliciter prima: et illa necessario erit alterius rationis. Falsa est ergo illa ppositio q̄ vbicunq̄ est idem principium et idem terminus q̄ ibi sit eadem pductio: q̄ hoc non est verum de principio omnino illimitato: quale est eēntia diuina: sed tm̄ est verū de principio limitato. Adē op's mo. ¶ Cōtra hāc opi. instat doc. q̄ si eēntia diuina est immediatum principium tam filij q̄ s. s. Tūc spūs. s. ex vi pductionis sue: nō dr̄ magis spūs. s. q̄ verbum. nec verbum magis verbum q̄ spūs san. Cum tm̄ verbum non dicatur verbum: nisi q̄ natum: et spūs sanctus: nisi q̄ datus: et sic v̄bum dr̄ verbum de memoria natum p modū nature: et spūs sanctus dr̄ datus: q̄ libere pductus p modum voluntatis. Secundo instat q̄ sequeretur q̄ non magis prīmo verbum eēt pductum q̄ spūs sanctus. patet. q̄ suppositū habens idem pricipium formale pfectum aliquarum pductionum potest ita primo per illud principium in vnam illaꝝ sicut in aliam. Et ita prima persona eque primo posset pducere spiritum sctm̄ sicut et filium: et ita spūs sanctus non necessario eēt a filio. Et ille due pductiones cum sua improbationibus clare patent in primo di. 13. ¶ Ibi tertio modo conceditur minor. Hic doc. ponit responsionem ppriam que ē satis clara. maior eñ rōnis est vera: loquendo de principio formali totali: et de termino formali totali. Sed in pposito eēntia diuina non est totale pncipium pductiuum: nec filij: nec spūs sancti: sed respectu filij est eēntia diuina: vt perfecte p̄sens intellectui diuino sic q̄ vtrūq̄ est principium formale pductiuum ptiale: licet eēntia diuina sit magis pricipale. Ex quibus integratur vnum pncipium formale totale. quod dr̄ memoria fecūda. Et siliter respectu. s. s. eēntia diuina: vt pfecte p̄sens volūtati per actū cognoscēdi ē pricipiū ptiale respectu. s. s. et pncipale et voluntas diuia aliud ptiale et integrant vnum pncipium totale: sic q̄ intellectus et voluntas non concurrunt: vt pncipia tm̄ determinatiua: sed vt pncipia vere ptialiter pductiua. Et hoc magis prolixe patet in primo di. 2. parte. 2. q. 3. et di. 7. et 13. et in scdo. dist. 1. q. 1. vide ibi. Similiter terminus formalis pductiōis loquendo de termino totali non est sola eēntia diuina: sed terminus totalis generationis filij est persona filij constituta ex eēntia et ppnetate. Aduerte tm̄ q̄ loquendo de termino formali totali: nulle pductiones possent dici eiusdem rationis adinuicē: vt p̄ase denominantur a termino totali et patet. q̄ generatio Sor. et generatio Ioānis: vt denominantur a Ioāne et Sorte pductis: non dicerētur p̄ase eiusdem rationis: q̄ Sortes et Ioānes. et si ratione nature humane sint eiusdem rationis. ratione tm̄ proprietatis indiuidualis que proprietates sunt prīmo diuerse. vt patet a doc. in primo di. 3. et 25. non eēnt eiusdem rationis: tm̄ ɔmuniter productio denominatur non a termino totali: sed a termino formali partiali et principali: qualis est natura cōmunicata siue forma. Et sic in proposito generatio et spiratio in diuinis. vt denominant͂ a termino formali principali: qui ē eēntia diuina sunt eiusdem rationis: vt vero denoiantur a proprietatibus cōstitutiuis sunt simpliciter alterius rationis tm̄ ab illis non hñt q̄ sint alterius rationis: nisi precise ex q̄dam denoiatione extrinseca: sed originatiue habent ab intellectu et voluntate q̄ sint alterius rationis tanq̄ a principiis formalibus originatiuis alterius et alterius rōnis partialibus tamen: et nunq̄ principalibus. Duo rōne termini rōnalis formalis productiones sint eiusdē rōnis et quō nō. ¶ Secundo instat contra eandem conclusionem probando q̄ possint esse plures generationes: et arguit sic. Habens principium formale producendi perfectum: potest illo producere: sed fili⁹ habet principium formale dicendi vel generandi perfectū ergo et c̄. Probatio maioris: quia ideo est suppositum potens agere: quia habet principium agēdi et maxime perfectum.

Probatio minoris memoria perfecta est principium dicēdi siue generandi: ⁊ eam habet filius: vt patet. 5. de tri. c. 7.

¶ Respondet ⁊ primo ad rem: secūdo ad formam. Ad rem responsio stat in hoc q̄ memoria in diuinis habet tm̄ vnam productionem sibi perfecte adequatam: sic adequatā q̄ est simpliciter impossibile habere aliam: immo sic habet illa determinate: q̄ si illam non haberet: esset simpliciter impossibile posse habere aliam: ⁊ illa productio sic est ibi necessaria q̄ si illa precise non esset: nec alia posset esse. Et ratio est: q̄a quicq̄d est in diuinis est ita necessario q̄ est impossibile illud idem non esse: ⁊ si per impossibile illud non esset: aliud eiusdem rōnis nō posset esse: ⁊ patet discurrēdo i oībus. Nā natura diuina sic necessario est de se hec: q̄ si illa p̄cise nō esset nec alia eiusdem rationis posset esse: patet. q̄a si alia posset ergo illa nō fuit de se: ⁊ ex sua rōne formali hec patet: quia si alia posset esse: ergo natura diuina esset determinabilis per illam aliam: ergo non esset de se hec: imo si alia posset esse: ergo ⁊ infinite: vt supra patuit. arti. 2. ⁊ in p̄mo di. 2. p̄te. 2. Et sicut dixi de natura diuina. hoc idē patet de omni alio i deo: quia quicquid est ibi ex sua entitate formali est simpliciter in vltima actualitate. ita q̄ non est determinabile ad vlteriorem actualitatem: nec per consequens ad aliquā hecheitatē ⁊ hoc in re (quicquid sit de cōceptu). ⁊ per consequens de se hoc ⁊ si illud nō esset. aliud nō posset esse. Et dico vltra q̄ q̄uis similitudo que est in filio sit eiusdem rationis cū illa que est in patre (non tamen sic intelligendo q̄ in deo sit similitudo habens maiorem vnitatē vnitate numerali preter omne opus intellectus: quia ē simpliciter impossibile: sed dr̄ eiusdē rationis pro quanto ab illa que est in patre: ⁊ ab illa que est in filio potest abstrahi vnus conceptus dictus in quid de illis) tamen illa que est in filio sic de se ⁊ ex natura rei est hec: q̄ si illa nō esset: nec alia posset esse i filio: idem dico de illa que est in patre. Et hec est ratio immediatissima: quare in diuinis non possunt esse plures productiones eiusdem rationis. Tūc vltra talis memoria erit tm̄ principium formale p̄ducendi vnā tm̄ p̄ductionē: ⁊ habita illa est impossibile q̄ sit ratio formalis respectu alterius p̄ductionis. Cū ergo illa memoria vt in filio preintelligat habere illam vnicam productionez est impossibile q̄ ipsi filio sit principium formale producendi: quia si esset principiuz formale producendi ipsi filio. aut ergo erit ratio producēdi eūdem filium: aut aliū. Nō primo: quia tunc filius gigneret se ipsum qd̄ mens nō capit. Non secundo: quia tunc esset principium duorū productionum qd̄ est impossibile. vt supra expositum est. ¶ Ad formam argumenti vbi est tm̄ difficultas grammaticalis ⁊ non realis. Et est aliqualis difficultas de hoc qd̄ ē habere. vl̄ hēri q2 hēri pōt multipliciter accipi: vt pz in predicamentis proprie tn̄ non dr̄ aliquid formā habere: nisi habeat eam: sicut formā. hoc est per moduz forme informātis. quia aliter nō est nata haberi ab aliquo: vt patet. Et vlterius nomē abstractū significans principiuz agendi cōstructū cū gerūdiuo significāte aliquā actionē natū est haberi a supposito vt sit illi principiū agēdi tali actione. Exēplum habeo potentiam videdi: potētia est quid abstractū: quia abstrahit a potēte: quia potens est potēs potentia. Et hoc verbū vidēdi est gerūdiuū significans actionem: ⁊ constituitur cū potētia. Si ergo habeo potētiam videdi: nō tm̄ habeo illam: vt formā, sicut cum dico habeo albedinem. si em̄ haberē potētiam: vt precise formā informātem: tūc haberē eam absolute: ⁊ nō constructam cū aliquo gerundiuo) sed habeo illam vt principiū operatiuū sm̄ illā formā: similiter ista grāmatica patet ex vsu loquēdi. Quāuis em̄ hec sit vera filius dei scit generationem p̄ris: quia vere cognoscit illam: tamen hec est falsa filius dei habet scientiam generandi: quia tūc filius haberet eā vt principiū operandi tali actione: qd̄ est falsuz: vt supra patuit: ⁊ sic in multis alijs pōt exemplificari. Sic dico in proposito: q̄ habēs principium formale producendi ⁊c̄. est illi habenti principiū formale producendi: productione cōuenienti tali principio. Et tunc negatur ista. s. filius habet principium formale generandi: quia tunc sequeretur q̄ illo posset generare: ⁊ cum probatur: quia filius habet memoriam que est principium formale dicendi. Dicit doc. q̄ hec propositio: memoria est principium dicendi perfectū: est propositio trūcata: ⁊ oporet eam supplere per aliquod datiuum additum significās cui sit principium dicendi: quia si queratur cui memoria est principium dicendi: ex quo enī ipsa est principium tm̄ quo: ⁊ non quod: oporet supplere suppositum cui. s. sit principiuz. non em̄ cuicūq3 supposito est principium dicendi. patet. q̄a nō supposito. puta lapidis. Si etiā3 accipiatur absolute nō addendo cui: sed vt est indifferens ad supposita: potest concedi q̄ memoria est pricipium dicendi absolute. sicut etiam conceditur q̄ calor absolute est potentia calefaciendi: nec plus ponit illa minor: ⁊ q̄ filius habeat memoriam perfectam. patet. quia eandem essentiam ⁊ eūdem intellectum quem pater habet. Sed vltra cōcludendo. filius habet memoriam: vt principium dicendi: fit fallacia amphybologie: quia ex vi constructionis notatur in conclusione q̄ actus dicendi non tm̄ comparatur ad principium formale. s. ad memoriam perfectam absolute sumptam: sed etiam ad suppositum: vt egrediens ab illo. qd̄ tamen nō notatur cum dicatur. filius habet memoriam perfectam. Est etiam fallacia figure dictionis: quia per similitudinem dictionis actus significati in gerundiuo in premissa ⁊ conclusione: commutatur habitudo actus ad formale principium in habitudinē actus ad suppositum agens. ⁊ sic commutatur quale quid in hoc aliquid: quia in prima accipitur principium absolute in supposito in secunda accipitur principium vt est rō agendi supposito. Fit etiam fallacia consequentis: quia in maiori habetur actus signatus in gerundiuo i vniuersali ad nullum suppositum comparat⁹: vt cum dicatur memoria ē principium perfectum dicendi: ⁊ in conclusione determinat ad certum suppositum: vt cum dicitur ergo filius habet memoriam vt est principiū formale dicendi. ¶ Tertio instat contra illam propositionem. s. q̄ prima distinctio finita aliquorum alterius rationis. Et instat dupliciter primo: quia vnitati est immediatior distinctio minor q̄ maior. patet. q2 ex quo vnum est oīno indistinctum: sequitur: q̄ quanto aliqua sunt magis propinqua vnitati: tāto magis sunt indistincta sicut etiam quoad entitatem: quanto magis aliquid appropinquat perfectissimo enti: tāto est perfectius: q2 magis participat illud: sic quāto aliquid magis appropinquat prime vnitati: tanto magis erit vnum: ⁊ quanto magis vnum: tanto magis indistinctum: ⁊ per consequens minus distictum. Cum ergo distinctio eiusdem rationis sit minor q̄ distictio alterius rationis: sequitur q̄ illa erit magis propinqua prime vnitati. Et si pōatur q̄ generatio ⁊ spiratio sint simpliciter primo distincta. sequitur q̄ tantum erunt distincta vt eiusdem rationis. ¶ Secundo q̄a a deo possunt esse immediate plura creata in eadem specie: ergo possibile est q̄ pluralitas eiusdem ratiōis sit omnino prima ⁊ immediata vnitati: ergo sicut in causa prima pōt esse pluralitas causatorum immediata eiusdem rationis: ita in principio vt in patre possunt esse principiata accipiendo principiata p̄ ipsis p̄ductionib⁹ passiuis: vt simpliciter eiusdem rōnis. ¶ Ad primum istorum respondet doc. ⁊ p̄io ad rem: ⁊ deinde ad formam argumēti. quo ad rem dicit q̄ primo pluralitas necessario finita est alterius rationis. Et dicit necessario finita: quia pluralitas que est contingens ⁊ contingenter finita posset esse eiusdem ratiōis: quia duo eiusdem speciei potuissent immediate causari a deo ad extra. nam quelibet necessario finita si non est alterius ratiōis: necessario precipit aliquam alteri⁹ rationis per quam necessario determinetur: vt patuit in secūdo arti. Cum ergo prima pluralitas in diuinis sit prima: ⁊ necessario finita. q̄ prima patet: q2 ante productionem personarum nulla est ibi pluralitas: accipiēdo pluralitatem pro pluralitate reali distictorum adinuicē licet em̄ sit ibi pluralitas prior aliquorum formaliter distinctorum: vt patet de attributis que formaliter distinguūtur adinuicem. vt patet a doc. in primo di. 8. q. pe. ⁊ illa pluralitas est prior p̄ductionibus diuinis: tamen illa nō potest dici p̄prie pluralitas: prima ergo pluralitas in diuinis est ipsarum productionum que est alterius rationis. Aduerte etiā q̄ generatio passiua: ⁊ spiratio passiua sunt simpliciter alterius rōnis: imo primo diuersa. s. in realitate: licet nō in conceptu vt tenet in primo di. 7. 13. ⁊. 26. tm̄ filius ⁊ spirit⁹. s. nō sunt alterius rationis adinuicē: immo simpliciter eiusdem rationis. vt tenet in primo di. 13. q2 includut naturam diuinam per quam dicūtur esse eiusdem rationis. Et q̄ talis pluralitas sit necessario finita. patet. quia in diuinis nulla est possibilis nisi ad illud quod est in actu. i. q̄ omne possibile in diuinis est necessario i suma actualitate. Si ergo aliqua pluralitas maior finita potest esse in diuinis illa necessario esset in actu. Et quia constat talem pluralitatem ibi non esse: sed tm̄ pluralitas finita statim sequitur q̄ illa finita erit necessario finita. ¶ Nunc quo ad formā argumenti dicit doc. q̄ maior pluralitas: vel minor: siue maior distictio vel minor. potest dupliciter intelligi. s. extensiue ⁊ intēsiue. Primo modo. s. extensiue minor pluralitas: siue minor distinctio precise accipitur p̄ maiori paucitate nūerali: ⁊ maior pluralitas: siue maior distinctio p̄cise accipitur pro minori paucitate numerali: sicut dicimus q̄ quattuor ē minor

Pondera singula

similitudo i p̄re ⁊ filio q̄uo dicat esse eiusdē rationis.

Notabilis regula scotica p̄pulchre exponitur.

Nota.

paucitas ꝙ duo. Loquendo ergo de distinctione maiori vel minori extensiue. patet ꝙ distinctio productionum in diuinis est simpliciter minor quia simpliciter minor pluralitas. ⁊ prio mō maxia paucitas: qꝛ maxima paucitas ē tm̄ dualitas: ⁊ ille ꝓductiões sunt ꝑcise due: ⁊ sic conceditur ꝙ prie vnitati est ꝓpinqor minor distictio extēsiue ꝙ maior: sed illa minor distinctio extensiue que est necessario finita: igitur illa erit necessario alterius rationis: vt supra patuit. Secūdo modo. s. intensiue loquendo de maiori vel minori distinctione: adhuc potest dupliciter intelligi. s. ꝙ sit maior vel minor distinctio aliquorum quantum ad per se formalē rationem distinctionis extremorum: ⁊ sic illa dicuntur magis distingui secundum per se rōnem formalem distinctionis extremorum que minus conueniūt in tertio ꝙ illa que magis conueniunt: ⁊ sic albedo ⁊ Sor. magis intensiue per se distiguuntur ꝙ Sor. ⁊ brunellus. patet. qꝛ Sor. ⁊ albedo nō conueniunt quidditatiue in aliquo genere/cum sint in diuersis predicamentis: sed Sor. ⁊ brunellus conueniunt in genere animalis. Aliqua vero dicitur magis distigui tm̄ materialiter siue p accidens: ⁊ hoc dupliciter. s. quia sunt magis incompossibilia adinuicem: ⁊ sic Sor. ⁊ Pla. magis distiguūtur: quia sunt incompossibiles in eodem ꝙ Sor. ⁊ albedo. patet. quia Sor. potest esse albus. vel quantum ad maiorē entitatem extremoꝝ. puta. quia extrema distincta sunt magis perfecta: ⁊ sic Sor. ⁊ Pla. magis distinguuntur ꝙ duo asini adinuicem. Aduerte ergo ꝙ aliqua que magis distinguuntur per se: magis sunt incompossibilia videlicet Sor. ⁊ albedo/⁊ aliqua que magis distinguuntur per se sunt magis incompossibilia. vt patet de Sor. ⁊ Platone. His premissis dicit doc. ꝙ si illa maior. s. vnitati est immediatior minor distinctio intelligatur de minori distinctione p accidēs siue materialiter pro quanto illa distincta sunt magis incōpossibilia ⁊ magis ens ꝙ illa ꝓpositio potest alicubi habere veritatem: quia alicui vni primo immediatior ē distictio rōnis ꝙ rei: ⁊ minor est distinctio rōnis quantū ad entitatē extremoꝝ: ⁊ incōpossibilitatē distinctoꝝ ꝙ distinctio realis nā in eodē colore sunt ille due intentiões scōe. s. genus ⁊ species: qꝛ color respectu superioris est species ⁊ respectu inferioris ē genus ꝗ tn̄ intentiões sunt minus ens ⁊ minus incōpossibiles ꝙ sint Sor. ⁊ Pla. adiuicē. Sꝫ in ꝓposito nō oportet de illa distinctiōe maiori vel minori curare: qꝛ i diuinis nō ponit aliq̄ distictio rōnis immediata prio enti a q̄ ꝓcedit ois multitudo. Sed loquēdo de maiori vel minori distictiōe intēsiue: ⁊ hoc quātū ad p se formalē rōnē distictiōis: illa maior ē simpliciter falsa. s. ꝙ vnitati sit imediatior distinctio minor ꝙ maior: qꝛ nulli dubiū ꝙ distictio eiusdē rōnis quātū ad p se formalē rōnē distictiōis ē minor ꝙ distictio alterius rōnis: qꝛ disticta alterius rōnis p se minus cōueniunt ꝙ illa q̄ sunt eiusdē rōnis. nā oportet ꝙ vni pmo: puta ēentie diuine a qua ꝓcedit aliqua distinctio: siue illa sit rei: siue rōnis immediatissima sit aliq̄ distictio alterius rōnis: qꝛ aliqua necessario finita: ⁊ qꝛ illa q̄ est alterius rōnis i diuinis est necessario prio finita. vt supra patuit: iō prie vnitati imediatior est distictio maior ꝙ minor: loquēdo de maiori vel minori intēsiue: ⁊ quantū ad p se formalē rōnē distinctiōis. ❡ Ad aliud patet rn̄sio: qꝛ causata a voluntate diuina ex quo sunt contingenter causata: non magis immediatius causant plura eiusdem rōnis ꝙ alterius. Et sic patet rn̄sio ad rōnem.

❡ Questio Tertia.

VTrum relatio diuina vt comparata ad essentiam sit ratio tm̄: ⁊ vt cōparata ad oppositum sit res. ❡ In ista. q. sunt principaliter tres articuli. Primo si relatio originis vt p̄nitas ⁊ filiatio in se sit res ⁊ que res. Secūdo si comparata ad eēntiam sit res ⁊ que res. Tertio q̄dā dubia occurrētia soluent. ❡ De primo: qꝛ de equiuoco nō est simpliciter respondendū cū sit de ipso prius distiguendū pp eius multiplex significatū. Sequit ⁊ hoc nomē res est equiocū. p3. qꝛ est cōis enti rōnis ⁊ enti reali: mō enti reali ⁊ enti rōnis nihil est cōe vniuocū. vt infra patet s doct. Deinde dicit doc. ꝙ hoc nomen res potest tripliciter accipi. s. communissime communiter ⁊ strictissime. Communissime dupliciter. prio. pro oī eo qd̄ verissime non est nihil: ⁊ est illud quod non includit cōtradictionem: quia solum illud est verissime nihil: vt patet de chimera que omnino nihil est: cum partes cōponentes sint simpliciter incōpossibiles: ⁊ pp talē incōpossibilitatē nullo mō pōt diffiniri vt innuit doc. i prio di. 3. q. 5. arti. 2. principali. Siliter simpliciter repugnat ꝙ negatio simplicit sit ens. Sequit qd̄ ei ē sic includēs ꝯtradictionem: sicut nō pōt eē extra aīam: ita nō pōt esse aliqd̄ intelligibile: vel aliqd̄ ens i aīa: quia nunꝗ cōtradictoriū cum contradictorio constituit vnum intelligibile neqꝫ sicut obiectum cum obiecto: neqꝫ sicut modus cū obiecto. Cōpossibilia em̄ ⁊ adinuicem vnibilia possunt constituere vnum intelligibile cōstitutū ex duobus p se intelligibilibus: patet: quia materia ⁊ forma substantialis sunt duo obiecta p se intelligibilia: vt exposui in pmo. di. 3. q. 4. ⁊ cōstituūt vnum per se intelligibile: vt ipsum compositum. Aliquando etiam constituit vnum intelligibile ex obiecto ⁊ mō intelligendi ipsius: sicut homo intelligit sub mō vniuersali: sic ꝙ homo est p se obiectum intelligibile: ⁊ vniuersalitas ē modus eius: vt patuit in scdo. di. 3. q. 1. In proposito autem includens contradictionem non est vnū obiectum intelligibile constitutum ex duobus obiectis intelligibilibus: lꝫ em̄ cōstituentia chimerā sint obiecta per se intelligibilia: vt seorsum sumpta: nullo tamen mō aliquid cōponūt cū sint simpliciter incōpossibilia: nec similiter est vnū constitutū ex obiecto et modo: quia vnum contradictoriū nullo mō est modus alterius contradictorij: cum sit ei simpliciter incōpossibile. modus autem intelligēdi est cōpossibilis obiecto intelligibili: vt patet. ❡ Sed occurrūt alique difficultates istis litera. Et primo dubitatur circa hoc qd̄ dicit. s. ꝙ illud qd̄ ē simpliciter nihil nō est vnū intelligibile: siue illud qd̄ includit contradictionem. s. posse esse aliqd̄ ēs: siue reale: siue rōnis posse esse vnū intelligibile. Arguit primo: quia ponens differentiā inter aliqua duo necessario cognoscit vtrūqꝫ: sic em̄ arguit pħs secūdo de anima ꝓbando sensum cōem esse: sed intellectus ponit differentiam inter illud qd̄ est aliquo mō ens: ⁊ inter illud qd̄ nullo modo est ens: ergo vtrūqꝫ est intelligibile. ❡ Secundo formans ꝓpositionem cognoscit extrema propositionis aliter non posset illam formare: sed intellectus format hanc propositionem: nihil simpliciter est nihil simpliciter. similiter istam: ens aliquo modo non est nihil simpliciter: ergo ⁊c̄. ❡ Tertio habens modū sub quo potest cognosci: est vere cognoscibile. patet: quia modus obiecti cognoscibilis ꝑsupponit obiectū cognoscibile: sed illd̄ qd̄ est nihil simpliciter est hmōi. patet. qa sibi pōt applicari aliqua secūda intētio sub qua pōt cognosci ipsum: quia pōt diuersimode comparari: ⁊ ex tali comparatione relinquitur in ipso relatio rationis. ergo ⁊c̄. Tum etiam quia sibi pōt applicari intentio vniuersalis: saltem sm̄ quid: patet. quia sicut ens est cōe oībus entibus. ita non ens est cōe omnibus non entibus: qa si affirmatio est cōis pluribus: ita negatio opposita erit similiter communis: vt patet a doc. in primo di. 28. ❡ Secundo principaliter dubitat de hoc qd̄ dicit. s. ꝙ vnū contradictorium non est modus obiecti respectu alterius contradictorij: quia ens rationis ⁊ non ens rationis cōtradicūt: ⁊ tamen ens rationis potest esse modus non enti rationis. patet. quia non enti rationis potest applicari ens rationis: patet comparando non ens rationis ad aliqua ergo vnū contradictorium potest esse modus alteri ꝯtradictorio ❡ Secundo vnum contradictorium cognoscitur per aliud ergo vnum est modus cognoscendi alteri: antecedens pꝫ: quia negatio cognoscit per affirmationē oppositam: vt patet. 3. de anima vbi vult philosophus ꝙ tenebra cognoscatur per lucem. nam per absentiam lucis cognoscitur tenebra: sic in proposito. ❡ Tertio principaliter dubitatur de hoc quod dicit. s. ꝙ includens contradictionem sit nihil: ⁊ ꝙ solum sit nihil: ⁊ arguo primo ꝙ includens contradictionez sit aliquid. Tum quia includens contradictoria includit saltē aliquod ens positiuum: cum ens ⁊ nō ens contradicūt: ergo erit aliquid saltem ratione partis incluse: ⁊ per consequēs non erit simpliciter nihil. ❡ Secundo obiectum intellectus est aliqūo aliquid: sed includens contradictionem est huiusmodi: patet. quia tale pōt ab intellectu percipi aliter ignoraret que contradicunt ⁊ que non. ❡ Respōdeo ad omnes difficultates. ⁊ primo: premitto aliqua: Primo premitto ꝙ quando doc. loquitur de obiecto intelligibili loquitur de obiecto qd̄ continetur sub obiecto adequato intellectus. siue illud sit vniuocum: siue analogū: siue illud obiectum per se contineatur: siue reductiue contineatur (qd̄ dico ꝓpter entia rationis: quia si teneatur ꝙ obiectum intellectus sit ens reale: tunc sm̄ aliquos ens rationis erit obiectum tm̄ per reductionem ⁊ per accidens. De hoc tamen vide que exposui in primo. di. 3. q. 3.) ⁊ omne tale est aliquo modo ens: vel reale: vel rationis. vt patet. Secundo premitto: ꝙ doct. in presenti. q. ponit ens communissime acceptum (qd̄ est cōe tā enti rationis ꝙ enti reali) esse adequatū obiectū intellectus nostri. Tertio ꝑmitto: ꝙ licet nō ens simpliciter cogno-

Singularissime difficultates.

Responsio ad difficultates.

ficatur quantum ad hoc.s.quid importatur per hoc qd dico non ens: sive qd importat hoc nomen non ens tm in se nullo modo est obiectum cognoscibile: cum nullo modo contineatur sub obiecto adequato. His premissis patet responsio ad obiectiones pro primo dubio. Ad primam dico q z si intellectus portat differentiã inter ens z nõ ens: non tamen cognoscit non ens in se cum nihil sit: sed potest cognoscere quid intelligatur per hoc nomen non ens: z posito etiam q aliquo modo cognoscat illud per accidens: nullo tamẽ modo ponitur sub obiecto adequato intellect⁹. Et per hoc patet responsio ad secundam de propositione: quia in tali propositione cognoscitur hoc nomen nihil sive non ens: z posito q cognoscat non ens: hoc erit tm per accidens: non q cognitio terminetur ad non ens in se. ¶ Ad tertiam dico primo q relatio rationis forte non potest fundari super nihilo simpliciter. cum non fundetur nisi super obiecto cognito: vel volito: vel imaginato. Dico secũdo q licet relatio rationis possit denominare illud quod est nihil: vt eẽ comparatũ tamen illa denominatio erit extrinseca: z p consequens nõ fundabitur in illo talis relatio rationis: quia cũ ens potest comparari ad nõ ens: z sic talis comparatio passiva potest terminari ad non ens: z per consequens ab illa poterit denominari: z quamvis vocaliter dicatur non ens comparatur ad ens: in re tamen nulla comparatio passiva erit fundata in non ente. Sicut de⁹ dr creator: ex hoc q relatio creature terminatur ad ipsum: z non q aliqua relatio ad creaturam sit in ipso. Potest tertio dici q omnis relatio rationis habet tm esse obiectivum: vt alias expositum primo di.3.q.7. quo posito patet solutio ad rationem illam. ¶ Ad aliam instantiam dico q nulla secunda intentio potest inesse non enti simpliciter. Et cum probatur: quia est commune. Dico q talis cõmunitas sumitur precise per comparationẽ ad suum oppositum.s.ens. Et hoc modo loquit doc. in primo di.28. z posito etiam q preter omne opus intellectus dicatur cõmune omni non enti: non tamen ex hoc sequit q in ipso possit fundari aliqua secunda intentio. Et si forte dicatur vniversale erit tm denoiatione extriseca. vt supra dixi. ¶ Ad rationes secundi dubii dico breviter q doc. loquitur de modo qui inest obiecto intelligibili. modo nulla secunda intentio inest formaliter non enti. vt supra dixi. Et posito q aliq̃ secunda intentio possit inesse formaliter nõ enti: tunc dico q illa que formaliter inest: non erit contradictoria non enti propter impossibilitatem contradictoriorũ. ¶ Ad aliud dico primo q vnum contradictorium nõ est ratio formalis cognoscendi aliud: cum vnum non includat aliud virtualiter. Dico secundo q aliud est esse rationem formalẽ cognoscendi: z aliud esse motivum cognoscendi: quia primo modo notatur ratio formalis principii. vt diffuse expositum est in primo distin.3.q.7. z in.2.distin.3. secundo modo non notatur aliqua ratio principii productivi. vt patet quãdo natura cõmunis cognoscitur sub modo vniversali: talis vniversalitas nullam rationem principii productivi hz. Et sic posito q vnum contradictorium sit formalis ratio cognoscendi aliud tamen ex hoc non sequitur q sit modus obiecti cognoscibilis. ¶ Ad instantias contra tertium dubium. Ad primam dico breviter q z si vnum contradictorium sit vere aliquid: tamen includens contradictoria in se nihil est simpliciter: qz impossibile est aliquid constitui in esse ex duobus omnino incompossibilibus. z sic intelligit doc. ¶ Ad secundam instantiam patet responsio ex supradictis quomodo.s. includens contradictoria possit cognosci: z quomodo dicatur habere rationem obiecti z quomodo non. ¶ Sequitur in litera ibi. Alio modo dicitur nihil quod nec est: nec eẽ potest aliquod ens extra animam. Ex hoc sequit q omnis secunda intentio z omnis relatio ratiõis sint hoc modo nihil cum eis simpliciter repugnet posse habere eẽ extra aiam. sive esse reale: omnia eñ ista precise dependent ab actu collativo alicuius potentie vel intellectus vel voluntatis: vel imaginative: vel alterius potentie comparative. De quibus vide doc in primo disti.45. ¶ Si dicatur q hoc modo homo ab eterno erit nihil: quia vt tm habet esse cognitum ab intellectu divino: nec est ens extra itellectum: nec similiter potest esse. patet. quia repugnant.s.q esse cognitũ formaliter possit formaliter eẽ ens reale: sive extra animam. Dico breviter q homo habens esse cognitum ab eterno ex tẽpore põt habere eẽ reale: z non intelligo q eẽ cognitũ formaliter: possit formaliter eẽ ens reale: sed itelligo sic q hoi habenti prius eẽ cognitũ ab eterno: sive etiã eẽ possibile nõ repugnat esse realis existentie ex tẽpe: z sic intelligit doc. in primo. ¶ Sequitur in litera. Ens ergo vel res isto primo mõ accipitur communissime: z extendit ad q̃cũq3 qd non includit contradictionem: sive sit ens rationis: hoc est precise habens esse in intellectu considerante: sive sit ens reale habens aliquam entitatem extra cõsiderationem intellectus. Tota litera sequẽs vsq3 in finem articuli est clara: nec indiget alia expositione. Potest tamẽ esse aliqualis difficultas in hoc qd dicit q ens cõmunissime acceptũ potest poni primum obiectum intellectus: quia in hoc videtur sibi contradicere. Tum quia in primo.di.3.q.4. ponit precise ẽs reale esse primum obiectũ intellectus hoc idez in quol.q.14.arti.2. Tum quia in primo. vbi supra ponit primum obiectum intellectus esse cõe vniuocũ: sed ens cõmunissime acceptum non est vniuocũ: vt patet per ipsum qui vult q enti reali et enti rationis nihil sit cõe vniuocũ. ¶ Respondeo ad primũ q doc. in primo loquitur de obiecto motivo: vt ibi diffuse exposui. hic autez loquitur de obiecto primo absolute sumpto sive motivo: sive terminativo. ¶ Ad secundum dico primo q doc. in primo non ponit expresse primum obiectum intellectus esse commune vniuocũ: sed dicit ipsum esse primum: vel primitate cõitatis: vel primitate virtualitatis: vt ibi clare exposui: quia tamẽ in primo ponit illud esse ens reale ponit etiam ipsum esse vniuocum ponit ens commune deo et creature esse vniuocũ. Hic vero ponit obiectum intellectus prout comprehendit omnia intelligibilia: sive sint entia realia: sive rationis: z vult dicere q primum obiectum intellectus est ens cõmunissime sumptum pro quanto comprehẽdit sub se omnia entia realia z rationis: sive cõtineat vniuoce sive equiuoce non est cura. Vide tamẽ si placet omnia q̃ prolixe declaravi sup primo doc. di.3.q.4. ¶ Doct. in isto primo articulo ponit rem cõmunissime acceptam pro re cõmuni: tam enti reali q̃ enti rationis. Secundo ponit rẽ minus cõmunissime acceptam pro re extra animam: sive intellectum considerantem. et de hac re minus cõmunissime loquit Auic. primo meta.c.5.s.q illa que sunt cõmunia oib⁹ generib⁹ sunt ens z res.s.realis. Tertio ponit rẽ cõiter: et accipit rẽ cõiter vt distinguitur contra circumstantiã rei fm Boetiũ: sic tm ens absolutũ dr res. vt sunt substantia: quãtitas: z qualitas: alia vero septem predicamẽta dicũtur circũstantie rei: quia septem predicamenta dicunt habitudinẽ vnius ad aliud. Dicuntur eñ circũstãtie rei p quanto res absolute per illa dicuntur referri. Quarto ponit rem strictissime: z hoc modo accipit rem pro substantia. vt distinguit contra accidens. Et sic accipit rem phs.7.meta.t.c.2. que auctoritates patent in expositione primi.di.3.q.3. Quinto respondendo ad quesitum dicit duo. Primo. q relatio originis in divinis nõ est res: nec strictissime: nec communiter: vt patet: quia nõ est ens absolutum: sed est res minus cõmunissime accepta: quia realis z extra animam cum oriatur ex natura rei positis fundamento z termino. z sic põt dici res vt est circumstantia rei: vt supra dictum est. Secundo declarat que res sit z dicit q est res non ad se: sed ad aliud. patet articulus iste q̃ videt satis facilis pcipue ex habitis in primo

De secundo art.

In isto secundo art. tria intẽdit primo probat q relatio vt comparata ad essentia n sit vera res. secundo ostendit quõ ista propositio.s. relatio vt comparata ad essentiam est res. potest esse vera logice loquẽdo Tertio ostendit quõ relatio vt comparata ad essentiaz possit dici ratio z quõ non. ¶ De primo intento. probat doct. intentum: z ratio prima stat in hoc: constituẽtia aliqd tertiũ necessario vniuntur adinvicem: z per consequens adinvicẽ comparantur: sed relatio originis z essentia constituũt personam: vt patet in primo di.26.28. z hoc tenendo cõmunez opi. ergo relatio originis z essentia vniuntur in constituendo personã. Maior ẽ nota z probat per argumentum a minori de causis extrinsecis: quia si cause extrinsece concurrẽtes ad aliquẽ effectum non producunt illum nisi prius aliquo modo adinvicẽ vniantur ergo multomagis cõstituẽtia intrinsece vnientur. Tum vltra. sed essentia z relatio nõ cõstituũt: nisi relatio sit in essentia: aliter non intelligerentur vniri vt constituentia intrinsece: vt patet in omnibus intrinsece constituentibus: necesse est eñ vnũ esse in alio. Sed relationem esse in essentia est relationem comparari ad essentiam: loquendo de comparatione preter omne opus intellectus: z per consequens relatio non constituit personam nisi vt comparata ad essentiam: sed non constituit personam nisi vt res alioquin persona vt constituta formaliter nõ eẽt res: ergo relatio vt comparata ad essentiam est res.

¶ Secũdo arguit ad idez. Et ratio stat in hoc comparatio ad essentiam aut est ipsamet relatio originis aut aliquid superveniens. Si primo patet ex primo arti q est res. Si secundo patet q illud superveniens non tollet a relatiõe quin sit

res: imo p̄supponit ipsam relationem esse rem. ¶ Deinde doc. ifert que res sit talis relatio originis. puta paternitas etiam vt ꝯparata ad eēntiā: ꝛ dicit ꝙ est ipamet relatio: q2 ad q̄ocūqꝫ ꝯparatur aliq̄d: ipsum est ipm: patet: quia cōparatio talis / vel est ipamet res compata: vel aliquid superueniens: ꝛ oē tale presupponit ipam rem comparatā. ꝙ autem non sit res formaliter. loquendo de re. ad quā compatur. patet: quia substantia bouis comparata ad hominē non ē formaliter substantia hois: sed est formaliter substantia bouis sic similiter relatio originis: vt comparata ad essentiam nō est formaliter ipa essentia: sed est formaliter ipamet relatio originis et formaliter est res que est ipsa relatio originis.

Opi. aliq̃ ¶ Ibi. Hic tn̄ est alius modus dicēdi. Hic doc. recitat opi. Tho. parte. 1. q. 36. arti. 2. ꝛ opi. Egidij de Roma. quol. 4. q. 6. ꝛ Henr. in sum. arti 6. q. 1. ꝛ quol. 5. q. 1. ꝛ dicit ꝙ relatio vt comparatur ad fundamentum est simpliciter realis: ꝛ sic relatio originis vt comparatur ad essentiā: vt ad fundamētum est simpliciter realis: eo ꝙ essentia est realitas oim diuinarum relationū: ꝛ hoc modo inter relationes diuinas nulla penitus est distinctio: cum vt sic sint tm̄ res que est eēntia diuina: vt vero comparant̄ ad oppositum: tunc realiter distiguuntur ita ꝙ paternitas ꝛ filiatio vt compantur ad eēntiā diuinam nullam habent distinctionem: vt vero comparātur adinuicem realiter distinguūtur. ¶ Ibi. Contra. Illud quo aliquid est ens ꝛc. Hic doc. reprobat hanc opi. ꝛ intendit ꝓbare ꝙ relatio originis etiā vt comparata ad essentiam realiter distinguūtur a relatione opposita: ꝛ ꝙ nullo modo habeat talem distinctionem ex compatione ad oppositum. Et primo arguit sic: a quo paternitas habet vnitatem ab eo habet ꝙ distinguatur a quocūqꝫ non habēte talem vnitatem: sed paternitas in diuinis a sua propria realitate habet vnitatem sic incōmunicabilem: est. n. incōmunicabilis formaliter sua propria entitate: patet. non. n. est icōmunicabilis entitate diuina siue essentia diuina cum ipsa sit formaliter cōicabilis: nec est incommunicabilis realitate filiationis: quia tunc paternitas esset formaliter filiatio: habebit ergo vnitatem incōmunicabilitatis: siue vnitatem personandi. sic a sua propria entitate que entitas: vt supra dictū est ipsamet paternitas: ergo ab eadem entitate habebit ꝙ distinguatur realiter a relatione opposita ꝛ per consequens hoc non habebit per compationem ad oppositam scilicet relationē: q2 siue cōparet̄ / siue non ꝯpet̄ sp sua ꝓpria entitate distinguatur ab opposita relatione originis. Maior ꝓpositio tenet per hanc ꝓpositionem doc. in pluribus locis precipue in prologo. q. vlt. ꝛ dist. 7. q. 13. primo. scilicet que sunt principia essendi. eo modo quo sunt principia essendi: sunt et principia distinguendi: ꝛ sic q̄ sunt p̄ncipia intrinseca ꝛ formalia dandi talē vnitatē sunt formalia p̄ncipia distiguēdi a q̄cūqꝫ nō hn̄te talē vnitatē. ¶ Ibi. Cōfirmat̄ spāli᷑ de relationib⁹ in diuinis hec ꝯfirmatio clara est. ꝛ p̄supponit vnū ꝯnsuz in primo. di. 13. ꝛ. 26. scz ꝙ relatio originis seipsa sit incōicabilis / vide ibi que exposui. Et loquitur hic de relationib⁹ originis q̄ constituunt personas. qd̄ dico ꝓpter relationē scilz spirationem actiuā / q̄ est relatio originis. cum mediante ipsa pater ꝛ filius originent spiritū scz q̄ tn̄ est cōicabilis patri et filio. Hoc p̄misso patz rō / q2 quo aliquid est tale formalr̄. eo formaliter hȝ: vt distinguatur a non tali: sed paternitas seipa in diuinis est simpliciter icōicabilis: ergo seipa distiguit̄ ab oi cōicabili: ꝛ sic seipa distiguit̄ ab eēntia diuina. Ex hac etiā ꝯfirmatiōe p̄t ꝓbari: ꝙ p̄nitas realr̄ distinguat̄ a filiatione: ꝛ nō p ꝯparationem ad seipam: q2 p̄nitas seipā ē incōicabilis incōicabilitate nō ꝯpetēte / imo repugnante filiationi: vt pȝ: alr̄ pr̄ posset eē filius in diuinis. ergo p̄nitas seipa distiguit̄ a filiatiōe nō hn̄te hāc incōicabilitatē: ꝛ p ꝯns nō distinguit̄ p̄cise p ꝯparationē ad filiationem. ¶ Ibi. p̄terea: si essentia vt dr̄ est realitas oim relationū. ꝛ iō s̄m illam ꝯparationē nō differūt realr̄: ergo cū illa ꝯparatio sit etiā in eēntia: sequit̄ ꝙ vt sunt in eēntia nō differūt realr̄: ergo vt sūt in eēntia: vel nullo mō differūt: qd̄ oino est irrationale: vl̄ sola rōne differūt: ꝛ si hoc: igit̄ ꝯstituta p ipas vt sunt i eēntia sola rōne differūt: psone aūt ꝯstituunt̄ p ipsas vt sunt i eēntia: vt dictū est in prima rōne. ¶ Ibi. Quātū ergo ad istud hic doc. q̄si epilogādo plura dicit. Primo ꝙ relatio originis ab eodē hȝ ꝙ ē realis: ꝛ ꝙ ē distincta a relatiōe opposita: et hoc pȝ p illā ꝓpōnē supradictā. s. q̄ sūt p̄ncipia eēndi sūt principia distiguēdi. Scd̄o dr̄: ꝙ nō est itelligibile: ꝙ relatio originis sit realis: ꝛ nō sit realis hītudo ad oppositū. patz. si. n. p̄nitas ē realis: necessario erit realis habitudo ad aliḋ. pȝ q2 relatio est hītudo ad aliud. ꝛ si in se formalit̄ sit realis: ēt formalr̄ erit realis habitudo. Tertio ex quo relatio originis est realis hītudo ad oppositū: seq̄t̄ ꝙ realit̄ erit distincta ab opposito: ꝛ p consequēs seipsa formaliter erit distīcta realiter ab opposito. cū formalit̄ sit realis habitudo ad oppositum a quo realiter scd̄m oēs distiguit̄. Quarto ifert ꝙ relatio originis a fundamēto hȝ vtrūqꝫ fundamētaliter ꝛ originaliter. i. ꝙ relatio originis hȝ ab eēntia diuīa: ꝛ ꝙ sit res ꝛ ꝙ distinguat̄ realit̄ ab opposito: ꝛ hȝ fūdamētalit̄: q2 ipsa ē fūdamētū oim relationū diuinaꝝ. hȝ ēt origīaliter: q2 ipa est origo oim relationū originis. nā ab ipa p2io pullulat p̄rnitas. nō tn̄ tāq̄ a p̄ncipio formali ꝓductiuo: ꝛ filiatio silr̄ ter pullulat vt a p2icipio formali vere ꝓductiuo. que omnia prolixius exposui super p̄mo doc. di. 28.

Difficultates notande.

In ista litera doc. occurrūt nōnulle difficltates. Prima q2 vr̄ cōcedere ꝙ eēntia diuīa ꝛ relatio nō ꝯstituant suppositū diuinū nisi adiuicē vniant̄. ꝛ hoc p̄ter oē opus intellect⁹. vt appet i lr̄a. Cōtra q2 ex hoc vidēt̄ seq̄ plura icōueniētia. Prio ꝙ i eodē instāti q̄ p̄nitas ē: nō sit pr̄. pȝ. q2 prius erit p̄nitas q̄ pr̄. pȝ. q2 pr̄ p̄supponit vnionē cōstituētiū ipm: vnio vero p̄suppōit extrema vnibilia. ¶ Scd̄o sequit̄ ꝙ eēntia diuīa realiter poterit referri ad p̄nitatē. pȝ. q2 int̄ ipas ē realis vnio: ꝛ sic s̄ȝ vnionē realit̄ potit referri. ꝛ p ꝯns erit realit̄ distīcta a p̄nitate. vt pȝ i p2io di. 5. q. 1. qd̄ ē ipossibile. ¶ Tertio seq̄t̄ ꝙ an̄ psonā erit i diuīs relatio realis: qd̄ ē oino icōueniēs. ¶ Scd̄o p̄ncipalit̄ ē difficltas i hoc qd̄ dicit doc. s. ꝙ relatio originis ē i eēntia diuīa: q2 tūc vr̄ seq̄ ipossibilia. Prio ꝙ eēntia diuīa potit realit̄ referri s̄m relationē origīs. pȝ. q2 ē ipossibile eē relationē i aliq̄ ꝛ nō denoiari ab illa. ¶ Scd̄o seq̄t̄ vel ꝙ ipa relatio erit act⁹ eēntie diuīe actuās ipam: vel ꝯtrahēs ad eē incōicabile: sicut ēt i nobis act⁹ psonalis ꝯtrahit naturā ad eē psonale ꝛ incōicabile: ꝛ sic eēntia diuīa eēt actu incōicabilis qd̄ ē ipossibile. ¶ Tertio seq̄t̄ ꝙ si ē i eēntia diuīa maxie pr̄nitas: aut seipsa erit ibi: aut fit ibi ab aliq̄ alio: nō p2io. vt pȝ nec scd̄o: q2 tūc p̄nitas eēt ꝓducta i essentia diuīa: sicut ēt forma fit i mat̄ia: q2 agēs ꝓducit eā ibi. ¶ Tertio p̄ncipalit̄ dubitat̄ de h̄. s. ꝙ relatio origis nō ꝯstituit psonā nisi vt ipa relatio ē i eēntia. Ex h̄ vr̄ seq̄ p2io ꝙ psōa erit ꝯstituta ex actu ꝛ potētia vl̄ q̄si potētia cui⁹ oppositū oñdit doc. i p̄. d. 5. q. 2. ꝙ aūt seq̄t̄. pȝ. q2 nūq̄ aliqd̄ tertiū ꝯstituit̄ p se ex duob⁹: quoꝝ vnū non ꝯstituit sine alio ꝯstituēte: nisi vnū se hēat q̄si mat̄ia: vl̄ q̄si potētia: ꝛ aliḋ q̄si act⁹. vt pȝ discurrēdo in oib⁹ simili mō ꝯstituentib⁹. ¶ Scd̄o seq̄t̄ ꝙ omne qd̄ ē in essentia vel saltē ois relatio in essentia ꝯstituat personā: patet: quia bene sequitur homo vt rōnalis est risibilis: ergo omne rōnale est risibile: ergo si relatio originis: vt est in eēntia constituit personam: ergo ois relatio originis in essentia constituit personam: ꝛ per ꝯns spiratio actiua q̄ est relatio originis ꝯstituet personā qd̄ est falsum. ¶ Tertio sequitur ꝙ paternitas erit ꝓ aliquo instanti sine termino. patz / quia si paternitas nō constituit pr̄em nisi sit in essentia / ergo paternitas prius est in essentia q̄ sit pater / ꝛ filius posteri⁹ origine habet esse / ꝛ pater prius origine / vt patet a doc. in primo. di. 28. ꝛ p̄nitas est prior pr̄e / ergo in illo priori cū nō sit fili⁹ nullū t̄minū hēbit / ꝛ tūc quero q̄uo p̄nitas sit prior pr̄e qd̄ erit difficile assignare / ꝛ tn̄ oporteb͛it hoc assignare. si nō constituit nisi sit in essentia. ¶ Quarto principaliter dubitat̄ de hoc ꝙ relatio personalis seipsa formalr̄ est incōicabilis. Cōtra q2 ipsa cōicatur persone / patet / quia filiatio cōicat̄ filio per generationē / vt patet / ergo nō est formaliter incōicabilis. Tum etiā quia cōicat̄ eēntie diuine per generationem filij. tūc. n. fili⁹ dr̄ generari q̄n per generationē filiatio est in eēntia diuina. ergo per ḡnationē cōicat̄ essentie diuine / ꝛ per ꝯns nō est incōicabilis formaliter. ¶ Seq̄tur ꝙ erit formaliter distincta ab essentia diuina / qd̄ tn̄ doc. in primo. di. 2. nō expresse ꝯcedit / licet ꝯcedat ꝙ sint nō idē formaliter. Et ꝙ sequat̄. patet. quia si paternitas seipā formalr̄ ē incōicabilis / ꝛ essentia formalr̄ est cōicabilis / ergo p̄nitas dicit distinctā formalitatē ab essentia diuina / vt pȝ intuenti.

Rńsio ad difficultates.

¶ Rn̄deo ad rōnes hāꝝ difficultatū ꝛ p2io ad primā rōnē prīe difficultatis. Et dico ꝙ q̄n ptes ꝯstituētes tertiū causant illḋ / sicut materia ꝛ forma causant ꝯpositū / ꝛ entitas cōpositi ē alia realr̄ a ptib⁹ / tūc ptes sunt priores ipso. Sȝ q̄n nō causant / sȝ p̄cise ꝯstituūt / nec ex illis resultat tertiū / tūc nō sp ptes sunt p2ores / vt ēt pȝ de ꝯposito p accn̄s / tenēdo ꝙ nō sit aliḋ a ptib⁹ / tūc in eodē istanti quo albedo ē in subiecto ē ēt albū. Sic i ꝓposito dico / ꝙ psona diuīa nō dt̄ triā entitatē aliā ab eēntia ꝛ relatiōe / sȝ p̄cise dt̄ relationē ꝛ eēntiā. ita ꝙ in eodē instāti quo relatio originis est in eēntia / in eodē istanti ē psona. Et cū dr̄ / ꝙ p̄supponit vnionē: Dico ꝙ hoc verū est / q̄n ꝯstitutū dicit aliud a partibus vnitis / sicut ꝯpositum per se / sed q̄n p̄cise dicit vnionē cōstituentiū / tunc

nõ p̄supponit talẽ vnionẽ. Et cum dr/ q̄ vnio p̄supponit ex-
trema vnibilia. Dico q̄ hoc verũ est/ qñ talis vnio dicit rela-
tionem realẽ inter extrema. sicut est vnio inter ptes cõpositi
per se/ vel etiã inter ptes ꝯpositi p accidens. Sed in ꝓposi
to inter eẽntiam et relationẽ originis nulla est vnio/ que sit
relatio. sed p̄cise ista vnio intelligit̃ ip̃a relatio/ vt p̄fecte in
essentia diuina. ita q̄ inter ip̃am ꝛ essentiã nulla cadat rela-
tio/ ꝛ hoc ꝓpter p̄fectã idemptitatem realẽ/ quã h̄nt iter se
Si dicat̃/ q̄ si essent realit̃ distincta/ tũc inter ipsa posset eẽ
realis vnio/ que eẽt relatio realis. ꝓbo/ vbi sunt quasi distin-
cta erit ibi quasi vnio/ patet per ꝓpositionẽ doc. supra. q. t.
scȝ q̄lis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguũtur talis ẽ
vbi sola rõne distinguũtur. Rñdeo ꝛ dico/ q̄ hoc forte verũ
eẽt/ si relatio eẽt in essentia/ sicut actus p̄ficiens/ sed nõ seq̄
tur/ qñ ip̃a est in eẽntia sicut actus p̄sonalis/ vel sicut rõ sub
sistendi. Dico etiã/ q̄ si vnio q̄ est relatio noiet imp̄fectionẽ
vel quasi imperfectionẽ/ nullo mõ posset eẽ inter eẽntiam et
relationẽ. Ad ꝓbationem dico/ q̄ si essent realiter distincta
inter illa non posset eẽ vnio que sit relatio realis: ꝛ hoc pp
infinitatẽ essentie diuine. ꝛ per ꝯñs: nec nũc põt esse quasi
vnio vbi nõ distinguunt̃ realiter. Et quõ ꝓpositio illa h̄eat
veritatẽ ꝓlixe exposui in p̄ma. q. quol. ¶ Ad scd̃am patet
rñsio: q2 illa vnio inter eẽntiã ꝛ relationẽ: nullã relationem:
nec realẽ: nec rõnis dicit ꝓpter perfectam idẽptitatẽ eorũ:
vt supra dixi. Similiter patet rñsio ad tertiaȝ rõnẽ: q2 talis
vnio nullã relationem dicit. ¶ Ad primã scd̃e difficultatis:
dico q̄ ad hoc vt eẽntia possit denoiari a tali relatione: ne-
cesse est q̄ sit in eẽntia sicut actus perficiẽs: vl' sicut forma i
formãs: qñ vero est in eẽntia subsistẽs in natura in qua subsi
stit: vel sicut rõ subsistẽdi alicuius persone subsistẽtis in tali
natura diuina: tũc a tali relatiõe nullo mõ denoiat̃: vt patȝ
a doc. in p2io. di. 5. q. 2. modo relatio originis est in eẽntia: si-
cut subsistẽs: vel rõ subsistẽdi ꝛc. vt patet a doc. in p̄mo. di.
5. q. 2. ꝛ di. 26. ¶ Ad secũdam patet q̄sio relatio nõ est i es-
sentia: sicut actus actuans aliquo mõ: cuȝ eẽntia ex se sit in
vltima ꝛ perfectissima actualitate: vt patet a doc. in primo.
d. 2. 5. 26. ꝛ. q. 1. quol. nec similiter contrahit ip̃am ad esse i-
cõicabile: q2 aliter vt in p̄re amplius nõ posset cõicari filio.
Et cum ꝓbat̃ de natura creata: dico q̄ nõ est simile: q2 nul-
la natura creata singularis est pluribus cõicabilis. ꝛ in vna
natura creata singulari tñ est vna rõ suppositalis. natura
vero diuina ẽt singularissima ꝓpter sui ifinitatẽ est plurib9
cõicabilis: vt oñdit doc. in p̄mo. di. 2. ꝛ singulariter di. 28. ꝛ
sic in ip̃a simul sunt plures relationes originis incõicabiles
formaliter. ¶ Ad tertiã dico q̄ paternitas est in eẽntia di-
uina se ip̃a formaliter: originatiue vero est ibi ab eẽntia di-
uina. vt patet a doc. p̄mo. di. 28. sicut etiã albedo est seipsa
formaliter in pariete cũ sit forma ipius. causatiue siue effe-
ctiue est ibi a causante illam in pariete. Cũ dr q̄ si eẽt in eẽn
tia diuina ab ip̃a eẽntia: tunc esset ꝓducta ab eẽntia. Dico
q̄ nõ esset ꝓducta: q2 tũe eẽt realiter distincta ab ip̃a: sed es
set ab ip̃a: quasi pullulatiue: vel quasi originatiue sicut etiã
alia attributa sunt originatiue ab eẽntia ꝛ in eẽntia diuina:
vt patet a doc. in p̄mo. di. 8. q. pe. ꝛ in quol. q. 1. ¶ Ad p̄maȝ
tertie difficultatis dico q̄ bene cõcluderet si relatio eẽt in es
sentia vt actus perficiens: vel vt forma informãs: q2 tũc es
sentia h̄ret rõnẽ materie: vel quasi materie: vel potẽtie: vel
quasi potentie: sed non est sic ibi: sȝ ẽ ibi tñ et actus perso-
nalis: siue vt rõ subsistendi. vt supra dixi. ¶ Ad secũdam di
co q̄ ly vt stat specificatiue ꝛ nõ reduplicatiue. Et vltra. di
ctũ doc. sic intelligit̃: q̄ relatio originis nõ constituit nisi sit i
eẽntia. ¶ Ad tertiã dico q̄ in eodẽ instanti quo paternitas
est in eẽntia pater est: ꝛ nõ prius est paternitas in eẽntia q̄
pater sit: vt supra dixi. ¶ Ad primã quarte difficultatis di-
co primo: q̄ non cõicat̃ persone ꝓprie loquendo: quasi tunc
persona p̄existat cui cõicet̃: vt patet a doc. in primo di. 5. q.
2. Secũdo dico q̄ posito etiam q̄ persone cõicetur adhuc ẽ
simpliciter incõicabilis: quia ex hoc intelligitur simpliciter i
cõicabilis: q2 ꝯstituit suppositum simpliciter incõmunicabi-
le: ꝛ ideo magis conceditur q̄ est ratio incõmunicabilitatis
illi quem constituit. ¶ Ad secundam patet responsio: quia
proprie non cõmunicatur essentie cum sit i ipsa vt ratio sup
positalis: siue personalis. De huiusmodi materia vide q̄ di-
xi in primo di. 2. parte. 2. q. 1. ꝛ i. 30. di. 1. ¶ Ad vltimaȝ dico
primo q̄ nullum apparet incõueniens: ipsam formaliter di-
stingui ab essentia diuina: vt patȝ a doc. in primo. di. 8. q. pe
nul. Dico secũdo sustinendo dictum doc. in p̄mo di. 2. q̄ non
sequitur ipsam formaliter distingui: vt patet in simili de eẽn
tia diuina ꝛ modo intrinseco: puta infinitate. arguendo sic.
Infinitas formaliter est gradus intrinsecus eẽntie diuine:
eẽntia diuĩa formal'r nõ est gradus intrinsec9. ergo essentia
diuina ꝛ infinitas dicũt distinctas formalitates: nõ sequit̃.
quia gradus intrinsecus ꝛ si nõ sit idem formaliter eẽntie di
uine: tamen ex hoc nõ dicit distinctam formalitatem ab eẽn
tia diuina: vt patet a doc. in primo. dist. 8. q. 2. principali.

De secundo principali in isto secundo articulo p̄n
cipali scȝ s̄m ꝯsiderationem logicam: quomodo ista proposi
tio sit vera relatio originis vt ꝯparata ad essentiam est res.
Dicit doct. q̄ ly vt: siue inq̄ɇtum/ siue s̄m qđ/ et h̄mõi q̄ sunt
dictiones reduplicatiue possunt dupliciter accipi. Aliquan-
do enim notant rationem accipiendi illud qđ determinatur
per ip̃as dictiones/ ꝛ tunc accipiuntur specificatiue/ quia tã
tum specificatur ratio formalis illius quod determinatur p
ipsas. Sicut dicimus homo inquantum albus est risibilis. i.
q̄ homini albo/ vel sub ratione qua albus non repugnat ri-
sibilitas. Aliquando vltra q̄ notent rationem formalem illi
us/ quod determinant/ etiam ꝓprie important causalitatẽ
inherentie predicati ad subiectum/ sicut hic/ homo inquan-
tum rationalis est risibilis. ly rationale quod determinatur
per ly inq̄ɇtum non tantum accipitur specificatiue/ sed etiaȝ
reduplicatiue. i. non tantum specificatur rõ formalis illius/
sed etiam illa ratio formalis est causa p̄cisa et adequata q̄
risibile inhereat homini. qñ ergo accipitur reduplicatiue s̄
in tali determinato notatur causa p̄cisa ꝛ adequata respe-
ctu iherẽtie p̄dicati ad subm̄. Et iõ qñ dicit Arist. 3. phy. t.
c. 6. ꝛ. 10. q̄ motus est actus entis i potẽtia s̄m q̄ in potẽtia
ly s̄m q̄ specificat rõnẽ s̄ȝ quã mot9 est actus mobilis/ quia
cũ sint in mobili due rationes/ est. n. in actu. s. in se est ens in
actu/ ꝛ est in potentia ad aliud/ ꝛ sic accipit̃ specificatiue/ ꝛ
est sensus/ mot9 est actus entis in actu ꝯsiderati/ vt ẽ i potẽ
tia ad aliud/ nõ aũt accipit̃ reduplicatiue ly s̄m q̄ est in po-
tẽtia/ q2 tunc sequeret̃ q̄ eẽ in potẽtia vniuersaliter verifica
ret̃ de motu qđ est falsum/ ꝛ pȝ p philosophũ p̄mo p̄orũ qui
sic arguit. Iustitia est bonuȝ s̄m q̄ bonum/ ergo iustitia est
oẽ bonum/ si. n. est bonum inq̄ɇtum bonũ reduplicatiue que
reduplicatio notat vniuersalitatẽ illius qđ reduplicat/ seq̄t̃
q̄ erit oẽ bonũ. Sequitur in tex. ibi. Et planius a parte sub-
cti/ vt si homo s̄m q̄ rationale intelligit/ sequit̃ q̄ oẽ rõnale
intelligit/ hoc modo ẽt qñ idem ponit̃ determinatio sui ipsi9
mediante hac dictione inq̄ɇtum. Vult dicere q̄ aliqñ redu-
plicatum ponitur a parte predicati. vt iustitia ẽ bonum in-
quantum bonum. Aliquando a parte subiecti. vt homo se-
cundum q̄ rationale est intelligens. Aliquando idem ẽ de-
terminatio suip̄sius mediante inquantum. vt homo inquã
tum homo est rationalis. vel homo inquantum homo est ri
sibilis. Et his tribus modis potest accipi specificatiue tñ:
ꝛ aliquando specificatiue simul ꝛ reduplicatiue. In primo
sensu cõsideratur precise ratio ipsius reduplicati. vt homo
consideratus inquantum homo est precisissime considera-
tus: quia vt sic precise consideratur homo. similiter si dice-
retur homo inquantum homo est albus. vt etiam supra ex-
posui. Sed in secundo sensu. s. reduplicatiue homo inquan
tum homo est rationalis: quia homo sequens reduplicatio
nem est ratio inherentie predicati. i. q̄ est ratio quare p̄di-
catum inhereat subiecto in p̄mo modo dicendi per se: ꝛ ra-
tio est: quia homo idẽptificat sibi rationale formaliter ꝛ nõ
econtra: vt exposui i p2io di. 2. Quod bene nota. Similiter
hic homo inquantum homo ẽ risibilis: ly homo sequens re-
duplicationem stat reduplicatiue: quia est causa inherẽtie
p̄dicati ad subiectum: ꝛ hoc in secundo modo dicendi per se
Sequitur ibi ad ꝓpositum. Hic doct. applicat ad ꝓpositũ
que dixi de dictione reduplicatiua dicens. Ad ꝓpositũ ca
dico q̄ relatio cõparata ad eẽntiam est res: põt dupliciter
intelligi. Primo mõ vt relationi considerate sub tali cõpa-
ratione conueniat hoc p̄dicatum res. Vel secũdo modo q̄
illa comparatio sit ratio inherentie huius p̄dicati qđ ẽ res.
Scđo mõ propositio est falsa. vt patet. quia tũc relatio ra-
tionis esset causa inherẽtie huius predicati qđ ẽ res. P2io
mõ propositio põt concedi. Et litera clara est vsq̄ ibi. Ex
istis patere põt illud qđ querit̃. s. quomodo relatio vt cõpa
rata ad eẽntiam dicatur ratio. Et plura dicit i ista litera q̄
non indigẽt expositiõe. Primo aliquid põt dici ratio dupli
citer. P2io quia ẽ modus alicuius cui comparatur: ꝛ nõ est
res tali realitate: sicut Boeti9 vocat habitudines circũstã
tias ꝛ nõ res. Et hoc modo relatio originis vt cõpata ad
eẽntiã põt dici ratio: q2 est modus eius: ꝛ nõ ẽ res tali reali
tate: cum ip̃a sit tñ habitudo: ꝛ essentia entitas absoluta.
Scđo dicit̃ ratio. vt accipitur sub rõne formaliter: sicut hõ
dicitur species ꝓ quanto considerat̃ sub intentione speciei
Et hoc modo relatio originis vt cõparatur per intellectũ
põt dici ratio: quia vt si cõsideratur sub ente rationis: q2 di

Expositio notabilis.

cat esse comparatum. Secundo principaliter dicit: q relatio
originis vt comparata ad essentiam licet dicatur ratio his duo
bus modis: tamen vt comparata semper est res: quia talis
comparatio non tollit a relatione quin sit vera res: imo pre
supponit eam: comparatio enim vnius ad aliud presupponit
entitatem sm se. Tertio dicit: q magis vsitate dicitur res
vt comparata ad oppositum: et ratio vt comparatur ad essē
tiam: quia vt comparatur ad oppositum est eque simul en-
titatis cum opposito: nec respectu eius habet rationem mo
di: sicut nec econtra: similiter ipsa est comparatio sui ad op-
positum. Et ideo cū dicitur: vt comparata: nō consideratur
sub aliqua ratione que proprie dicatur ratio: non.n. est aliud
paternitas vt comparatur ad filiationem: q̄ paternitas vt
cōparatio ad filiationem. Quarto dicit in litera: q relatio
originis vt comparata ad essentiam dicit relationem: siue
Dubium. respectū rationis. ¶ Dubitatur de hoc: non.n. videtur q re
latio originis dicat relationem rationis. qr sunt eadem per
fecta idemptitate reali scilz essentia et relatio originis: ergo
relatio non dicit relationem rationis terminatam ad essen
tiam: patet per doc.q.14.quol.arti.3.q vult q cognitio bea
ta in intellectu diuino nullam relationē: nec realem: nec ra-
tionis includat: pp̄ter perfectam idemptitatem realem ac-
tus beatifici ad obiectum beatificum: ergo sic erit in propo
sito ¶ Respondeo: q doc. non negaret: quin actus beatifi-
Solutio. cus intellectus diuini diceret relationem rationis: si ab itel-
lectu diuino compararetur ad obiectum beatificum: cum om-
nis cōparatio per actum itellectus sit respectus rationis: vt
patet a doc. in pluribus locis. Sed negat ibi relationem tā
realem q̄ rationis qualis est in actu itellectus nostri ad ob
iectum: quia si actus intellectus nostri terminatur ad rē exi
stentem inq̄tum existens: sicut in cognitione intuitiua: tunc
talis actus includit relationem realem: que inter extrema
realia et realiter distincta: et oritur ex natura extremorum.
Si vero actus intellectus nostri terminetur ad rem nō exi-
stentem inq̄tum non existens: vt in cognitione abstractiua:
talis actus includit relationem rationis: quia non termina
tur ad rem existentem vt existens: omnis.n.relatio que est
inter extrema non existentia: vel etiam si alterum existat et
alterum non: semper est relatio rationis: vt patet a doc.ibi.
In proposito autem: quia actus beatificus intellectus di-
uini terminatur ad obiectum beatificum perfectissime exis
vt exis et idē actus ē pfecte idem tali obiecto: ideo nullā re
lationem includit nec realem: nec rationis: et hoc modo loq
tur doc.ibi. Si modo intellectus compararet actum beatificū
vt cognitum: ad obiectum beatificum vt cognitum: tunc es-
set relatio rationis.

De tertio articulo pricipali in quo mouentur du

bia contra predicta in primo et secundo articulo. Et primo
arguit probādo q relatio originis vt comparata ad essentiā
sit res. Et ratio prima stat in hoc: si est res: erit res ad alte-
rum. patet. qr non est absoluta: vt supra patuit: sed vt com
parata ad essentiam est idem qd essentia: ergo essentia erit
res ad alterum: qd est falsum. q aūt sequatur hoc. patet in
simili: quia bene sequitur: homo inquantum rationalis intel
ligit: ergo rationale intelligit: ergo erit similiter hec oñā bo
na: relatio vt comparata ad essentiam est res ad alterū: er-
go essentia erit res ad alterum: patet etiam hec ɔsequentia
per rōnem: quia predicatum qd conuenit alicui per rationē
alicuius: conuenit prius ei: sicut intelligere conuenit hoi per
rationale. ergo prius conuenit rationali: modo cū terminus
reduplicatus sit ratio q predicatum conueniat subiecto: se
quitur q tale predicatum prius ɔueniat termino reduplicato.
Sic i pposito/qr terminus reduplicatus est essentia. cum dr
relatio originis vt ɔparata ad essentiam est res ad alterū.
¶ Scdo principaliter arguit p argumentum ducēs ad im-
possibile: qr si relatio origīs vt ɔparata ad eēntiaz sit res ɔ
pria realitate. ergo silr relatio in creatura vt cōparata ad
fundamentū est res ppria realitate: et nō p̄cise realitate fū
damēti. ergo ē ibi accidēs ppa accītalitate: qr nō ē ibi subā
et tūc seqr q alia ē accītalitas relatiōis i creatura: et alia ac
cidētalitas absoluti i q̄ fundatr: et sic vr sequi pcess⁹ in ifini-
tū: qr illa accidētalitas relatiōis hz ppriā realitatē: et nō ni
si accidētalē. ergo hz ppriā accidētalitatē. et illa silr. et sic in
infinitū. ¶ Tertio si in diuinis hz ppriā realitatē: vt ɔpara
tur ad eēntiam: ergo illa est substātialis / vl accidētalis. nō
accidētalis/qr nullū accñs est in deo.5.de tri.c.5 ergo hz p
priā substantialitatē. Et tūc pr pnitate hēbit esse p se et ad
se/qd est icōueniens/qr tūc in diuinis erunt tria per se esse.
qr tres relationes/cum tñ nō sit ibi nisi vnicum p se esse sm
Aug. 7.de tri.c.8.dicētē. q substātia est quo pr est et q̄ fili
us similiter hz esse/licz nō sit quo pr est pater. ¶ Rñ. Ad
primū. patet in scdo art. de distinctiōe huius propositionis.
Relatio vt comparatur ad essentiam est res / quia vera est
prout ly vt stat specificatiue: nō reduplicatiue. Vide ibi. Et
cū vltra q̄ritur/aut est res ad se/aut ad alterum. Dico q vt
comparata ad essentiā est res ad alterū/sic intelligēdo q vt
ɔparata ad essentiā est res rationis/ quia vt comparata et
in se est res vere realis ad alterum accipiendo ly alterum p
filio/et nō pro essentia/quia non refertur ad essentiam/sz ad
filium/quia qui comparat paternitatem ad essentiam exclu
dendo filium/non comparat paternitatem nisi habeat duo
contradictoria in intellectu suo. cum paternitas sm illd qd
est sit per se ad filium/est enim manifesta contradictio q sit
paternitas et non sit ad filium/sicut est manifesta contradi-
ctio scilicet q sit relatio et non sit ad aliud/vel vt ad terminū
vel vt ad correlatiuum. Et vltra cum infertur si paternitas
est res ad alterum/ergo vt est essentia/vl idem essentie erit
res ad alterum/cōceditur/sed postea negatur q essentia sit
ad alterum. Et cum probatur per simile de rationali. Dico
q ibi inquantum stat reduplicatiue. notatur.n.ibi q rationa
le sit causa inherētie predicati ad subiectum. Hic autē tan
tum stat specificatiue/et iō nō seqtur/q eēntia est ad alterū
sicut nec hic. hō inq̄tū albus est rōnalis/q albū est rōnale/
nō sequitur qr ly inquātū stat tm specificatiue. Ex hoc etiam
pz ad aliā pbationē per rōnē scz qd ɔuenit alicui per rōnē
alicuius/prius ɔuenit illi. Hoc cōceditr/sed postea negatr q
ɔueniat paternitati esse rē ad alterū per rationē deitatis/si
ue per ɔparationē ad eēntiaz/vt supra patuit/imo ex rōne
ppria et formali ɔuenit sibi esse ad alterū/ licz originatiue et
fundamentalr ɔueniat esse rem ad alterū ab essentia diuina/
vt supra patuit. Declarat etiā doc. quō paternitas vt ɔpa-
rata ad essentiā/sit idē qd essētia/vel sit ipsa essentia et dr q
est ipsa eēntia realr/sed nō formalr.i.q essentia et relatio ori
ginis sunt vna res realr/ sed nō sunt vna res formalr/imo
in eade re simplr pñt esse plures formalitates/vt doc. osten
dit in pmo.di.8.q.penul. Et sic pt concedi q essentia reali
ter est res ad alterū/quia realiter est ipsa paternitas q̄ ē res
ad alterū/negatur tñ q formaliter sit res ad alterū/imo for
maliter et quiditatiue est res ab se/siue absoluta. Sic silr po
test ɔcedi q pñitas sit res ad se/et non sit res ad se. Est.n.
realr res ad se/qr realr est essentia diuina que est res ad se
formaliter vero non est res ad se: sed ad alterum. Expono
tamen hanc literam sic. Sed quia in antecedente fuit pre-
dicatio formalis dicendo: paternitas vt comparatur ad es Notabilis
sentiam est res ad alterum (et patet quomodo sit predica- expositio.
tio formalis: quia paternitas secundum suam formalem ra
tionem est res ad alterum) et ideo si inferatur similis predi
catio in consequente. s. ergo diuinitas est formaliter ad al-
terum (.i. q diuinitas secundum suam formalem rationem
sit res ad alterum) neganda est consequentia: quia non o-
portet q predicatum eo modo conueniat determinationi:
quomodo conuenit alicui intellecto sub tali determinatio-
ne: quando illa determinatio non notatur esse ratio inherē
tie predicati ad subiectum sicut hic. Aduerte q nō accipit
hic determinationem pro dictione reduplicatiua: sed pro
termino reduplicato: qui terminus reduplicatus potest di-
ci determinatio respectu subiecti. vt cum dico homo inquā
tum rationalis est risibilis: non accipitur homo absolute:
sed sub illa ratiōe qua rationalis. Similiter hic paternitas
vt comparata ad essentiam non accipitur absolute: sed sub
illa ratione qua comparatur ad eēntiam: et iō paternitas ē
terminatiue: et cōparata ad eēntiam ē determinatio. Dicit
ergo doc. q quando determinatio non est ratio inherētie p̄
dicati ad subiectum: nō sequitur q p̄dicatum eodem modo
ɔueniat ipsi determinationi: sicut conuenit subiecto deter-
minabili. vt si formaliter cōuenit vni q conueniat formali-
ter alteri: et patet hic: homo inquātum risibilis est rōnalis:
rationale conuenit homini in pmo modo dicendi per se: et ri
sibile in nullo modo dicendi p se conuenit: et ratio est: qr risi
bile non est ratio inherētie p̄dicati ad subiectum. vt patet.
Sic est in pposito cum dicitur paternitas/vt compara ad
essentiam est res ad alterum. Si vero determinatio eēt cā
inherentie forte eo modo quo esset causa inherētie p̄dicati
ad subiectum: eodem modo ipsum p̄dicatum cōuenire pos-
set ipi determinationi: sicut conuenit determinabili: vt hic:
homo inquātum rationalis est risibilis: ita risibile ɔuenit ra
tionali in secūdo modo dicēdi p se sicut ɔuenit homini: et ra
tio ē: quia si.a.est ratio formalis q.c.ɔueniat.b.sequitur q
etiā: imo forti⁹ ɔueniet ipsi.b. Et sic patet i sta lra. ¶ Ibi.
Sz si dicatur. Hic doc. obijcit ɔtra hoc qd pius dixit.s.q re
latio vt compata ad eēntiam ē in essentia: qr vr stati seq q

poterit eam formaliter denominare/ ꝛ per consequens esse
na ſm illam poterit formaliter referri ad aliud/ qđ est inco
ueniens/ vt patet in primo di.3.q.1. ¶ Respondet doc. pre-
mittendo ꝙ aliqua predicantur denominatiue in primo mo
do dicendi per se/ aliqua vero in secundo modo. Exemplum
primi/ homo est rationalis/siue animatus. Exemplum secū
di/corpus est animatum. Prima dicitur denominatiua essen
tialis/denominatiua quidem/quia predicantur in concreto et
quasi per modum inherentis. essentialis vero quia anima ē
de essentia hominis. Secunda dicitur denominatiua:quia
anima informat ꝛ inheret corpori/siue susceptiuo/ꝛ dicitur ī
secundo modo/ vt distinguitur cōtra primum modum/ quia
vt sic predicatur passio de subiecto/ꝛ quod sic cōuenit ī secū
do modo necessario et vniuersaliter conuenit: vt patet prio
posteriorum:sed dicitur in secūdo modo prout distinguitur
contra per se.i.prout accipitur pro predicatiōe per accidēs
non ꝙ ibi predicetur accidens:sed quia anima informat su-
sceptiuum quasi per accidens. Forte etiam posset dici per se
secundo modo ex hoc ꝙ forma substantialis est per se actus
ꝛ subiectum per se potentia subiectiua: vt patet.8.meta.et
sic ex his fit per se vnum. Forma vero accidentalis est per
accidens actus:ꝛ subiectum illius per accidens potētia: vt
patet per philosophum: vbi supra. Sed prima expositio vi-
detur magis ad propositum: ꝙ scilicet dicatur per se secun-
do modo: hoc est nullo modo essentialis. sed denominatiua
per accidens. Et ideo dicit doc. per se secundo modo siue p
accidens. Deinde addit doc. ꝙ in creaturis vbi est aliqua for
ma: ibi oportet dare predicationem formalem de toto: que
sit per se primo modo: ꝛ predicationem que sit proprie deno
minatiua forme de susceptiuo: hoc tñ debet intelligi quan-
do susceptiuum et forma nata sunt facere vnum per se. Et
ideo dicit doc. ꝙ hoc verum est specialiter si subiectum id est
totum fit per se vnum q̄tum ad conceptum. Applicando in
diuinis. Doctor concedit primam denominatiuam. vt
hic: pater generat: hec videtur primo modo: eo ꝙ generare
constituat patrem: paternitas enim et generatio actiua in
re idem important: vt declaraui in primo di.2.ꝛ.28. quia er
go paternitas siue generatio actiua per se pertinet ad ratio
nem patris: ideo ista conceditur: pater generat: ꝛ similiter
ista: generans in diuinis generat: generans enim ꝛ pater in
diuinis idem in re important. Et quod dicit hic: ꝙ pater est
compositus: hoc debet sane intelligi. Negat enim doc. in p-
mo. dist.5.q.2. omnē compositionem: vel quasi compositio-
nem. Accipitur ergo quasi compositum.i. quasi quoddam to
tum cōstitutum ex essentia et paternitate. ¶ Si dicatur: ꝙ
Difficultas ꝛ eiꝰ solutio.
ista: pater generat: nullo modo est in primo modo dicendi p
se: quia qñ predicatio denoīatiua est in pmo modo. semper for
ma pertinet ad quiditatē totius. modo paternitas siue ge-
neratio actiua in diuinis nullo modo pertinet ad quiditatē:
cum sit ratio subsistendi: ꝛ omnis quiditas est cōicabilis: vt
patꝫ a doc. in pmo. di.2.ꝛ.26. Dico breuiter ꝙ posito ꝙ nul
lo mō dicat quiditatē: quia tñ p se pertinet ad eē formale pris
ɔstituendo ipm p se in esse psonali: pōt ex hoc dici pdicatio
p se pmo mō. An modo dicat qditatē: vide q̄ exposui super
pria doc. di.25.ꝛ.26. ¶ Sed scda pdicatio scilꝫ relationis
de susceptiuo vr esse negāda in diuis: quia essentia diuina et si
sit fundamentū harū relationū: nō tñ hꝫ rōnē susceptiui. et
hoc pbat rōne ꝛ auctoritate. Rō stat in hoc: quia susceptiuum
forme natū denoīari ab illa: nō est illimitatū ad formam op
positā.i. ꝙ simul nō possit eē sub formis oppositis. vel qđ est
susceptiuum forme denotaē esse distinctū a forma opposita
id est ꝙ successiue nō possit eē sub vtraqꝫ. ita ꝙ qñ est sub vna
non simul sit: vel possit esse sub alia. Sꝫ qñ est sub vtraqꝫ op
posita nō denoīatur ab aliqua illarū. Si.n. subiectum simul
esset sub albedine: ꝛ sub nigredine: vt albedo ꝛ nigredo oppo
nuntur: nō denoiareē ab illis vt patet. Mō in pposito. Es-
sentia diuina est simpliciter illimitata respectu oīm relatio
num: ꝛ necessario simul est sub omnibus: cum qcqđ sit ibi est
simpliciter necesse esse: sequitur ꝙ essentia diuina nullo mō
hēbit rōnē suceptiui respectu relationū originis. ¶ Hoc idē
pbat auctoritate Dam. li.1.c.5. qui vult ꝙ relationes determi
nāt hypostases nō naturā.i. ꝙ relationes ille denomināt
personas: non naturam diuinam. ¶ Ad secundam rationē
licet ista litera sit satis clara. hic tamen non expono eam a-
liter: quia plixe totam exposui in secundo. di.1.q.1. an rela-
tio distinguaē realiter a fundamento: vbi doc. facit simile ar
gumētū ꝛ simile rñsionē. vide ibi mlta bona ꝛ nōnlla dubia.
¶ Ibi ꝛ cū arguiē vlterius de substantialitate relatiōis in
diuinis. Hic doc. soluit vltimā rōnē ꝛ plura dicit: que sub bre
uitate expono. Primo dt ꝙ essentia diuina pōt dici substan
tia secunda ꝛ prima, scda quo ad hoc ꝙ est cōicabilis pluri-
bus realr: sed nō ē diuisibilis ī illis. Ibi.n. ſm Dama.c.4. ē
natura cōis cōitate reali: ꝛ non cōitate rōnis: sicut est natu
ra creata. Aduerte ꝙ natura creata actu nō cōicatur pluri-
bus: nec actu predicaē de pluribus nisi ſm rōnē: licet dicaē
hēre vnitatē minorē vnitate numerali: ꝛ hoc ex natura rei: il
la tñ vnitas nō est actu cōis pluribus ſm rem. De hoc vide
que per longum tractatum exposui in secūdo di.3.q.1. Na-
tura etiā diuina hꝫ rōnem substātie pme: quia ipsa ē de se hec
ꝛ singularis. licet nō incōicabilis: ꝛ differt a substātia prima
creata/quia ibi substātia ɔtrahiē ad singularitatē/ ita ꝙ singu
laritas aduenit sibi ɔtrahendo ꝛ determinādo illā ad singu
laritatē/vt patet a doc. in secundo. di.3.q.1.ꝛ.6. natura ve-
ro diuina ex se formaliter est hec/vt patet a doc. in pmo. di.
2.5.26. Deinde addit ꝙ in diuinis nō restat alia rō substan
tie qlitercūqꝫ accepte querenda vltra rōnē eēntie/nisi rō in-
cōicabilitatis/ista aūt in diuinis nō pt eē rō substātie q̄tum
ad cōem opi.q̄ tenet psonas nō posse ɔstitui p absoluta vt pꝫ
in pmo. di.26. tenēdo.n. ꝙ constituanē per proprietates ab
solutas/est postea vidēdum quō possint pertinere ad primā
subām/ꝛ quō nō/vide in pmo. di.26. Nā ſm cōem opi. oīe
absolutū in diuinis est cōicabile. Et sic patet quō relatio in
diuinis nullā hēat rōnē substātie/nec pme/nec scde. cū sub-
stātia qlitercūqꝫ accepta ī diuinis sit cōicabilis. hꝫ ḡ tñ ibi
rōnem icōicabilitatis. ¶ Ibi. Si arguitur cōtra hmōi. Hic
do. arguit pbādo/ꝙ relatio originis ptineat ad substātiā/quia
qđ ptinet ad subām pmā hꝫ rōnem substātie/sed incōicabi-
litas est hmōi. vt pꝫ. ergo. ¶ Respondet doc. ꝙ loquēdo de
incōicabilitate singularitatis/illa bñ ptinet ad substātiā/quia
vltimū ɔtrahēs substātiā ad esse singulare/ est eiusdē gñis
cū natura cōtracta(ꝛ hoc tñ reductiue. nō.n. singularitas p
tinet ad quiditatē rei/nec aliquo modo dicit quid/ vt notat
doc. in.2. di.3.q.6. vide ibi multa singularia) ꝛ per cōsequēs
ipm ſm suā rōnē formalē ptinet ad genus substātie. In deo
nō est sic/quia relatio nullo modo cōtrahit naturam diuinā
cum ex se sit singularissima ꝛ simpliciter in vltima actualita
te/ꝛ vt sic est simpliciter pluribus cōicabilis. ¶ Et qđ dicit
doc. ꝙ vltimū ɔtrahens naturam creatam/siue ad singula-
ritatē/siue ad incōicabilitatē/est eiusdem generis cū natu-
ra cōtracta/hoc vr dubiū de cōtractiuo ad incōicabilitatem
quia incōicabile vt quo ꝛ vt quod/cōstituitur in esse tali per
negationem. vt notat doc. ī tertio di.1.q.1. Modo negatio
non pertinet ad genus substātie. Respōdeo vt plixe expo
sui supra in tertio. vide ibi singularia quedam. ¶ Ibi. Sed
adhuc arguiē. Doc. adhuc instat pbando ꝙ paternitas sit
substātia. Et arguit diuisiue: quia aut ē substātia: aut acci-
dēs: quia inter ista duo nō datur medium. nō accidēs: ergo
substantia: ꝛ sic habet propriam substātialitatem. ¶ Re-
spondendum secūdum Aug.5. de tri.c.6. ꝙ nō omne qđ in
deo est dr ſm substātiam: aut ſm accidens: sed ē ibi aliquid
quod ad alterum dr ꝛ relatio: ꝛ nullo mō secūdū substātiā
vel secūdum accidēs. ¶ Ibi. Si adhuc tertio replices: ad
huc ad idem arguiē. Et ratio stat in hoc: quia aut paternitati
ɔuenit inherere alteri: aut sibi repugnat. Si pmo: ḡ erit ac
cidēs: si secūdo: ḡ erit substātia: cui pprie repugnat inhere
re. ¶ Respōdet doc. secūdū Aui.5. meta. nō inherere ꝛ nō
posse inherere: nec ē ratio substātie vt substātia ē genꝰ: nec
inherere ē ratio accidētis vel alicuiꝰ gñis accidētis: quia ihe
rere ē dare eē vel actum secūdū quid alicui terio priori sim
pliciter enti: sed substātia ē illud substratū cui ɔuenit nō in
herere: vel cui repugnat iherere: ꝛ accidēs vel qualitas: vel
quātitas ē natura cui cōuenit inherere. Vult dicere ꝙ ista
nō sunt de rōne cop. Nō eīn inherere: vel posse inherere ē
de rōne formali accidētis. vt pbat doc. in.7. meta. sue. nec
similiter nō posse iherere ē de formali rōne substātie accepte
secūdū genꝰ: ita ꝙ sit de rōne substātie secūdū genꝰ: ꝛ p cō
sequens sit de ratione omnis substantie. Istis eīn circūscri
ptis per possibile vel impossibile adhuc remanēt formales
rōnes: tā accidentis q̄ substantie. Ad propositum ergo ap
plicādo ad relationem originis: dicit ꝙ nō cōuenit sibi inhe
rere: quia nō ɔuenit sibi dare actum secūdū quid ꝛ diminutū:
cum hoc dicat imperfectionem: ꝛ sic repugnat substātie inhe
rere: nec tñ sequiē ꝙ secūdū suā rōnem formalē habeat p-
priam substantialitatem: quia non posse inherere non cōplet
rōnem substātie. vt dcm̄ ē. ¶ Ibi. Si quarto repliceē. Hic
replicat pbādo ꝙ non posse inherere conueniat relationi p
rationem cōem. Et p consequens per rationē substātie: quia
non p rōnem entis: quia tunc inherere repugnaret oi enti.
nec p aliā cōioē q̄ p rōnē substātie: ḡ si tali incōicabili re-
pugnat iherere p rōnē substātie: sedꝫ ꝙ tale icōicabile erit
substantia. ¶ Rñdet doc. ꝙ imperfectio pōt repugnare alicui
bꝰ non p rationē cōem: sed p rōnes speciales. patet. quia re-

pugnat deo esse album ꝓpter perfectionem simpliciter ⁊ illimitatam in deo: repugnat etiã nigro esse albũ ꝓpter pfectionem limitatã sub genere coloris: que perfectio limitata necessario habet pfectionem annexã aliã tñ: ⁊ in alio gradu a perfectione albi. Ad ppositum aũt inherere siue depẽdere ad subãm est imperfectio: ideo repugnat substantie: qꝛ sibi repugnat esse entitatem sm q̃d siue diminutũ: qꝛ substantia dat esse simpliciter: siue primũ. Repugnat etiã relationi diuine: que licet non det eẽ simpliciter: siue p se esse: tñ ipsa ẽ entitas cui repugnat sibi esse entitatem diminutam. Inherere aũt repugnat essentie diuine: quia ipsa est pfectio simpliciter: repugnat etiã relationi diuine: que licet non sit pfectio tñ est talis entitas. cui repugnat oĩs impfectio: ⁊ p ↄ̃ns inherere sibi repugnat: cum dicat imperfectionem.

Pulchra dubia.

In isto articulo occurrunt quedaꝫ parua dubia.

Primo in hoc qḋ dicit: ꝙ relatio originis per realẽ idẽptitatem est res eadẽ que est essentia diuina. Hoc.n. videt̃ dubiũ Primo quia sequitur ꝙ paternitas ⁊ filiatio non distinguũtur realiter: nec per consequens psone constitute: qḋ est falsum. ꝙ aũt sequatur / patet: quia que sunt realiter idem alicui habenti vnitatem numeralẽ: siue singularem: sunt vnuꝫ numero siue vnũ singulare realiter. Hec propositio videtur manifesta ⁊ concessa a doct. in pluribus locis: sed relatiões originis sunt idẽ realiter essentie diuine singulari: ergo omnes relatiões originis sunt vnum numero et vnũ singulare realiter: ⁊ per ↄ̃ns non distinguunt̃ realiter: vt patꝫ. ¶ Secundo arguitur sic: non repugnat essentie diuine posse esse sine relationibus originis: ergo non idẽptificat sibi illas realiter: consequentia nota. Antecedẽs ꝓbatur ex dictis doc. qꝛ ipse vult ꝙ priori natura non repugnat posse esse sine posteriori natura: vt patet in secũdo. di.1. ⁊ 2. ⁊ in tertio. di.3. vbi etiam vult ꝙ non repugnat priori natura: posse eẽ prius duratione posteriori natura Sed per doct. essentia diuina est prior natura relationibus originis: vt patet pma.q.quol. ergo non repugnat essentie diuine posse eẽ sine relationibus originis: ⁊ si potest eẽ ergo est sic de facto: qꝛ in diuinis ad intra nihil est possibile quin illud sit de facto imo qui sit necesse eẽ ⁊ in vltima actualitate: vt patet a docto. in plurib⁹ locis: precipue in primo. di.2. parte.1.q. vlti. ⁊ parte.2.q.3. et in quol.q 2. ⁊ alibi sepe. ¶ Tertio arguitur quia videtur repugnantia: ꝙ relatio originis ⁊ essentia diuina sint vna ⁊ eadem res realiter: ⁊ ꝙ distinguantur formaliter. Tum qꝛ accipio formalitatem: puta paternitatis: ⁊ formalitatem essentie: ⁊ quero an formalitas paternitatis sit idem qḋ formalitas essentie: aut non sunt idem. Si primo ergo non distinguuntur formaliter: vt patet. Si secundo ergo vna non trãsit in idemptitatem alterius: quia si formalitas paternitat̃ est alia a formalitate eẽntie: seq̃tur ꝙ formalitas paternitatis non idemptificetur formalitati essentie diuine. ¶ Quarto videtur implicatio ꝙ distinguãtur formaliter: ⁊ ꝙ sint idẽ realiter. Probatur quia maior distinctio infert minorem: sꝫ distinctio formalis est maior reali. ergo si distiguuntur formaliter distinguuntur realiter: minor probatur. Tum quia distinctio essentialis est maior reali: vt etiam patet per doc. ĩ diuinis nõ ꝓcedit̃ eẽntialis distictio: ⁊ tñ ꝓcedit̃ realis. Sꝫ distinctio formalis est eẽntialis: patꝫ. qꝛ eẽntialis accipitur penes quiditatem. ⁊ sic cum omnis formalis sit quiditatiua sequitur ꝙ erit essentialis. Tum quia distinctio formarum ẽ maior reali: vt patet: sꝫ distinctio formalis est distinctio formarum: patet. per doc qui vult ꝙ formalitas sumatur a forma. ¶ Respondeo ad has obiectiones. Ad primam. p̃mitto aliqua. Primo. ꝙ in diuinis nulla est singularitas que sit contractiua nature: vel alicuius alterius ad esse singulare: quia hoc est imperfectionis. Secundo si teneatur: vt videt̃ tenere doct. in primo: dist.2. parte.2.q.1. ꝙ singulare est cõmunicabile saltem vt quo. Tunc dico ꝙ proprietas in diuinis vt pẽnitas. nullo mõ ẽ singularis: cũ ex sua rõne formali sit simplr̃ incõmunicabilis: ⁊ vt quo: ⁊ vt qḋ. Si dicatur ꝙ omne suppositũ ẽ etiã singulare: qꝛ rõ suppositi p̃supponit rõnẽ singularis. Dico ꝙ hoc est falsũ in diuinis: qꝛ ibi repit̃ aliq̃d qḋ formalr̃ dt rõnẽ suppositi: siue rõnẽ incõicabilitatis: qḋ tñ nullo mõ includit rõnẽ singularitatis. Sola ergo natura diuina: ⁊ oĩa attributa: ⁊ oĩa cõicabilia plurib⁹ suppositis: ⁊ oẽs relationes cões: vt eq̃litas sĩltudo ⁊ idẽtitas includũt rõnẽ singularitatis ⁊ nõ suppositi. ¶ Scḋo p̃mitto: ꝙ aliud est loq̃ de distinctiõe reali in creaturis: ⁊ aliud in deo. Primo mõ: q̃ realr̃ distinguũtur: distinguunt̃ et eẽntialiter: vt exposui in scḋo di.1.q.4. distinguũtur et nũeralr̃: ⁊ sunt distincte nature nũero. Sꝫ in diuinis que realr̃ distinguunt̃ / nõ sunt distincta singularia / loquendo de suppositis diuinis / qḋ dico ꝓpter relationes cões. Nam similitudo in filio realiter distiguitur a similitudine in patre / et tñ sunt distincte singularitates / vt patet a doct. in primo. dist.19. ⁊ 31. ⁊ ĩfra in quol.q.6. Distinguunt̃ ergo psone realiter. i. personaliter ⁊ suppositaliter / ita ꝙ tota rõ distinguẽdi vnũ suppositũ ab alio est ꝓprietas suppositalis / ⁊ natura diuina est ibi oĩno indistincta / nõ sic est in Petro ⁊ Johãne / qui distinguũtur realiter / quia etiã in eis sunt distincte humanitates realiter. ¶ Tertio premitto / ꝙ ideo paternitas distinguit̃ realiter a filiatione / quia nihil pertinẽs ad paternitatem aliquo modo / includit per aliquam idẽptitatem aliquid ptinẽs ad filiationem / imo sunt primo diuerse / vt patet a doc. in p̃mo. di.13. ⁊ sic psone diuine dicunt̃ realiter distingui rõne ꝓprietatum. nõ tñ sunt p̃mo diuerse / quia vltra ꝓprietates ĩcludunt quiditatiue naturã diuinam / in qua essentialiter et quiditatiue conueniũt / vt pꝫ a doc. ĩ p̃rio. d.7. ⁊ 13. ¶ His premissis. Rñdeo ad rõnẽ ⁊ ↄcedo ꝙ inter se sunt vnũ nũero / ⁊ vnũ singulare realr̃ loq̃ndo de singulari in quo ↄueniunt realr̃. Sũt.n. idẽ singulare realr̃ qḋ est eẽntia diuina / q̃ realr̃ idẽptificat sibi oẽs relationes / nõ sũt tñ illud formalr̃. Et de hoc dictũ est in p̃mo. di.2. pte.2.q.1. in respõsiõe / ad primũ argumentũ principale / vide ibi. ¶ Ad scḋm. Dico ꝙ si natura diuina est p̃or natura positiue / ⁊ nõ tãtũ negatiue que distinctio patꝫ a doct. in.3. dist.3. ⁊ in.2. di.1.q.2. ꝙ non repugnat sibi posse esse sine illis / ⁊ hoc ex sola rõne formali eẽntie diuine. Sicut et nõ repugnat hoĩ ex sua rõne formali posse eẽ sine risibilitate / repugnat tñ sibi p aliđ / puta / qꝛ hõ ex sua rõne formali ⁊ itrinseca ꝓducit ĩ seipso risibilitatẽ vt oĩno eandẽ sibi realr̃. Hoc idẽ dico de essentia diuina que ex infinitate idẽptificat sibi oẽs relationes et oĩa que ibi possunt esse. Quia ergo essentia diuina est formaliter ĩfinita / nõ realr̃ sibi idẽptificat eas. Et quia et necessario oĩa sibi itrinseca originat in se per veram idẽptitatem / ideo rõne istoruꝫ repugnat sibi posse eẽ sine istis relationib⁹ / cui tñ ex sua rõne formali nõ repugnat. ¶ Ad tertiũ dico breuit̃ / ꝙ formalitas eẽntie diuine / loq̃ndo de formalitate fundamẽtali ⁊ ex natura rei ẽ idẽ realr̃ / qḋ formalitas pẽnitatis. Sunt.n. iste due formalitates vna res realr̃ / sed nõ sunt vna res formalit̃ / imo sp sunt distincte formalitates. In vna.n. ⁊ eadeꝫ re realr̃ possunt eẽ plures formalitates ⁊ realitates formalit̃ adinuicẽ distincte / vt satis patuit ĩ p̃rio. di.8.q. penul. ¶ Ad quartum dico ꝙ distictio essentialis ꝓpe est distinctio specifica: siue distictio duarum naturarum dicẽtium veram rẽ de qua satis dixi in secũdo di 1.q.4. ⁊ hoc modo formalis nõ est essentialis. Accipitur eñ formalis p quidditatiua: siue p rationibus formalibus: ita ꝙ ratio formalis vni⁹ nõ includitur in ratione formali alterius: quecunqꝫ sit illa ratio formalis. Et de hoc satis dixi ĩ p̃mo di.8.q.pe. ¶ Deinde dubitatur de hoc quod dicit ꝙ ideo essentia nõ denominatur a relationibus originis: quia est illimitata ad oppositas formas siue relatiões: ⁊ nõ distinguitur ab eis. Quod autem denominatur a forma aliqua / per hoc denotatur eẽ distinctum ab opposito. ¶ Instatur cõtra hoc. Prĩo. quia quod ẽ tale cuicũqꝫ comparetur semp erit tale: sed relatio etiã originis nata ẽ denoiare fũdamẽtũ. vt patet. g si comparetur ad essentiã ⁊ sit ĩ ipsa denoiabit eã. ¶ Scḋo instatur: qꝛ nõ videtur sequi: est illimitata ad opposita: ergo nõ põt denoiari ab aliquo illorũ: qꝛ et volũtas nostra est illimitata ad oppositas relatiões. vt pꝫ a doc. in p̃mo di.2. parte.2.q.3. ⁊ in scḋo di.25. ⁊ tñ denoiat̃ simul ab vtroqꝫ oppositorum: qꝛ simul mouet ⁊ mouetur: siue simul est mouẽs ⁊ mota: sic erit in ꝓposito. ¶ Tertio instat̃: quia vr̃ sequi ꝙ saltẽ quasi denoietur. Si eñ eẽt realit̃ disticta ab eis / posset vere denominari: quia dicit doc. ꝙ nõ denominat̃: quia nõ distinguit̃ ab vtroqꝫ oppositorum: ergo si distinguit̃ vere denominat̃: ergo vbi quasi distinguit̃: quasi denomiatur. Patet per illã regulam doc.q.1.quol. Qualis ẽ ordo inter aliqua vbi realiter distinguũtur: talis ẽ vbi sola rõne distinguunt̃. g. ¶ Quarto instat̃: quia sunt multe alie relatiões que nõ opponunt̃ adinuicẽ. vt similitudo ⁊ equalitas ⁊ idẽptitas que oẽs fundãtur in essentia diuia. vt patet a doc. ĩ p̃mo di.19.q.1. ⁊ di.31. ⁊.q.6.quol. ⁊ tñ nõ denoiat̃ ab eis. vt pꝫ. ¶ Rñdeo ad primã instãtiã ꝙ ad hoc ꝙ susceptiuũ possit denoiari a tali forma: non tñ requirit̃ ꝙ ipsa sit nata denoiare: sed et requirit̃ ꝙ sit in susceptiuo cõuenienti: quale non est essentia diuina ꝓpter sui illimitationẽ: ⁊ ꝓpter indistinctionem ab vtroqꝫ opposito: concedo ergo ꝙ ipsa cuicũqꝫ comparet̃: sp talis forma quãtum ĩ se est nata ẽ denominare: sed ꝙ non denoiet hoc est ex pte susceptiui. ¶ Ad secundam dico ꝙ volũtas nr̃a est tñ illimitata sm quid. vt patet a Doc. vbi supra: essentia vero diuina est simplicit̃ ex

vnius filij generatione: patet quia vnico actu generādi semper manente: producatur vnus filius semper manens. τ ex eodem semper vniformiter se habente. Et confirmatur: qꝛ sicut est impossibile vnam τ eandem materiam simul moueri pluribus motibus generationis vel alterationis ad plura solum numero differentia ergo sic est impossibile plura solo numero differentia esse ex eodem principio semper vniformiter se habente: quorū quodlibet adequatur illi pricipio. Antecedens est notum. quia eadem materia ligni nō simul mouetur ad duas formas substātiales ignis solo nūero differentes: nec similiter subiectum simul pōt moueri ad duas albedines solo numero differentes. Et hec est expressa snia phi tertio phy. t.c. 19. sic dicentis. Inconueniens inquit est per duos motus simul moueri: quedam namq; erunt alterationes due vnꝰ τ in vnā specie: sed impossibile ē: τ ibi com. deinde inquit. Contingit aliud opinabile τ est: vt idē numero moueat duobꝰ motibꝰ diuersis: vt idē numero. Hec ille. Hoc idem pꝫ tertio phy. t.c. 37. cōsequentia videtur nota. ¶ Secundo ꝓpter quedam verba doct. potest sic formari ratio. Vbicunq; aliqua tota fecunditas in generatione alicuius sic exhauritur ꝙ non manet ad alium actum generationis alterius filij: ibi tali fecunditate non pōt esse alius filius: sed in generatione filij in diuinis sic tota fecūditas patris exhauritur: ꝙ non potest manere in patre respectu alterius filij ergo τc. ¶ Rńdetur a doc. negando minorem: τ cōcedendo maiorem. Et cū probatur illa minor per hoc ꝙ generatio filij semper stat τc. τ sic probatio minoris pōt eē ratio prius facta. s. actus adequatus principio actiuo τ semper stans τc. Sed actus generationis in diuinis est hmōi ergo τc. Et doc. negat istam ma. prime rationis que assumit ad probandum minorem secunde rōnis: τ non tm̄ negat illam maiorem: sed etiā contra ipsam instat ibi. Contra istam rōnem ꝙ non concludit sufficienter propositū: pōt argui sic Quecunq; potentia τc. Ista ratio stat in tribus dictis. Primū ꝙ aliqd repugnare alicui: potest dupliciter: intelligi. Primo simpliciter τ absolute: et ratione proprie entitatis: sicut dicimus ꝙ rudibile repugnat homini simplr. Scdo ꝙ tantū repugnat rōne alicuius posterioris actu inherentis. sicut dicimus ꝙ nigredo repugnat homini actu existenti sub albedine τ non repugnat homini absolute: sed tm̄ rōne albedinis stantis in hoīe. Scdm dictū est ꝙ repugnat pmo mō alicui nunq; potest inesse etiā per quodcunq; posterius in illo cui repugnat: quia quod repugnat alicui simpliciter: nunq; fiet non repugnans per qdcunq; posterius vt patet a doc. in primo di. 3. q. 5. contra Hen. Et qđ repugnat secundo mō pōt simpliciter inesse: qꝛ circūscripto posteriori cui repugnat pōt inesse priori: cui tm̄ repugnat rōne illiꝰ posterioris. Tertiū dictū est: ꝙ qcqd ē i diuinis sic ē necesse eē: ꝙ est simplr impossibile ipꝫ nō eē in qcūq; instāti. Et qđ nō repugnat in diuinis simpliciter ad intra illō tale est ibi de necessitate nature. Istis presuppositis: īfert doc intentum principale contra illam ꝓpositionem. s. ꝙ actus adequatus principio productiuo τ semper stans: alius eiusdem rōnis non pōt inesse. Si ergo alius filius non potest esse in diuinis: ex hoc ꝙ primus filius adeqtur in perfectione principio productiuo: τ semper stat. sequitur ꝙ nō repugnat simpliciter: quis tm̄ repugnat rōne pmi filij semper stantis. Sed quod non repugnat simpliciter in diuinis illud est simpliciter possibile τ omne possibile ad intra est ibi de necessitate nature. τ per ɔ̄ns si illa ratio Hen. est vera: concludit plures filios esse in diuinis. Dicit ergo doc. sic. Quecunq; potentia pōt habere alium actum: si ille actꝰ non staret semper: illa simpliciter pōt habere alium actum. sed potentia generatiua in diuinis per Hen. solū ex hoc nō pōt habere alium actū: qꝛ ille actꝰ semper stat: ergo illa potentia absolute pōt habere alium actū. Et probat illā ma. rōne τ exemplo: Rōne sic. quia potētia naturaliter prior est actu. vt patet. 9. meta. t.c. 13. Et vide ibi: qūo potentia sit prior actu tpe: quia certum est ꝙ potentia actiua que est in actu: est prior actu ipso producto Modo qđ non repugnat priori naturaliter: nisi per illud qđ est posterius natura: simpliciter nō repugnat sibi: vt supra dictū: τ sic patꝫ rō doc. Et similiter exemplū est notū. ¶ Ibi. Confirmatur ista ratio. Ista confirmatio supponit vnum videlicet. ꝙ qñ sunt duo effectus eiusdem rōnis nō est talis ordo inter illos: vt vnꝰ dicatur prior: τ alter posterior. presertim si illi effectus sint p se stantes. qđ dico: qꝛ forte vna pars aeris. puta ꝓpinq̄ priꝰ illuminat q̄ remota. Cōparando ēt duas illuminatiōes eiusdē rōnis ad idē lucidū: vna nō supponit aliā de necessitate. Aliqñ ṽo est ordo effectꝰ ad effectū: vt posterioris ad priꝰ sic ꝙ posteriꝰ nō pōt haberi: nisi priori prius habito. Et sic dicimꝰ ꝙ intellectꝰ de necessitate est priꝰ operatiuꝰ q̄ sit ꝓductiuus: que tm̄ intellectio τ productio sunt alterius rōnis qꝛ vnū est absolutū τ reliquū relatiuū. Sed qñ sūt duo effectus eiusdē rōnis ab eadem cā: nō est talis ordo prioris et posterioris: quia vnū est eque ꝓducibile imediate a tali causa sicut aliud. τ ecōtra. Cū ergo due generatiões in diuinis si essent: essent eiusdem rōnis: τ essent ab eodē principio ꝓductiuo: non esset maior rō de vna q̄ de alia ꝙ imediate sit a tali principio. Et probat quia potentia ꝓductiua est prior natura actu ꝓductionis. Tūc arguo sic. quecunq; potentia ꝯparatur ad duos actus posteriores ipsa: inter quos nō est necessario ordo prioris τ posterioris: talis potentia esset ꝓductiua vnius sicut τ alterius: quia semper comparatur vt prior: sed potētia generatiua in patre est prior ipso actu generationis. ergo sicut pōt habere vnū actum generationis ita pōt habere alium: cum nō sit maior rō de vno q̄ de alio Et sic si secundus actus generationis non pōt inesse stante primo/ τ ille secundus est ita imediate ꝓducibilis sicut τ primus. Et ꝙ non sit ordo prioris τ posterioris inter illos/ sequitur. vel ꝙ vterq; sit simul a potētia tali vel neuter/ qꝛ quicqd ibi pōt esse de necessitate absoluta: ibi est. Et sic patꝫ ista confirmatio. ¶ Ibi. Videtur ergo q̄stum ad istā rationem τc. Dicit doc. in ista litera ꝙ non ꝓbat sufficienter illa ꝯclusio negatiua (scꝫ ꝙ non possint esse simul plures generationes eiusdem rōnis) nec p hoc ꝙ vna generatio semꝑ stat vt supra patuit. Nec per hoc ꝙ vna materia nō pōt simul ꝑfici pluribꝰ actibus eiusdē rōnis: puta ꝙ essentia diuina que ponit scꝫ Hen. quasi materia respectu generationis: pficiat duabꝰ gñationibus eiusdem rōnis. Et ꝓbat ista secūda ps sicut τ prima: quia si eēntia diuina nō pōt pfici simul duabꝰ ꝓductionibꝰ eiusdē rōnis/ aut hoc ideo est/ qꝛ sibi repugnat simplr/ τ hoc nō ꝓbat ab Hen. Aut qꝛ stante vna ꝓductione in essentia/ alia non pōt inesse/ τ sic secūda ꝓductio non repugnat simplr in eēntia diuina/ sed tm̄ rōne alterius gñationis inexistentis/ qua stante secūda nō pōt inesse/ ergo nō repugnat sibi simplr/ ergo absolute possibile est scđam inesse. τ si pōt inesse absolute de necessitate inest/ vt supra patuit Pōt ēt ꝓbari illa scđa ps p illā ɔfirmationē/ qꝛ potētia q̄si receptiua ex se nō magis determinat ad vnā q̄ ad aliā. Et ꝙ prius sit sub vna forma q̄ sub alia/ hoc erit p rōnē ꝓducētis pꝰ inducētis vnā q̄ aliā/ sꝫ sicut supra ꝓbatū ē. potētia gñatiua in diuinis: cum sit prior vtroq; actu gñationis: ita pōt in vnū immediate sicut τ i alium: g̃ due ꝓductiones eiusdē rōnis/ vel tres: Vel simul erunt in eēntia diuina a potentia productiua vel neutra. Et sic patet ista secūda ps ꝓbata. ¶ Dicit g̃ doc. vnā ꝯclusionē valde notabilē ꝙ oportet ꝓbare ꝙ sic est necessitas ad vnam ꝓductionē vnius rōnis/ ꝙ si per impossibile illa non semꝑ staret: vel nunq; esset: adhuc nulla alia posset haberi in diuinis eiusdē rōnis. Oportet ēt ꝓbare ꝙ hic pater in diuinis est sic de necessitate absoluta hic pater ꝙ si per impossibile ille non eēt: nullus aliꝰ eēt. Et siliter oportet ꝓbare ꝙ hic filius i diuinis sic necessario est hic filius: ꝙ si per impossibile hic filius non eēt: nullus alius filius eēt. Hoc idē dico de gñatione actiua in patre: τ passiua in filio. ꝙ oportet ꝓbare ꝙ hec gñatio actiua in patre/ sic de necessitate est hec generatio actiua. ꝙ si per impossibile illa nō eēt: eēt impossibile simpliciter aliam esse. hoc idē dico de gñatione passiua: τ similiter idē dico de spiratiōe actiua τ passiua: τ sic patet litera doc. Et ex his patet quō lra doc. in primo di. 2. parte. 2. q. 2. in rńsione ad vltimū argumentū non concludit de necessitate ibi tm̄ eē vnā ꝓductionem eiusdem rationis. Dicit eñ sic potentia finita non potest habere simul duos terminos adequatos in producendo: licet possit habere vnum in produci τ alium in producto esse: potentia tamen infinita habet terminum suum intra se semper in produci: τ iste est adequatus: adeo non potest habere plures terminos. hec ille. Hec ratio non magis concludit q̄ illa Hen. nisi accipiat adequationem tam intēsiue q̄ extensiue. Nec similiter litera doc. quā ponit in primo. vbi supra. q. 3. rńdēdo ad. q. circa finē. vbi sic dicit. Vlterius sequitur. si non sunt ibi nisi duo principia productiua alterius rationis. ergo tm̄ sunt due ꝓductiōes numero. ꝓbatio: quia vtrunq; principium productiuum habet productionem sibi adequatam τ coeternam: ergo stante illa non potest habere aliam. hec ille. Et ideo oportet multum considerare literam doc. Sufficit. n. doc. in illis locis tm̄ ostendere ꝙ ex quo sunt duo principia alterius rōnis τ infinita: ergo τ duo producta eēnt infinita que adequantur illis principijs: tam intensiue q̄ extensiue: sed quomodo sic adequētur alibi habet ostendere quod τ facit in presenti. q.

Cōformed passū pas- sui egregie

De secundo articulo hic doct. intendit probare

conclusionem negatiuam. videlicet q̄ est simpliciter impossibile esse plures productiones eiusdem rationis in diuinis. Et hoc probat tripliciter. Primo argumēto ducente ad impossibile. Secundo argumento ostensiuo. Tertio ex intētione philosophi. ¶ Quantum ad primū deducit doc. ad hoc impossibile. s. q̄ actu essent infinite productiōes in diuinis: si possent esse plures eiusdem rationis. probatur ista consequentia. s. si in diuinis possunt esse plures productiones eiusdem rōnis: puta plures generationes actiue: vel passiue. ergo τ infinite: patet ista cōsequētia primo auctoritate Aug. contra Maximinum lib. primo. vbi intendit probare q̄ si filius genitus posset generare alium filium: ille alius posset generare aliū: τ sic in infinitū. Dicit enī sic absit vt ideo potentior sit pater filio: vt putas. quia creatorem genuit pater: filius autē nō genuit creatorem. neq̄ enī non potuit: sed nō oportuit. Et subdit quare non oportuit. Immoderata esset diuina generatio. si genitus filius nepotē gigneret patri. quia nisi τ ipse nepos auo suo pronepotem gigneret ēm vestrā mirabilem sapientiam impotens diceretur: similiter τ ille τ ille. Et subdit: nec impleretur generationis series: si semper alter ex altero generetur: nec etiam perficeret eā vllus: si nō sufficeret vnus omnipotens. hec ille. ¶ Sed dubitatur de auctoritate Aug. in hoc q̄ dicit q̄ filius potuit generare filiū: sed nō oportuit: q̄ si filius potuit generare filiū. ergo de facto genuit. quia quicquid est ibi possibile: est semper in vltia actualitate. ¶ Rñdeo q̄ dictū Aug. debet intelligi q̄tū ad perfectionem principij pductiui: quia illud idē pncipiū. s. memoria fecunda est ita perfecta in filio sicut in patre: sed vt in filio nō dicitur potētia generādi. sed tñ modo in patre vt supra ostēsum est in primo di. 7. Intelligit ergo Aug. q̄ illa eadem perfectio que est in p̄re: eadē p̄fecta est in filio: sed quia tali principio productiuo tñ sibi correspondet vna pductio τ vnum productum: ideo vt in patre dicit potentia generādi non autem vt in filio. ¶ Ibi probatur eadē cōsequētia per rōnem sic. Hic doc. probat illam cōsequentiam ostēsiue. Quicquid enī est plurificabile eiusdē rōnis vel ad plura eiusdē rōnis se habens: non determinatur ex se ad certam pluralitatem: patet hec propositio: siue comparādo cōe ad sua singularia: siue cām ad sua causata siue principium ad sua pricipiata. patet etiā de cōi. Si enī natura humana de se est plurificabilis in duo singularia: ita de se est plurificabilis in infinita. i. q̄ q̄tū ē ex pte sua nō repugnat sibi posse plurificari in infinita: hoc idē p̄z de cā respectu effectus: que si ex se pōt pducere duos effectus eiusdē rationis: ita q̄tum est de se pōt producere in infinitum cum non sit maior ratio de vno q̄ de alio. Ex hac ppositione probata: sequitur q̄ q̄cūq̄ plurificabile eiusdem rōnis q̄tum est de se: pōt extendi ad infinita nisi determinet aliūde: nec determinari potest per principium eiusdē rōnis. p̄z quia si natura eiusdē rationis ex se non determinat ad certū numerū: ita nec pncipiū formale eiusdem rōnis potent esse ratio: quare sit determinatio ad certū numerū: si enī a pōt multiplicare naturā humanam in duo singularia: idē a. vel aliud eiusdē rōnis cum. a. poterit pducere illam naturam q̄tum est ex parte sua in infinita singularia eiusdem rōnis. cum nō sit maior ratio de vno q̄ de alio: si ergo generatio actiua ex se non sit determinata ad certū numerū: cū sit plurificabilis in plura: nec erit determinata ad certum numerum per pncipium eiusdem rationis: puta per intellectum diuinum. si enim intellectus diuinus potest esse principium plurium rationum eiusdem rationis. ergo q̄tum est de se potest esse principium infinitarum productionum eiusdem rationis: nec videtur q̄ ista determinatio ad certum numerum possit fieri ab aliquo posteriori: quia a posteriori nihil habet suam entitatem: ergo nec vnitatem: nec certam pluralitatem. Si enī natura humana non est ex se determinata ad certam pluralitatem: nec ex principio productiuo eiusdem rationis causante naturam in tali τ tali singulari. Sequitur q̄ per nullum posterius ipsa natura potest determinari nec ab aliquo quod est simul natura cum productionibus. Qua ratione ipsa productio que est vnius rōnis nō determinat ex se ad certā pluralitatē: pari rōne nec id q̄ō est simul natura cū illo: nec ab aliquo priori: q̄a illud prius: vel est pncipium formale pducēdi: vel pncipiū pducēs: q̄ō est suppositū a pncipio formali productiuo eiusdē rōnis nō est ista determinatio: vt supra patuit: nec ab ipso supposito: q̄a ad tot se extēdit suppositum: ad quot se extendit rō formalis pducendi tota enī ratio agendi supposito: τ tota perfectio agendi ipsi supposito est simpliciter a pncipio formali pductiuo: vt exposui i primo. di. 1. q. 2. τ di. 3. q. 6. Si ḡ pductio eiusdē rōnis pōt multiplicari in plures. ergo τ in infinitas cū nō appareat determinatio aliq̄ ex supradictis. ¶ In ista tamen litera doc. occurrūt alique difficultates. prima in hoc quod dicit q̄ principium formale productiuū eiusdem rationis: si potest producere plura eiusdem rationis: q̄ etiam τ infinita: q̄z videtur sequi q̄ illud tale erit formaliter infinitum: q̄z maioris perfectionis est posse producere plura simul q̄ vnū tñ: ergo posse producere plura infinita τ eiusdem rationis erit infinite perfectionis: τ sic calor in igne qui ponitur principium eiusdē rationis/si potest producere duos calores simul: ergo τ infinitos quod est falsum. patet ēt: q̄z s. doc. q̄ cum non est determinata ex se ad certa causata: cum ergo sol non sit ex se determinatus ad certa causata specie distincta: sequitur q̄ ex se posset producere infinitas species: q̄z plures potest producere τ ex se non est determinatus ad certam pluralitatem: ḡ τ infinitas potest producere ḡ erit infinite perfectionis. ¶ Respōdeo q̄ τ si principium pductiuum eiusdem rationis possit ex se producere infinitos effectus eiusdem rationis: non tamē sequitur q̄ simul illos possit pducere: sed tñ successiue: τ ex hoc non sequitur maior perfectio. vt patet a doc. primo di. 2. parte. 1. q. 1. Et cum dr̄ q̄ ex se simul potest pducere duos: negatur q̄ eque perfecte duos: sicut quenlibet seorsū vt exposui in primo supra. τ in. 2. di. 3. Dico secundo q̄ sm aliquos non sequeretur talis infinitas/posito q̄ infiniti effect⁹ eiusdem rōnis simul possint produci ēt eque perfecti/sicut quilibet seorsum: q̄z vnus non requirit maiorem perfectionem i causa q̄ alius: nec alius τ alius effect⁹ eiusdem rōnis requirit in causa aliā τ aliam perfectionem: q̄z eadem perfectio q̄ est sufficiens ad vnū eiusdē rationis est etiam sufficiens ad aliud eiusdē rōnis. Prima tñ responsio vr̄ verior. ¶ Ad aliud de sole. Dico q̄ si sol possit pducere infinitas species siue sil̄/siue successiue esset formaliter infinit⁹: q̄z alia τ alia spēs nō tñ requirat aliā τ aliam p̄fectionē in causa: sed necessario p̄fectior spēs: maiorem p̄fectionē reqrit in causa q̄ imp̄fectior: modo si essent infinite spēs possibiles semp vna eēt p̄fectior alia: q̄z forme se habent: sicut numeri p p̄hm 8. Meta. t. c. 10. Dico ergo q̄ τ si sol possit pducere plures spēs: est tñ ex sua natura limitata determinatus ad certā pluralitatē vltra quā virtus solis non pōt. Et dico q̄ doc. hic loquit de cā eiusdē rōnis. i. de causa que cōparat ad effectus eiusdē rōnis. q̄ illa si pōt pducere duos. ergo τ infinitos quātū est de se. Non. n. loquit de causa eiusdē rōnis p̄se in se: sed tñ in comparatione ad effectus. ita q̄ illa dicatur causa eiusdē rōnis: que respicit effectus eiusdē rōnis/licet illa causa sit equiuoca respectu illoꝝ effectuum: τ causa dr̄ alterius rōnis que respicit effect⁹ alterius rōnis: ita q̄ ista cōparatio fiat tñ effectus ad effectum: non autē effectus ad causam. ¶ Ibi. Secundo arguit ostensiue sic. Hic doc. pbat eādem cōclusionem p rōnem ostensiuā: siue demonstratiuā. τ rō stat in hoc. oē plurificabile i diuinis necessario determinat ad aliquā certā pluralitatē/puta dualitatem: vel trinitatem τc. Sed pductio eiusdem rōnis i diuinis nullo mō pōt determinari ad certā pluralitatē. ergo: maior primo declaratur. q̄z cum dico necessario determinatur ad certā pluralitatem: intelligo sic/q̄ sit simpliciter impossibile excedere illam pluralitatē: τ non loquendo de impossibili per posterius/vel p aliquod simile: sicut dicimus q̄ impossibile est hoīem stantem sub albedine fieri nigrū: impossibilitas. n. nigredinis inest hoī nō absolute: sed rōne alicu⁹ posterioris. s. albedinis. intelligitur ergo de impossibili absolute quod inest rōne nature: maior sic intellecta pbatur: τ pbatio stat in hoc/si necessario nō determinat ad certam pluralitatē. ergo de se pōt eē in infinitis: ergo ibi actu est infinita pluralitas illarum duoꝝ: vt supra patuit. quicquid n. ibi pōt eē ibi de necessitate ē actu. Probatio minoris. Si pductio eiusdem rōnis in diuinis posse determinari ad certā pluralitatē inferioꝝ eiusdē rōnis necessario p̄exigeret aliqua plura alteri⁹ rōnis per q̄ determiet ad certā pluralitatem. patet ista. quia ex se determinatur: nec per aliquid q̄ō est simul natura cum eā: nec p principium pductiuū eiusdē rōnis: nec p aliquid posterius: vt supra patet in pria ratione. Sequitur ergo q̄ erit determinata p aliqua plura alterius rōnis. sed hoc non: q̄z pductio eiusdem rōnis/puta generatio in diuinis: tm̄ p̄exigit rōnem formalem pducendi: τ pducens q̄ō. Sed eadem rō formalis/sicut pōt eē rō productiua vnius: τ certā alteri⁹ eiusdē rōnis sicut calor: ita potest eē pductiuus vnius caloris: sicut τ alteri⁹. ḡ illa certa pluralitas nō potest eē ab eadē rōne formali: q̄z principium pductiuū eiusdē rōnis/si ex se nō est determinatū ad certā pluralitatē. pōt eē in infinitis: necessario certa pluralitas: erit a principio q̄ō: q̄z principiū quod ad tot p̄cise se extendit:

Dubiū circa dictum Aug.
Solutio.

Difficultates notande circa literā doc. τ eaꝝ solutiones.

Aduerte de q̄ causa doc. hic intelligas.

ad quod ratio formalis illius se extendit: quia principium quod habet precise rónem formalem producendi. ut possit producere. Si ergo productio eiusdem rónis posset plurificari: et per consequens esse in infinitum: necessario esset actu in infinitum: quia possibilitas in diuinis ponit necessitatem: ut ponitur. 3. phy. t. c. 32. Contingere namque ab esse nihil differt in perpetuis. i. quod in perpetuis quod est possibile: actu est: ut clarius patet secundum aliam translationem ubi habetur: quod in eternis non est differentia inter possibile. et id quod est. quod debet intelligi de esse pertinente ad naturam eterni. Unde Com. ibi in fine com. et cum fuerit possibile aliquid esse de natura rerum eternarum illud erit necessarium: non contingens. ❡ Ibi. Tertio declaratur iuxta intentionem philosophi. Hec ratio stat in hoc breuiter: Quod non habet materiam contrahentem ad esse indiuiduum est simpliciter implurificabile: sed omnia eterna siue necessaria secundum mentem philosophi non habent differentiam contrahentem ad esse indiuisibile cum sint de se hec. ergo impossibile est productionem eiusdem rationis in diuinis plurificari. maior est nota. quia plurificabile in plura eiusdem rationis est contrahibile ad alia plura per alia et alia rónes indiuidualem. minor patet per philosophum. 12. meta. t. c. 49. ubi arguit: quod non possunt esse plures celi: quia non possunt esse plura mouentia prima. Hoc probat: quia quecunque sunt numero multa unum autem specie habent materiam: primum autem mouens non habet materiam: est enim actus purus. Unum ergo et ratione et numero primum mouens: et immobile ens. Ex hoc infert unum igitur celum. Aut enim sic secundum aliam translationem. Quoniam autem celum est unum manifestum est quod si plures celi fuerint erunt sicut homines. Si autem principium unius hominis est unum et fuerit numero unum plura et aliud numero multum habet materiam. Sermo enim unus quod est idem est etiam plurium: non sermo hominis .i. secundum Com. Ea que sunt unum in ratione. i. diffinitione sunt plura in numero: ut homo qui est unus in numero et plura in potentia: ut Sor. et Pla. Sequitur in tex. Quod autem est essentia prima non habet materiam: quia est perfectio. i. secundum Comen. quod prima essentia que significat esse rei oportet ut non habeat materiam: quoniam si haberet materiam: haberet aliam essentiam: et sic in infinitum: et ideo necesse est: ut prima forma que est perfectio et finis non habeat materiam. ens ergo simplex. et omne simplex est in non materia. Sequitur in tex. Primus igitur motor qui non mouetur est unus ratione et numero. Motor igitur motus continui. oportet semper ut sit unus tantum: ergo unum celum est tantum. i. secundum Com. et si motor est unus numero ergo ipsum primum motum ab eo si mouetur motu primo est unum etiam numero: et si celum est tale: ut declaratum est ergo celum est unum numero: mouetur enim uno motu primo ab uno motore numero et diffinitione. hec ille. ❡ Ibi. Ex ista intentione phi uidetur confirmari illa prima ró adducta in primo articulo quod s. entitas numeralis necessario competit cuilibet forme immateriali eiusdem rónis. Sed considerando intentionem Aristo. in diuersis locis et c. Hic doc. intendit ostendere quod phus in proposito loquatur tantum de materia que est ró indiuiduandi: siue contrahendi naturam ad esse indiuiduale. Et primo ostendit quod diuersimode loquitur de materia in diuersis locis: ut facilius cognoscatur quomodo in proposito tantum loquatur de materia que est ró formalis indiuiduandi. de qua prolixe dictum est in secundo di. 3. q. 6. Dicit igitur doc. quod phus quandoque accipit materiam pro principio receptiuo faciente compositionem cum actu: siue cum forma: quo dicit materiam et formam esse duo principia: ut patet primo phy. t. c. 65. et 79. Hoc idem secundo phy. et secundo de aia. t. 5. et 12. meta. et primo celi et alibi sepe. Dicitur igitur materia principium receptiuum: et per oppositum forma habet rationem actus. Alio modo forma dicitur quiditas secundum phm in multis locis: et per oppositum materia dicitur quicquid habet rónem contrahentis vel determinantis ipsam quiditatem: et hoc modo differentia indiuidualis quecunque sit ipsa dicitur materia respectu quiditatis specifice. Et dicit doc. quecunque sit ipsa: quia siue differentia indiuidualis accipiatur pro duplici negatione: ut patet per Henri. qui dicit: quod indiuiduum dicit negationem diuisibilitatis in se et negationem identitatis cum alio: ut patet in secundo dist. 3. q. 2. siue accipiatur pro existentia rei materialis. ut ponit Boetius: ut patebit in secundo sniarum di. 3. Dicit ergo quod quocunque modo accipiatur differentia indiuidualis: potest dici habere rónem materie. pro quanto est contractiua quiditatis specifice. Sed tale contrahens: vel determinans potest dupliciter intelligi. Uno modo quasi intrinsecum inferiori sine determinato sub tali com. Alio modo quasi presuppositum determinato. Exemplum. differentia indiuidualis Sor. contrahit hominem primo modo. que est intrinseca Sor. et secundo modo hoc corpus contrahit albedinem vel colorem: quia in alio corpore est alia albedo. Et secundum hoc: si non possent esse nisi tria corpora: non possent esse nisi tres albedines. Contrahens tamen secundo modo potest reduci ad materiam primo modo: pro quanto dicontractiua. vel saltem in diuinis quasi materiam. Et sic proprietates hypostatice: siue personales possunt dici quasi materia non quod determinent essentiam diuinam: sed determinant personas/siue hypostases. ut patet per Dama. li. 1. c. 5. vel. 10. et lib. 2. c. 6. Relatio inquit non determinat naturam: sed hypostasim. et sic proprietas personalis non dicitur actus nature sed actus hypostasis. ut patet a doc. in primo. di. 1. q. 2. et di. 26. Poterit etiam dici quod supposita diuina determinant relationes communes eiusdem rónis: quia quot sunt persone diuine: tot sunt etiam equalitates/vel similitudines/vel identitates. Alia est enim equalitas in patre: et alia in filio. ut patet in primo di. 31. Ubicunque igitur est pluralitas eiusdem rationis. ibi necesse est ponere materiam: accipiendo materiam non pro recipiente/sed pro contrahente: sic vel sic accipiendo. s. primo vel secundo modo: quia nullo modo potest poni naturam que est unius rationis plurificari: nisi sit aliquid contrahens hoc modo vel illo. Non enim potest poni naturam humanam plurificari in plura indiuidua eiusdem rationis: nisi per aliam et aliam differentiam indiuidualem. Nec similiter potest poni albedinem plurificari in plura subiecta: nisi illa subiecta precise determinent eam ad certum numerum. Aduerte tamen quod isto secundo modo subiectum non dicitur determinare albedinem ut dicatur hec: sit enim hec per propriam hecceitatem. Et similiter relationes communes sunt de se hec: ita quod equalitas que est in filio est de se hec. Dicimus tamen quod subiecta determinant ad certum numerum: quia communiter non numerantur accidentia eiusdem rationis nisi ad numerum subiectorum. Nam plura accidentia precise numero differentia possunt esse in eodem subiecto. etiam loquendo de accidentibus absolutis. ut patet a doc. in tertio di. 8. et in. 5. meta. doc. q. 7. Illa igitur accidentia essent precise numero distincta. Patet etiam quomodo deus posset facere plures albedines numero distinctas sine subiecto. ut posset probari per dicta doct. in secundo di. 12. q. 2. et de facto patet quomodo ponuntur plures quantitates eiusdem rationis separatas a subiecto. ut in sacramento eucharistie. posset etiam facere plures albedines in uno subiecto. ut doc. videtur innuere in tertio di. 8. et in. 5. met. sue. q. 7. Non vult ergo doc. hic. quod talia eiusdem rónis sint precise determinata ad certum numerum propter numerum subiectorum. Cum ergo dicit quod nullo modo potest poni naturam que est eiusdem rónis plurificari: nisi sit aliquid contrahens hoc modo vel illo: et cum dicit naturam contrahi et plurificari per aliam et aliam differentiam indiuidualem. Hoc dicit secundum intentionem propriam. Cum vero dicit formam eiusdem rationis ut albedinem: vel aliquod aliud accidens determinari ad certum numerum per aliud et aliud subiectum. Hoc non dicit secundum intentionem propriam: intelligendo quod illa certa pluralitas sit precise per aliud et aliud subiectum. ut supra patet. Sequitur et per oppositum: ubi non est hoc modo materia: impossibilis est pluralitas eiusdem rónis: sed nec talis materia est possibilis respectu productionum in diuinis: quia nihil tale contrahens: vel determinans posset esse: nisi determinatum ad certam pluralitatem: et per consequens: nisi prius habens pluralitatem alterius rónis: ut supra patet in secunda ratione. et nulla pluralitas alterius rónis posset poni prior productionibus talibus. ut supra patuit. et sic applicata est intentio philosophi ad conclusionem hic intenta. ❡ Ibi. Sed inquirendo qualiter et ubi generaliter secundum philosophum habeat veritatem. Videtur dicendum quod philosophus diceret quod nec talis materia poni posset in aliquo quod est in diuinis. i. materia secundo modo: immo nec in aliquo immateriali. Unde dicit. 7. meta. c. 9. t. c. 41. quod quod quid erat esse et unumquodque in quibusdam idem. ut in primis substantiis. ut curuitas et curuitatis esse. i. quod quid erat esse et singulum cuius est in quibusdam est idem. ut in primis substantiis. i. in speciebus uniuersalibus. ut curuitas et curuitatis esse quod quid est curuitatis sunt idem. Sequitur in tex. Si prima est. i. si curuitas sit prima substantia et specica. Sequitur in tex. Dico autem primam que non dicitur per aliud in alio esse: ut subiecto vel materia. Quecunque vero ut materia: aut concepta cum materia: non idem neque secundum accidens unum: ut Sortes et musicum: et vocat hic primam substantiam que non habet formam in subiecto et in materia signata et indiuiduali. Quecunque vero sunt concepta ut materia: aut concepta cum materia. s. indiuiduali: ut sunt singularia non sunt idem. s. quod quid est cum eo cuius est. Sed hec auctoritas exposita est supra in secundo di. 3. q. 5. Et sic patet quomodo philosophus non vult ibi dicere quod in materialibus non est idem quod quid est et illud cuius est. licet aliqui sic exponant.

Nota.

Nota.

De tertio articulo principali in quo doct. addu-

cit tres instãtias: duas cõtra questionem principalem quibꝰ ꝓbat ꝙ in diuinis possunt esse plures ꝓductiones eiusdem rationis. Et tertia instantia est contra illam ꝓpositionem superius dictam in scđo articulo. s. ꝙ prima distinctio finita est necessario aliquorum alterius rõnis. Per primam ergo instantiam que est contra conclusionem: ꝓbat ꝙ generatio ⁊ spiratio sunt eiusdẽ rationis: quia oĩs ꝓductio cuiꝰ ꝑncipiũ formale ꝓductiuũ: ⁊ terminꝰ formalis ꝓductionis sunt eiusdem rõnis est principaliter eiusdẽ rõnis: hec pts specialiter de termino formali eiusdẽ rõnis p phm q̃nto phy. t. c. 4. vbi vult ꝙ motꝰ: vel mutatio magis denolẽ a termino ad quẽ: q̃ cõiter poniẽ terminꝰ formalis ꝓductionis: q̃ a termino a quo. Et exẽplificat ibi de generatione ⁊ corruptiõe. hoc idẽ patet. t. c. 18. ⁊. 19. vbi exẽplificat idẽ de motu alterationis. ⁊ augmẽtationis: ⁊ diminutionis ⁊c̃. Si ergo phs vult ꝙ ꝓductiões quaꝝ termini formales ad quẽ sunt eiusdẽ rõnis: sint eiusdẽ rationis: a fortiori ille erũt eiusdẽ rationis: quaꝝ termini formales sunt eiusdẽ rationis: ⁊ principia formalia ꝓductiua: sunt eiusdẽ rationis: nõ tm̃ adinuicẽ: sed etiã cũ terminis formalibꝰ. sed in ꝓposito eadẽ essentia diuina est principiũ formale ꝓductiuũ: tã respectu generationis filij: q̃ spiratiõis spiritꝰ sancti: ⁊ ẽ eadẽ termino formali vtriusq̃ ꝓductionis: ergo generatio ⁊ spiratio sunt eiusdẽ rõnis. patet p auctoritatẽ Hilarij ⁊ Aug. quo ad hãc ptẽ. s. ꝙ essentia sit terminus formalis. Nã Hilarius vult ꝙ sicut filiꝰ nihil habet nisi natũ. i. nisi qđ nascendo accepit: ⁊ spiritꝰ sanctꝰ nihil habet nisi qđ procedendo accepit: sed accepit essentiam: ⁊ patet ꝙ non accepit eam nisi vt terminus formalis ꝓductionis. Sicut dicimus ꝙ genitũ accipit naturã a generante: ⁊ patet ꝙ nõ accipit eã nisi vt terminũ formalẽ. Patet etiã p Aug. 15. de tri. c. 26. Sicut filio inquit prestat essentiã de patre generatio. siue cõicat: ita spiritui sancto de vtroq̃ processio: sed essentiã sic cõicari per generationẽ/⁊ spirationẽ: nõ intelligitur cõicari nisi vt terminus formalis. Sicut etiam natura creata per generationẽ cõmunicatur supposito non intelligiẽ cõmunicari supposito: nisi vt terminꝰ formalis generatiõis. Et sic patet quomõ essentia est terminꝰ formalis vtriusq̃ productionis. Et hoc prolixiꝰ ostensum est in primo di. 5. q. 2. Alia pars. s. ꝙ sit principiũ formale productiuum. patet: quia nunq̃ terminꝰ formalis põt aliq̃ mõ eẽ prior. vl̃ prioritate origis/ vl̃ prioritate pfectiõis illo pꝛincipio formali ꝓducẽdi. patet q̃a terminus formalis p principiũ formale productiuũ capit esse simpliciter: vl̃ in se sicut est in creaturis: vel in alio tm̃: sicut essentia diuina capit esse non in se: sed tm̃ in persona producta: pro quãto intelligiẽ sibi cõicari. Cũ ergo essentia diuĩa sit simpliciter primũ entia tã prioritate pfectionis q̃ originis: vt patet. q. 1. ar. p. Et illa est simpliciter primus terminꝰ formalis. sequiẽ ꝙ erit pꝛincipiũ formale ꝓductiõis. Minor etiã ꝓbaẽ q̃tũ ad vtrãq̃ ptem. per hoc: quia illud est principiũ formale ⁊ terminꝰ formalis: in quo ꝓducẽs assimilaẽ ꝓducto: ⁊ precipue qñ ẽ ꝓductio vniuoca: sicut in proposito generatio filij in diuinis est simpliciter vniuoca: quia generans ⁊ genitũ sunt eiusdẽ rõnis: similiter spiratio est vniuoca. quia spirans ⁊ spiratus sunt eiusdem rationis: ⁊ hoc satis patet in primo dist. 7. ⁊. 13. Cum ergo prima assimilatio producentis ad productum

Opi. Hẽ. in diuinis est essentia illa: vt essentia. (Et loquitur hic de prima assimilatione fundamẽtali: supple que est ratio formalis fundamentalis: qua ꝓductum assimilaẽ ꝓducẽti) ergo illa essentia est formalis terminus vtriusq̃ productionis. ⁊ formale pꝛincipiũ ꝓducẽdi. ¶ Respondet doc primo recitãdo duas opi. quas etiã improbat. q. 4. Prima est Hen. in sum. arti. 39. q. 3. qui vult ꝙ licet essentia sit principiũ electiuum vtriusq̃ productionis: non tñ est sic imediatũ principium: nisi per aliud ⁊ aliud determinatiuũ. Vult ergo ꝙ essentia non vt absolute sumpta: sed vt determinaẽ per generationẽ actiuã: sit principium electiuũ ꝓductionis filij ⁊ vt determinaẽ p spirationem actiuã sit pꝛincipium spiratiõis. s. s. ¶ Cõtra hoc instat doc. quia si essentia non est ex se determinata respectu vtriusq̃ ꝓductionis: sed determinaẽ per generationẽ ⁊ spirationem. tũc quero aut est ex se determinata ad illos duos respectus: qui ponunẽ alterius rationis. s. ad generationẽ ⁊ spirationem: aut non est ex se determinata. Si primo mõ ita videẽ ꝓcedẽdũ ꝙ sit ex se determinata ad illas duas ꝓductiones. cum nõ sit maior ratio de vno q̃ de alio Si scđo mõ ergo determinabiẽ ad illos duos respectus alterꝰ rõnis: p alios duos alterꝰ rõnis. ⁊ tũc q̃ro vt prius: aut ẽ ex se determinata ad illos duos: aut nõ: si sic q̃ ẽ ex se determiata ad illos duos p q̃s detmiaẽ ad ꝓductiões filij ⁊. s. s. cũ nõ sit maior rõ de vno q̃ de alio. Aut nõ ẽ ex se detmmata: sz detmmaẽ adhuc p alios duos: tũc erit ꝓcessus i infinitum. Et si talis ꝓcessus sit impossibilis. statim sequitur: ꝙ determinata per illos respectus: vt per principia determinatiua: non sufficit: quia non oportet ponere ꝙ ex se sit determinata ad vtrãq̃ productionem cum non sit maior ratio ꝙ sit determinata ad illas ꝓductiones q̃ sit determinata ad illos respectus determinatiuos eẽntie ad illas ꝓductiones: vel oportebit ponere ꝓcessum in infinitum. ¶ Secundo instat contra hanc opi. q: tunc sequeretur ꝙ idẽ eẽt determinatiuũ sui. patet. q: per Hen. eẽntia diuina determinatur ad generationem filij per paternitatem. vel p generatiuitatem: que tñ in re nihil aliud ẽ: nisi generatio actiua. vt infra patebit. q. 4. ⁊ in primo satis patuit di. 28 q. 3. siue vlt. ergo eẽntia diuina determinatur ad gñationẽ actiuam per generationem. ⁊ sic idem est determinatiuum sui.

¶ Secunda opi. est Adã li. 1. di. 6. q. 1. art. 2. qui dicit ꝙ sola eẽntia est principium formale ꝓductiuum vtriusq̃ ꝓductionis: cum sit simpliciter illimitata. ⁊ ille ꝓductiões erũt alterius ratiõis: q: aliqua pluralitas est simpliciter prima: ⁊ illa necessario erit alterius rationis. Falsa est ergo illa ꝓpositio ꝙ vbicunq̃ est idem principium ⁊ idem terminus ꝙ ibi sit eadem ꝓductio: q: hoc non est verum de principio omnino illimitato: quale est eẽntia diuina: sed tm̃ est verũ de pricipio limitato. — Adẽ opiꝰ 2nio.

¶ Cõtra hãc opi. instat doc. q: si eẽntia diuina est immediatum principium tam filij q̃. s. s. Tũc spũs. s. ex vi ꝓductionis sue: nõ dr̃ magis spũs. s. q̃ verbum. nec verbum magis verbum q̃ spũs san. Cum tñ verbum non dicatur verbum: nisi q: natum: et spũs sanctus: nisi q: datus: ⁊ sic verbum dr̃ verbum de memoria natum p modũ nature: ⁊ spũs sanctus dr̃ datus: q: libere ꝓductus p modum voluntatis. Secundo instat q: sequeretur ꝙ non magis primo verbum eẽt ꝓductum q̃ spũs sanctus. patet. q: suppositũ habens idem pricipium formale pfectum aliquarum ꝓductionum potest ita primo per illud principium in vnam illaꝝ: sicut in aliam. Et ita prima persona eque primo posset ꝓducere spũm sctm̃ sicut ⁊ filium: ⁊ ita spũs sanctus non necessario eẽt a filio. Et ille due ꝓductiones cum suis improbationibus clare patent in primo di. 13. ¶ Ibi tertio modo conceditur minor. Hic doc. ponit responsionem ꝓpriam que ẽ satis clara. maior eñ rõnis est vera: loquendo de principio formali totali: ⁊ de termino formali totali. Sed in ꝓposito eẽntia diuina non est totale pꝛincipium ꝓductiuum: nec filij: nec spũs sancti: sed respectu filij est eẽntia diuina: vt perfecte psens intellectui diuino sic ꝙ vtrũq̃ est principium formale ꝓductiuum ptiale: licet eẽntia diuina sit magis pricipale. Ex quibus integratur vnum pꝛincipium formale totale. quod dr̃ memoria fecũda. Et siliter respectu. s. s. eẽntia diuina: vt pfecte psens volũtati per actũ cognoscẽdi ẽ pricipiũ ptiale respectu. s. s. ⁊ pꝛincipale ⁊ voluntas diuia aliud ptiale ⁊ integrant vnum pꝛincipium totale: sic ꝙ intellectus ⁊ voluntas non concurrunt: vt pꝛincipia tm̃ determinatiua: sed vt pꝛincipia vere ptialiter ꝓductiua. Et hoc magis plixe patet in primo di. 2. parte. 2. q. 3. ⁊ di. 7. ⁊. 13. ⁊ in scđo. dist. 1. q. 1. vide ibi. Similiter terminus formalis ꝓductiõis loquendo de termino totali non est sola eẽntia diuina: sed terminus totalis generationis filij est persona filij constituta ex eẽntia ⁊ ꝓprietate. Aduerte tñ ꝙ loquendo de termino formali totali: nulle ꝓductiones possent dici eiusdem rationis adinuicẽ: vt pcise denominantur a termino totali ⁊ patet. q: generatio Sor. ⁊ generatio Joãnis: vt denominantur a Joãne ⁊ Sorte ꝓductis: non dicerẽtur pcise eiusdem rationis: q: Sortes ⁊ Joãnes. ⁊ si ratione nature humane sint eiusdem rationis. ratione tñ proprietatis indiuidualis que proprietates sunt primo diuerse. vt patet a doc. in primo di. 3. ⁊. 25. non eẽnt eiusdem rationis: tñ cõmuniter productio denominatur non a termino totali: sed a termino formali partiali ⁊ principali: qualis est natura cõmunicata siue forma. Et sic in proposito generatio ⁊ spiratio in diuinis. vt denominanẽ a termino formali principali: qui ẽ eẽntia diuina sunt eiusdem rationis: vt vero denoiantur a propetatibus cõstitutiuis sunt simpliciter alterius rationis tñ ab illis non hñt ꝙ sint alterius rationis: nisi precise ex q̃dam denoiatione extrinseca: sed originatiue habent ab intellectu ⁊ voluntate ꝙ sint alterius rationis tanq̃ a principijs formalibus originatiuis alterius ⁊ alterius rõnis partialibus tamen: ⁊ nunq̃ principalibus. — Quo rõne termini rõnalis formalis productiones sint eusdẽ rõnis ⁊ quõ nõ.

¶ Secundo instat contra eandem conclusionem probando ꝙ possint esse plures generationes: ⁊ arguit sic. Habens principium formale producendi perfectum: potest illo producere: sed filiꝰ habet principium formale dicendi vel generandi perfectũ ergo ⁊c̃. Probatio maioris: quia ideo est suppositum potens agere: quia habet principium agẽdi ⁊ maxime perfectum.

Probatio minoris memoria perfecta est principium dicendi siue generandi: et eam habet filius: vt patet. 5. de tri. c. 7.

¶ Respondet et primo ad rem: secundo ad formam. Ad rem responsio stat in hoc q memoria in diuinis habet tm̃ vnam productionem sibi perfecte adequatam: sic adequatã q est simpliciter impossibile habere aliam: immo sic habet illa determinate: q si illam non haberet: esset simpliciter impossibile posse habere aliam: et illa productio sic est ibi necessaria q si illa precise non esset: nec alia posset esse. Et ratio est: qa quicqd est in diuinis est ita necessario q est impossibile illud idem non esse: et si per impossibile illud non esset: aliud eiusdem rõnis nõ posset esse: et patet discurrẽdo i oibus. Nã natura diuina sic necessario est de se hec: q si illa p̃cise nõ esset nec alia eiusdem rationis posset esse: patet. qa si alia possec ergo illa nõ fuit de se: et ex sua rõne formali hec patet: quia si alia posset esse: ergo natura diuina esset determinabilis per illam aliam: ergo non esset de se hec: immo si alia posset esse: ergo et infinite: vt supra patuit. arti. 2. et in p̃mo di. 2. p̃te. 2. Et sicut dcm̃ de natura diuina. hoc idẽ patet de omni alio i deo: quia quicquid est ibi ex sua entitate formali est simpliciter in vltima actualitate. ita q non est determinabile ad vlteriorem actualitatem: nec per consequens ad aliquã hecceitatẽ et hoc in re (quicquid sit de cõceptu). et per consequens de se hoc et si illud nõ esset. aliud nõ posset esse. Et dico vltra q licet similitudo que est in filio sit eiusdem rationis cũ illa que est in patre (non tamen sic intelligendo q in deo sit similitudo habens maiorem vnitatẽ vnitate numerali preter omne opus intellectus: quia ẽ simpliciter impossibile: sed dr̃ eiusdẽ rationis pro quanto ab illa que est in patre: et ab illa que est in filio potest abstrahi vnus conceptus dictus in quid de illis) tamen illa que est in filio sic de se et ex natura rei est hec: q si illa nõ esset: nec alia posset esse i filio: idem dico de illa que est in patre. Et hec est ratio immediatissima: quare in diuinis non possunt esse plures productiones eiusdem rationis. Tũc vltra talis memoria erit tm̃ p̃ncipium formale p̃ducendi vnã tm̃ p̃ductionẽ: et habita illa est impossibile q sit ratio formalis respectu alterius p̃ductionis. Cũ ergo illa memoria vt in filio preintelligat' habere illam vnicam productionẽ est impossibile q ipsi filio sit principium formale producendi: quia si esset principiũ formale producendi ipsi filio. aut ergo erit ratio producẽdi eundem filium: aut aliũ. Nõ primo: quia tunc filius gigneret se ipsum qđ mens nõ capit. Non secundo: quia tunc esset principium duarũ productionum qđ est impossibile. vt supra expositum est. ¶ Ad formam argumenti vbi est tm̃ difficultas grammaticalis et non realis. Et est aliqualis difficultas de hoc qđ ẽ habere. vl' hẽri qz hẽri põt multipliciter accipi: vt p3 in predicamentis propterea tm̃ non dr̃ aliquid formã habere: nisi habeat eam: sicut formã. hoc est per modũ forme informãtis. quia aliter nõ est nata haberi ab aliquo: vt patet. Et vlterius nomẽ abstractũ significans p̃ncipiũ agendi cõstructũ cũ gerũdiuo significãte aliquã actionẽ natũ est haberi a supposito vt sit illi principiũ agẽdi tali actione. Exẽplum habeo potentiam vidẽdi: potẽtia est quid abstractũ: quia abstrahit' a potẽte: quia potens est potẽs potentia. Et hoc verbũ vidẽdi est gerũdiuũ significans actionem: et construitur cũ potẽtia. Si ergo habeo potẽtiam vidẽdi: nõ tm̃ habeo illam: vt formã (sicut cum dico habeo albedinem. si eñ haberẽ potẽtiam: vt precise formã informãtem: tũc haberẽ eam absolute: et nõ constructam cũ aliquo gerundiuo) sed habeo illam vt principiũ operatiuũ s̃m illã formã: similiter ista grãmatica patet ex vsu loquẽdi. Nã licet eñ hec sit vera filius dei scit generationem p̃ris: quia vere cognoscit illam: tamen hec est falsa filius dei habet scientiam generandi: quia tũc filius haberet eã vt principiũ operandi tali actione: qđ est falsũ: vt supra patuit: et sic in multis aliis põt exemplificari. Sic dico in proposito: q habẽs principium formale producendi et c̃. est illi habenti principiũ formale producendi: productione cõueniẽti tali principio. Et tunc negatur ista. s. filius habet principium formale generandi: quia tunc sequeretur q illo posset generare: et cum probatur: quia filius habet memoriam que est principium formale dicendi. Dicit doc. q hec propositio: memoria est principium dicendi perfectũ: est propositio trũcata/ et oportet eam supplere per aliquod datiuum additum significãs cui sit principium dicendi: quia si queratur cui memoria est principium dicendi: ex quo eñ ipsa est principium tm̃ quo: et non quod: oportet supplere suppositum cui. s. sit principiũ. non eñ cuicũq3 supposito est principium dicendi. patet. qa nõ supposito. puta lapidis. Si etiã accipiatur absolute nõ addendo cui: sed vt est indifferens ad supposita: potest cõcedi q memoria est p̃icipium dicendi absolute. sicut etiam conceditur q calor absolute est potentia calefaciendi: nec plus ponit illa minor: et q filius habeat memoriam perfectam. patet. quia eandem essentiam et eũdem intellectum quem pater habet. Sed vltra cõcludendo. filius habet memoriam: vt principium dicendi: fit fallacia amphybologie: quia ex vi constructionis notatur in conclusione q actus dicendi non tm̃ comparatur ad principium formale. s. ad memoriam perfectam absolute sumptam: sed etiam ad suppositum: vt egrediens ab illo. qđ tamen nõ notatur cum dicitur. filius habet memoriam perfectam. Est etiam fallacia figure dictionis: quia per similitudinem dictionis actus significati in gerundiuo in premissa et conclusione: commutatur habitudo actus ad formale principium in habitudinẽ actus ad suppositum agens. et sic commutatur quale quid in hoc aliquid: quia in prima accipitur principium absolute in supposito in secunda accipitur principium vt est rõ agendi supposito. Fit etiam fallacia consequentis: quia in maiori habetur actus signatus in gerundiuo i vniuersali ad nullum suppositum comparat': vt cum dicitur memoria ẽ principium perfectum dicendi: et in conclusione determinat' ad certum suppositum: vt cum dicitur ergo fili' habet memoriam vt est principiũ formale dicendi. ¶ Tertio instat contra illam propositionem. s. q prima distinctio finita aliquorum alterius rationis. Et instat tripliciter primo: quia vnitati est immediatior distinctio minor q̃3 maior. patet. qz ex quo vnum est oĩno indistinctum: sequitur: q quanto aliqua sunt magis propinqua vnitati: tãto magis sunt indistincta sicut etiam quoad entitatem: quanto magis aliquid appropinquat perfectissimo enti: tãto est perfectius: qz magis participat illud: sic quãto aliquid magis appropinquat prime vnitati: tanto magis erit vnum: et quanto magis vnum: tanto magis indistinctum: et per consequens minus distinctum. Cum ergo distinctio eiusdem rationis sit minor q̃3 distinctio alterius rationis: sequitur q illa erit magis propinqua prime vnitati. Et si põatur q generatio et spiratio sint simpliciter primo distincta. sequitur q tantum erunt distincta vt eiusdem rationis. ¶ Secundo qz a deo possunt esse immediate plura creata in eadem specie: ergo possibile est q pluralitas eiusdem ratiõis sit omnino prima et immediata vnitati: ergo sicut in causa prima põt esse pluralitas causatorum immediata eiusdem rationis: ita in principio vt in patre possunt esse principiata accipiendo principiata p̃ ipsis p̃ductionib' passiuis: vt simpliciter eiusdem rõnis. ¶ Ad primum istorum respondet doc. et p̃io ad rem: et deinde ad formam argumẽti. quo ad rem dicit q prima pluralitas necessario finita est alterius rationis. Et dicit necessario finita: quia pluralitas que est contingens et contingenter finita posset esse eiusdem ratiõis: quia duo eiusdem speciei possunt immediate causari a deo ad extra. nam quelibet necessario finita si non est alterius ratiõis: necessario preexigit aliquam alteri' rationis per quam necessario determinetur: vt patuit in secũdo arti. Cum ergo prima pluralitas in diuinis sit prima: et necessario finita. q prima patet: qz añ productionem personarum nulla est ibi pluralitas: accipiẽdo pluralitatem pro pluralitate reali distictorum adinuicẽ licet eñ sit ibi pluralitas prior aliquorum formaliter distinctorum: vt patet de attributis que formaliter distinguũtur adinuicem. vt patet a doc. in primo di. 8. q. pe. et illa pluralitas est prior p̃ductionibus diuinis: tamen illa nõ potest dici p̃prie pluralitas: prima ergo pluralitas in diuinis est ipsarum productionum que est alterius rationis. Aduerte etiã q generatio passiua: et spiratio passiua sunt simpliciter alterius rõnis: imo primo diuersa. i. in realitate: licet nõ in conceptu vt tenet in primo di. 7. 13. et 26. eñ filius et spirit' s. nõ sunt alterius rationis adinuicẽ: immo simpliciter eiusdem rationis. vt tenet in primo di. 13. qz includit naturam diuinam per quam dicũtur esse eiusdem rationis. Et q talis pluralitas sit necessario finita. patet. quia in diuinis nulla est possibilis nisi ad illud quod est in actu. i. q omne possibile in diuinis est necessario i summa actualitate. Si ergo aliqua pluralitas maior finita potest esse in diuinis illa necessario esset in actu. Et quia constat talem pluralitatem ibi non esse: sed tm̃ pluralitas finita statim sequitur q illa finita erit necessario finita. ¶ Nunc quo ad formã argumenti dicit doc. q maior pluralitas: vel minor: siue maior distictio vel minor. potest dupliciter intelligi. s. extensiue et intẽsiue. Primo modo. s. extensiue minor pluralitas: siue minor distinctio precise accipitur p̃ maiori paucitate nũerali: et maior pluralitas: siue maior distinctio p̃cise accipitur pro minori paucitate numerali: sicut dicimus q quattuor ẽ minor

Pondera singula

similitudo i p̃re et filio quõ dicat' esse eiusdẽ rationis.

Notabilis regula sotica p̃pulchre exponitur.

Nota.

Primo in hoc qd dicit: q relatio originis per realẽ idẽptitatem est res eadẽ que est essentia diuina. Hoc.n. videtur dubiũ. Primo quia sequitur q paternitas et filiatio non distinguũtur realiter: nec per consequens persone constitute: qd est falsum. q aũt sequatur/patet: quia que sunt realiter idem alicui habenti vnitatem numeralẽ: siue singularem: sunt vnuz numero siue vnũ singulare realiter. Hec propositio videtur manifesta et concessa a doct. in pluribus locis: sed relatiões originis sunt idẽ realiter essentie diuine singulari: ergo omnes relatiões originis sunt vnum numero et vnũ singulare realiter: et per pñs non distinguunt realiter: vt patz. ¶ Secundo arguitur sic: non repugnat essentie diuine posse esse sine relationibus originis: ergo non idẽptificat sibi illas realiter: consequentia nota. Antecedẽs probatur ex dictis doc. quia ipse vult q priori natura non repugnat posse esse sine posteriori natura: vt patet in scđo. di. 1. et 2. et in tertio. di. 3. vbi etiam vult q non repugnat priori natura: posse eẽ prius duratione posteriori natura. Sed per doct. essentia diuina est prior natura relationibus originis: vt patet pmo. q. quol. ergo non repugnat essentie diuine posse eẽ sine relationibus originis: et si potest eẽ ergo est sic de facto: quia in diuinis ad intra nihil est possibile quin illud sit de facto imo qui sit necesse eẽ et in vltima actualitate: vt patet a docto. in pluribus locis: precipue in primo. di. 2. parte. 1. q. vlti. et parte. 2. q. 3. et in quol. q. 2. et alibi sepe. ¶ Tertio arguitur quia videtur repugnantia: q relatio originis et essentia diuina sint vna et eadem res realiter: et q distinguantur formaliter. Tum quia accipio formalitatem: puta paternitatis: et formalitatem essentie: et quero an formalitas paternitatis sit idem qd formalitas essentie: aut non sunt idem. Si primo ergo non distinguuntur formaliter: vt patet. Si secundo ergo vna non transit in idemptitatem alterius: quia si formalitas paternitatis est alia a formalitate eẽntie: sequitur q formalitas paternitatis non idemptificetur formalitati essentie diuine. ¶ Quarto videtur implicatio q distinguãtur formaliter: et q sint idẽ realiter. Probatur quia maior distinctio infert minorem: sed distinctio formalis est maior reali. ergo si distiguuntur formaliter distinguuntur realiter: minor probatur. Tum quia distinctio essentialis est maior reali: vt etiam patet per doc. in diuinis nõ concedit eẽntialis distinctio: et tñ concedit realis. Sed distinctio formalis est eẽntialis: patz. quia eẽntialis accipitur penes quiditatem. et sic cum omnis formalis sit quiditatiua sequitur q erit essentialis. Tum quia distinctio formarum est maior reali: vt patet: sed distinctio formalis est distinctio formarum: patet. per doc qui vult q formalitas sumatur a forma. ¶ Respondeo ad has obiectiones. Ad primam. premitto aliqua. Primo. q in diuinis nulla est singularitas que sit contractiua nature: vel alicuius alterius ad esse singulare: quia hoc est imperfectionis. Secundo si teneatur: vt videtur tenere doct. in primo: dist. 2. parte. 2. q. 1. q singulare est cõmunicabile saltem vt quo. Tunc dico q proprietas in diuinis vt pñitas. nullo mõ ẽ singularis: cũ ex sua rõne formali sit simpl'r incõmunicabilis: et vt quo: et vt qd. Si dicatur q omne suppositũ ẽ etiã singulare: quia rõ suppositi psupponit rõnẽ singularis. Dico q hoc est falsũ in diuinis: quia ibi reperit aliqd qd formal'r dr rõnẽ suppositi: siue rõnẽ incõicabilitatis: qd tñ nullo mõ includit rõnẽ singularitatis. Sola ergo natura diuina: et ois attributa: et oia cõicabilia pluribus suppositis: et oẽs relationes cões: vt eq̃litas similitudo et idẽtitas includũt rõnẽ singularitatis et nõ suppositi. ¶ Scđo premitto: q aliud est loq̃ de distinctiõe reali in creaturis: et aliud in deo. Primo mõ: q real'r distinguũtur: distinguunt et eẽntialiter: vt exposui in scđo di. 1. q. 4. distinguũtur et nũeral'r: et sunt distincte nature nũero. Sz in diuinis que real'r distinguunt/nõ sunt distincta singularia/ loquendo de suppositis diuinis/ qd dico propter relationes cões. Nam similitudo in filio realiter distiguitur a similitudine in patre / et tñ sunt distincte singularitates/ vt patet a doct in primo. dist. 19. et 31. et infra in quol. q. 6. Distinguunt ergo persone realiter. i. personaliter et supposit aliter/ ita q tota rõ distinguẽdi vnũ suppositũ ab alio est proprietas suppositalis/ et natura diuina est ibi oino indistincta/ nõ sic est in Petro et Johãne/ qui distinguũtur realiter/ quia etiã in eis sunt distincte humanitates realiter. ¶ Tertio premitto/ q ideo paternitas distinguit realiter a filiatione/ quia nihil pertinẽs ad paternitatem aliquo modo/ includit per aliquam idẽptitatem aliquid ptinẽs ad filiationem/ imo sunt primo diuerse/ vt patet a doc. in primo. di. 13. et sic persone diuine dicunt realiter distingui rõne proprietatum. nõ tñ sunt primo diuerse/ quia vltra proprietates includunt quiditatiue naturã diuinam/ in qua essentialiter et quiditatiue conueniũt/ vt patz a doc. i primo. d. 7. et. 13. ¶ His premissis. Rñdeo ad rõnẽ et concedo q inter se sunt vnũ nũero/ et vnũ singulare real'r loq̃ndo de singulari in quo conueniunt real'r. Sũt. n. idẽ singulare real'r qd est eẽntia diuina/ q̃ real'r idẽptificat sibi oẽs relationes/ nõ sũt tñ illud formal'r. Et de hoc dictũ est in primo. di. 2. pte. 2. q. 1. in respõsiõe/ ad primũ argumentũ principale/ vide ibi. ¶ Ad scđm. Dico q si natura diuina est prior natura positiue/ et nõ tãtũ negatiue que distinctio patz a doct. in. 3. dist. 3. et in. 2. di. 1. q. 2. q non repugnat sibi posse esse sine illis/ et hoc ex sola rõne formali eẽntie diuine. Sicut et nõ repugnat hoi ex sua rõne formali posse eẽ sine risibilitate/ repugnat tñ sibi p aliud/ puta/ quia hõ ex sua rõne formali et intrinseca producit i seipso risibilitatẽ vt oino eandẽ sibi real'r. Hoc idẽ dico de essentia diuina que ex infinitate idẽptificat sibi oẽs relationes et oia que ibi possunt esse. Quia ergo essentia diuina est formaliter infinita/ idõ real'r sibi idẽptificat eas. Et quia et necessario oia sibi intrinseca originat in se per veram idẽptitatem/ ideo rõne istorũ repugnat sibi posse eẽ sine istis relationibus/ cui tñ ex sua rõne formali nõ repugnat. ¶ Ad tertiũ dico breuit/ q formalitas eẽntie diuine/ loq̃ndo de formalitate fundamẽtali et ex natura rei ẽ idẽ real'r/ qd formalitas pñitatis. Sunt. n. iste due formalitates vna res real'r/ sed nõ sunt vna res formaliter/ imo sp sunt distincte formalitates. In vna. n. et eadez re real'r possunt eẽ plures formalitates et realitates formaliter adinuicẽ distincte/ vt satis patuit i primo. di. 8. q. penul. ¶ Ad quartum dico q distinctio essentialis proprie est distinctio specifica: siue distinctio duarum naturarum dicẽtium veram rẽ de qua satis dixi in secũdo di 1. q. 4. et hoc modo formalis nõ est essentialis. Accipitur eñ formalis pro quidditatiua: siue pro rationibus formalibus: ita q ratio formalis vnius nõ includitur in ratione formali alterius: quecunq3 sit illa ratio formalis. Et de hoc satis dixi i primo di. 8. q. pe. ¶ Vel de dubitatur de hoc quod dicit q ideo essentia nõ denominatur a relationibus originis: quia est illimitata ad opposita s formas siue relatiões: et nõ distinguitur ab eis. Quod autem denominatur a forma aliqua/ per hoc denotatur eẽ distinctum ab opposito ¶ Instatur cõtra hoc. Primo. quia quod ẽ tale cuicũq3 comparetur semp erit tale: sed relatio etiã originis nata ẽ denoiare fũdamẽtũ. vt patet. g si comparetur ad essentiã et sit i ipsa denoiabit eã. ¶ Scđo instatur: quia nõ videtur sequi: est illimitata ad opposita: ergo nõ põt denoiari ab aliquo illorũ: quia et voluntas nostra est illimitata ad oppositas relatiões. vt ptz a doc. in primo di. 2. parte. 2. q. 3. et in scđo di. 25. et tñ denoiat simul ab vtroq3 oppositorum: quia simul mouet et mouetur: siue simul est mouẽs et mota: sic erit in proposito. ¶ Tertio instat: quia vt sequi q saltẽ quasi denoietur. Si eñ eẽt real'r distincta ab eis / posset vere denominari: quia dicit doc. q nõ denomināt: quia nõ distinguit ab vtroq3 oppositorum: ergo si distinguit vere denominat: ergo vbi quasi distinguit: quasi denomiatur. Patet per illã regulam doc. q 1 quol. Qualis ẽ ordo inter aliqua vbi realiter distinguũtur: talis ẽ vbi sola rõne distinguunt. g. ¶ Quarto instat: quia sunt multe alie relatiões que nõ opponunt adinuicẽ. vt similitudo et equalitas et idẽptitas que oẽs fundãtur in essentia diuia. vt patet a doc. i primo di. 19. q. 1. et di. 31. et. q. 6. quol. et tñ nõ denoiat ab eis. vt ptz. ¶ Rñdeo ad primã instãtiã q ad hoc q susceptiuũ possit denoiari a tali forma: non tm requirit q ipsa sit nata denoiare: sed et requirit q sit in susceptiuo cõuenienti: quale non est essentia diuina propter sui illimitationẽ: et propter indistinctionem ab vtroq3 opposito: concedo ergo q ipsa cuicũq3 comparet: sp talis forma quãtum i se est nata ẽ denominare: sed q non denoiet hoc est ex pte susceptiui. ¶ Ad secundam dico q volũtas nra est tm illimitata sm quid. vt patet a Doc. vbi supra: essentia vero diuina est simpliciter ex

natura rei illimitata: et tale ad plura illimitata necessario hʒ illa: vt dicit Doct. in secundo. di. 2. q. de loco angelorum. Dico secundo: ꝙ voluntas creata realiter distinguit͂ ab vtraqʒ relatione scʒ mouentis ⁊ moti. Dico tertio ⁊ melius: ꝙ relationes mouentis ⁊ moti non ita repugnant sicut paternitas ⁊ filiatio que in creaturis simpliciter repugnant in eadẽ natura ⁊ in eodẽ supposito. Et ideo si essentia diuina denominaretur ab vtraqʒ: ipsa simul esset pater ⁊ filius respectu eiusdẽ. ¶ Ad tertiũ dico: ꝙ si realiter distingueret͂ ⁊ simul determinaret sibi vtrunqʒ oppositum: nullo modo denominaretur ꝑpter causam superius dictam. Et cum infert͂ per Doc. ꝙ si distingueret͂ ab vtroqʒ: denominaretur ab vtroqʒ. Dico ꝙ hoc dicit: quia si distingueret͂: modo posset esse sub vno modo sub alio: quia nõ determinaret tunc sibi vtrũqʒ simul. Uel dicendum est breuiter ad oĩa supra dicta: ꝙ si receptiuum debeat denoĩari ab vno opposito: oportet ꝙ distinguatur ab alio. aliter simul denominaret͂ ab vtroqʒ oppositorũ. ¶ Ad vltimũ dico: ꝙ non posset denominari ab equalitate. quia tunc actu denominaret͂ ab oppositis equalitatibꝰ. Necessario enim idemptificat sibi equalitatem filij ad patrem: et equalitatem patris ad filium: et tunc si esset equalis vtraqʒ equalitate: esset equalis equalitatibus oppositis ⁊ repugnãtibus in eodem denominato: licet non in eodem fundamento: non tamen denominato: hoc idem est dicendum de similitudine et idemptitate.

Ad argumentum principale. q. arguit doct. sic: quia si relatio originis vt comparata ad essentiam sit ratio tantum: hoc est: quia vt sic transit in essentiam: sed vt cõparata ad oppositum manet eadem ratio: quia vt sic est eadẽ essentie: q2 necessario potest esse non eadem propter simplicitatem diuinam: ergo si sic est ratio vt comparata ad eñtiã necessario est ratio vt comparatur ad oppositũ. ¶ Respõdet doc. ꝙ transire in essentiã potest dupliciter intelligi. vno modo ꝙ non habeat propriam entitatem ad alterum: ⁊ hoc est falsum. alio modo ꝙ non remaneat realiter distincta ab essentia: ⁊ iste itellectꝰ est verꝰ. Siṁr cũ dr̃ ꝙ vt ꝯparata ad essentiam est rõ: hic põt dupliṙ intelligi. vno modo ꝙ sit rõ. vt ratio opponit͂ rei extra aĩam ⁊ hoc est falsũ: vt supra patuit: q2 ad q̃cũqʒ ꝯparet͂ sem̃ ꝑ ĩ se remanet eadẽ res: q2 talis ꝯparatio non tollit propriam realitatẽ. alio modo vt ratio dicat͂ circũstantia rei/siue modus essentie eo modo q̃ dictum est in corpore q̃stionis ⁊ sic ꝓcedit͂ ꝙ ipsa est ratio. ⁊ tñ est res etiaʒ cuicũqʒ ꝯparetur. ¶ Ibi. Si arguitur hic. Doc. facit vnam instantiam ꝓbando ꝙ si relatio est res vt comparata ad essentiam ergo erit alia res: ⁊ sic nõ transit in realem idemptitatem cum essentia. ¶ Respondit ꝙ questio de realitate relationis non est questio de alietate. imo prima ꝑtinet ad problema de accidente vel genere: secunda ad problema diffinitionum de eodem et diuerso: vt patet primo topi. in prima. q. querit: an sit vel nõ: in secũda queritur an sit idem vel diuersum. Sic in proposito hic queritur/an relatio vt comparata ad essentiam sit res vĺ nõ. Et posito ꝙ sit res non amplius queritur/an sit eadem res/vel alia/quia questio de alietate est difficilior ⁊ subtiliter pertractat in primo di. 2. pte. 2. q. 1. ⁊ in corpe questionis/⁊ in responsione ad pͥmum argumentũ principale. ⁊ vide que ibi exposui. ⁊ respõsiões ad argumẽta aliorum dicentium relationem nullo mõ distingui ab essentia preter opus intellectus. ¶ Incidẽter tñ occurrit vnum dubium/quia si paternitas transit in essẽtiam ſm realem idemptitatem. videtur ꝙ nullo modo distinguatur formaliter ab essentia/cuius oppositum ipse tenet/vt supra patuit. ꝙ autem sequatur. patet. quia paternitas est ita simplex sicut essentia. ergo si transit/ſm totam suam realitatem trãsibit. et transit in realem idemptitatem/ergo erit precise res que est essentia. Tum etiã/quia accipio relationem sʒ suam formalitatem precise/⁊ similiter essentiam ſm suam formalitatem precise. ⁊ tũc quero aut ṗnitas trãsit ſm suam entitatem formalem/aut manet. Si ṗmo/ergo erit idem formaliter cum essẽtia. Si scḋo/ergo nullo modo transit q2 sua formalitas est tota eiꝰ entitas. ¶ Rñdeo ad primum/ꝙ tota transit in realem idemptitatẽ/ ⁊ tñ ipsamet manet formaliter distincta/hoc idem dico ad secundum.

Questio quarta.

VTrum abstracta vel separata relatione originis/puta generatione actiua/siue paternitate/possit manere prima ꝑsona diuina ꝯstituta ⁊ distincta ab aliis ꝑsonis. ¶ In ista. q. sunt tres articuli principales. in quibus sunt quatuor per ordinem videnda. Primo supposito ꝙ ꝑsona diuina constituatur per relationem/vt videtur q̃stio supponere: an repugnet specialiter prime ꝑsone/Secundo dato ꝙ nõ: qua relatione posset prima persona ꝯstitui/Tertio qualiter se habent iste relationes adinuicem: que cõiter conceduntur inesse prime persone/Et vltimo patebit. q. cũ quodã corollario scʒ cum quali abstractione vel separatiõe possit stare ratio prime persone. ¶ Ibi. De primo accipio hanc ꝓpositionem. Hic doc. intendit probare: ꝙ non repugnat prime ꝑsone constitui per relationem: supposito ꝙ secunda persona constituatur per relationem. ⁊ hoc dupliciṫ probatur. Et prima ratio stat in hoc. Quia supposit is eiusdem nature non repugnat habere proprietates hypostaticas: que sint simul natura: quia supposita eiusdẽ nature nõ habent inter se prioritatem nature siue essentialem. hoc ptʒ per philosophum cõcordantem cum Plat. ꝙ in his que sũt eiusdem speciei non est prius ⁊ posterius: vt patet tertio meta. Cum ergo secunda persona constituatur per relationem originis: sequitur ꝙ etiam prima persona constituatur ꝑ relationẽ. ¶ Sʒ hec rõ nõ videt͂ ꝯcludere ꝓpositũ de suppositis quorũ vnũ in essendo depẽdet ab alio q2 ꝓducens aliud vĩ eẽ prius natura ꝓducto vt patet a doc. ĩ pluribꝰ locis. In creaturis. n. oẽ ꝓducens etiam qñ producit semper est prius natura producto. vt ptʒ a doc. in scḋo di. 1. ⁊. 25. Et si ratio concludat de suppositis eiusdem nature: quorum vnum non generat: vel producit aliud. non tñ concludit: qñ vnum est ꝓductum alterius. Nec auctoritas philosophi videt͂ ad propositum. Uult. n. ibi ꝙ inter indiuidua eiusdem speciei nõ sit ordo essentialis. sic ꝙ vnum non est pfectius alio eẽntialiter. Neqʒ eñ hoc est prius illo scʒ secũdũ perfectionem essentialem. Hoc. n. modo etiam ipse doc. exponit in secũdo di. 3. q. 1. vbi ostendit ſm intẽtionem philosophi. ꝙ natura cõis aliqua in genere: puta homo in genere animalis: sit mẽsura omnium illius generis: vide ibi. Quamuis ergo vnũ indiuiduum eiusdẽ nature: non sit priꝰ alio prioritate perfectiõis essentialis. nõ obstat tñ quin possit esse prius natura: vĺ aliqua duratione: imo ſm philosophũ si vnum producit aliud: necessario erit priꝰ ꝓducto saltẽ ṗoritate nature ¶ Rñdeo ꝙ ratio doc. bene concludit: non. n. in hac ratione supponit: ꝙ vnum suppositum producat aliud: et cum hoc probet ꝙ sit simul natura cum ꝓducto sed hoc probat per rationẽ sequentẽ. Intendit enim ꝓbare absolute: ꝙ suppositis eiusdẽ nature nõ repugnãt similes proprietates hypostatice: puta si vnum constituatur per proprietatem absolutam: ꝙ etiam aliud similiter constituatur. Et si vnum constituatur in esse persona per relationem ꝙ aliud similiter constitui potest per relationem: puta si vnum sit filius ⁊ cõstituatur per filiationem: ⁊ aliud si sit pater alicuius ꝙ constituatur per paternitatem ⁊ dato ꝙ paternitas ⁊ filiatio sint simul natura: hoc non obstat. ¶ Secũdo potest dici ⁊ magis ad mentem doc. ꝙ non repugnat producenti esse simul natura cum producto: quando producens ⁊ productum sunt eiusdem nature: ⁊ per consequens si productum constituatur ĩ esse suppositali per productiõem passiuam ꝙ etiam producens constituatur per productionem actiuam: quia inter illa non est ordo essentialis. ¶ Ad expositionem datam auctoritati philosophi. Dico breuiter ꝙ philosophꝰ diceret ꝙ quando est ordo essentialis inter aliqua ſm perfectionem: ꝙ vnum non potest dependere ab alio in essendo: nisi sit posterius illo vel duratione vel natura. Sed quando inter illa nõ est ordo eẽntialis ſm perfectionem nõ repugnat vnũ habere esse ab alio ⁊ eẽ simul duratione ⁊ natura cum illo: licet tamen eẽt posterius origine. Et sic hoc secundũ de simultate vĺ prioritate nature. sequitur ad primum. ¶ Ibi. Preterea si specialiter repugnaret ⁊c. hec est scḋa rõ doc. q̃ breuiṫ stat in hoc. Si repugnat pͥe ꝑsone ꝯstitui. puta ꝑ paternitatem hoc erit: q2 paternitas est simul cum filiatiõe constituẽte secũdam personam: modo pͥa persona necessario est prior secũdo: q2 producit ipsam. ⁊ sic non vĩ posse constitui per ipsam ꝑꝑ cãm dictam. Probat mõ doc. ꝙ nõ obstante prioritate originis: adhuc pͥa persona põt cõstitui per paternitatem: q2 correlatiua nõ reqͥrunt necessario simultatem originis: sʒ tñ simultatem nature: ita ꝙ int͂ illa nõ sit ordo nature vel eẽntialis: modo cum simultate nature: siue cũ simultate eẽntiali: stat ordo originis q̃ nõ necessario precexigit. nec simul coexigit ordinem nature vel eẽntialẽ. Sicut nec ordo nature necessario coexigit: siue precexigit ordinẽ durationis. ptʒ. q2 inter aliqua erit ordo nature. ita ꝙ vnũ erit prius natura alio: inter que tamen nullus erit ordo durationis. ptʒ de subiecto ⁊ propria passione: q2 subiectum est prius natura passione: nõ tamẽ erit prius duratione. Modo simultas nature q̃ opponit͂ ordini essentiali siue ordini nature. sufficit ad simultatem correlatiuorũ. non eñ

requiritur simultas que opponitur ordini originis. Primo: probatur. s. q ordo originis nõ necessario pexigat vel coexigat ordinem nature vel ordinem essentialẽ patet per hoc: quia posterius natura: siue posterius essentialiter necessario includit imperfectionẽ: ordo vero originis non requirit nisi q hoc sit ab hoc. Hoc autẽ eẽ ab hoc: nõ necessario includit imperfectionem eius qđ est ab hoc: quia non includit necessario q procedens sit imperfectius natura illo a quo procedit. Processio eñi non includit de se q sit equiuoca: nec per consequẽs q sola vna imperfectior sit in producto q̃ in producẽte. ¶ Pro maiori intellectiõe aliquorum dictorum: in ista litera occurrũt aliqua dubia. Primum in hoc qđ dicit q ordo nature necessario requirit imperfectionem i altero extremorum: scilicet in posteriore. hoc non videtur verum. Tum quia inter intellectum ⁊ voluntatem est ordo nature: cum intellectus sit prior natura voluntate in nobis. vt patet a doc. ⁊ forte etiã hoc est verum in deo: cum intellectus necessario psupponatur voluntati: ⁊ tamen ex hoc nõ sequitur imperfectio i voluntate: imo in nobis voluntas est formaliter pfectior intellectu. vt probat doctor in quarto distin. 49. Tum qz inter essentiam diuinam ⁊ relationes originis: siue cõmunes. vt equalitas ⁊ similitudo ẽ ordo nature: quia est prior natura illis: immo essentia diuina est simpliciter prima. vt etiam cõparatur ad attributa. vt pz a doc. q. 1. quol. arti. 1. ⁊ tamen relatio diuina nullam necessario includit imperfectionem. vt patet a doc. Tum etiam quia inter intellectionem diuinam ⁊ volitionem videtur ordo nature: cum intellectio sit prior natura volitione. vt etiam patet a doc. in primo di. 2. Tum etiam quia inter duo indiuidua eiusdem nature: quorum vnum in essendo dependet ab alio est ordo nature: ⁊ tamen non sequitur q productum sit imperfectius producente: cũ sint eiusdem perfectionis naturalis ⁊ essentialis. ¶ Respondeo premittendo aliqua de ordine nature. s. q ordo nature capitur multis modis. Primo accipitur ordo nature qui est inter aliqua: quorum vnum dependet ab alio sm mensurã perfectionalem: ita q posterius secundum perfectionẽ mẽsuratur a perfectiori. Et sic omnia alicuius generis dependent a perfectissimo i illo genere. vt patet per philosophũ 10. 8. c. 2. meta. ⁊ talis ordo sp cõnotat impfectionẽ in posteriori natura. ¶ Secũdo accipitur ordo nature qui fundatur in vna natura: ⁊ terminatur ad aliam naturam: ita q inter illas naturas est ordo producentis ⁊ producti: siue cõseruãtis ⁊ cõseruati: ita q productum sit simpliciter aliud a producente ⁊ hoc in natura. Et hoc dupliciter. s. q sit aliud in natura: vel tñ numeraliter vel specifice. Primo modo nõ requirit necessario q productũ sit imperfectius producẽte: nec q producẽs sit pfectius producto. vt patet. nisi forte in hoc q causatum inquantũ causatum necessario est ens depẽdẽs ⁊ vere possibile. vt pz a doc. in primo di. 8. q. vlt. ⁊ in scđo di. 1. q. 3. Est eñi implicatio q sit causatũ ⁊ sit necessariũ. Causãs vero inquantũ causans nullã imperfectionẽ nec possibilitatẽ includit. vt pz de deo qui vere causat oĩa causabilia: hoc mõ posset eẽ impfectio in causato. Scđo modo semp ordo nature requirit impfectionem in producto: qz causatũ equiuoce necessario est impfectius causa equiuoca. vt subtiliter pbat doct. in quarto di. 12. vide ibi. ¶ Tertio accipitur ordo nature inter aliqua: quorum vnum in nullo genere depẽdẽtie ab alio depẽdet: vt nec in genere causati vel mensurati vel cõseruati: sed qz vnũ necessario psupponit aliđ: ⁊ sic inter intellectũ ⁊ volũtatem: inter intellectionẽ ⁊ volitionem est talis ordo nature. Et hoc mõ ordo nature nõ preexigit necessario impfectiõem in posteriori natura: imo multotiẽs posteri⁹ natura ẽ pfectius. vt patet de volũtate ⁊ itellectu: intellectiõe ⁊ volitiõe: nã volitio est semper pfectior intellectiõe. vt patet a doc. in quol. q. 13. ⁊ in pl. q. vlti. ⁊ in quarto di. 49. Aliqñ ẽt pri⁹ natura hoc modo erit perfecti⁹. vt patet de intellectu ⁊ volitiõe q̃ est ĩpfectior ipso intellectu saltem in nobis. ¶ Quarto ẽ ordo nature inter aliqua: quorum vnũ dependet ad aliud: nõ q in eẽ suo: nec in cõseruari dependeat: sed quia eius dependentia ad aliud terminatur: ⁊ hoc dupliciter. Vel quia terminatur ad subiectum. Vel quia terminatur ad suppositũ. Primo mõ accñs dependet a subiecto: qz in se stare nõ põt. Et talis ordo necessario reqrit impfectionẽ i accidẽte: eo q p se stare nõ possit: reqrit etiã impfectionem in subiecto: eo q informatur ⁊ perficitur a tali accidẽte: vt patet a doc. in tertio di. 1. q. 1. art. 1. Secũdo mõ natura assumpta a verbo depẽdet ad ipm verbũ: ⁊ hoc est iperfectionis: qz in alio sustentatur: sed in verbo nulla est impfectio: qz tñ terminat depẽdẽtiam illam: ⁊ nullo modo pficitur ab illa nec informatur: vt patet a doc. in tertio. vbi supra ¶ Quinto accipitur ordo nature iter aliqua: quorum vnum est quasi productum: vel quasi originatum: ⁊ hoc dupliciter. Vel est quasi productum ab aliquo nõ formaliter infinito: ⁊ similiter ipsum non est formaliter infinitum: sed dr quasi productũ: eo q realiter idẽtificatur producẽti. Et tunc talis ordo dicit imperfectionem in quasi producto: vt patet de subiecto ⁊ propria passione. Vel quasi productum est ab aliquo formaliter infinito: ⁊ ipsum quasi productum est formaliter infinitum: sicut omnia attributa que sunt formaliter infinita: vt patet a doc. in primo. di. 8. q. penul. ⁊ sunt quasi originata a natura diuina formaliter infinita: vt patet a doc. in primo di. 8. q. 1. ⁊. di. 28. ⁊ in quol. q. 1. Et talis ordo nullam requirit imperfectionem in talibus quasi productis: cuz infinito formaliter repugnet omnis imperfectio vl quasi imperfectio: etiã posito per impossibile q hmõi essent vere ⁊ realiter producta: vt expositum in primo. Si vero quasi productum nõ sit formaliter infinitum: vt relationes originis: tunc ordo inter illa adhuc non requirit imperfectionem in quasi producto: quia tali relationi repugnat omnis imperfectio vel quasi imperfectio. Tum etiam quia repugnat formaliter infinito recipere vel quasi recipere talem relationem ⁊c. Sexto forte posset poni prioritas ⁊ posterioritas nature inter aliqua: vbi vnum accipit totum suum esse ab alio: ita q tñ ab illo distinguitur sm proprietatem personalem. sed sm omnem perfectionem est simpliciter idem illi. Et hoc modo tenẽdo q persone diuine constituantur per absoluta: sicut forte do. videtur tenere in primo. di. 26. esset inter patrem ⁊ filium talis ordo nature: quia quicquid habet fili⁹ habet a patre: ⁊ sola proprietate distinguitur a patre: ⁊ in nulla perfectione distinguitur. Hic tamẽ nulla est essentialis dependentia. cum illa sit inter naturas distinctas: vt patet a doc. in primo. di. 2. parte. 2. respondendo ad argumenta principalia. Et in tali ordine non requiritur imperfectio in posteriori: vt patet. Si etiam teneatur q persone constituantur per relationes: vt tenet communis opinio: adhuc nõ haberem pro incõueniẽti q inter patrem ⁊ filium esset ordo nature: qualis poneretur si essent constitute per absoluta: ⁊ q̃uis sint correlatiua et simul natura: loquendo de simultate ordinis nature que opponitur ordini essentiali: vt dicit doc. hic. ¶ His premissis dico breuiter: q doc. in proposito loquitur de ordine essentiali: qualis est inter causam equiuocam ⁊ effectum equiuocum: quia ibi semper posterius natura est imperfectius. Et q sic intelligat patet. quia supponit q pater non producat filium equiuoce: imo simpliciter vniuoce: vt patet in primo. di. 7. ⁊ di. 13. ⁊ supponit q producat ipsum cõmunicãs sibi eandem naturam. quã habet ⁊ eandem perfectionem. Talis ergo ordo nature qui est inter causam equiuocam ⁊ effectum: vel qualis est inter mensuram ⁊ mensuratũ sm perfectionem essentialem: semp dicit imperfectionem in posteriori natura: ⁊ q sic loquatur, patet per literam ipsius. vbi sic dicit: ordo nature: siue essentialis necessario includit imperfectionem in altero extremorum. ⁊ parum post: Processio eñi non includit de se q sit equiuoca nec per consequens q forma imperfectior sit in producto q̃m producente. Ex his patet responsio ad rationes. ¶ Secundo principaliter dubitatur de hoc. s. q simultas opposita ordini essentiali sufficiat ad simultatẽ correlatiuorum. Hoc prima facie non videtur verũ. Primo quia si vnum correlatiuũ esset prius natura alio correlatiuo ⁊ non prioritate essentiali: puta vbi non esset dependentia essentialis sicut est inter intellectuz ⁊ volũtatem: vt dictũ est supra. Tunc vnum correlatiuũ posset intelligi alio non intellecto: qđ est falsum: patet q posset intelligi: quia tali priori non repugnat posse intelligi circũscripto posteriori. ¶ Secundo instatur quia etiam requiritur simultas originis patet quia correlatiua sunt simul naturali intelligentia: vt patet a doc. sed si vnum esset prius origine alio: non necessario simul intelligerentur. patet. quia in illo priori in quo pater est: filius non est: ergo in illo priori pater posset intelligi: filio nõ intellecto. ¶ Tertio instatur quia si simultas opposita ordini essentiali qualis est inter causam equiuocam ⁊ effectum sufficit: vt ipse infra exponit ergo sequitur q si producens vniuocum esset simul simultate opposita tali ordini. puta quia non esset Franciscus producens prius essentialiter ⁊ equiuoce Joanne producto: sed tñ prius natura eo modo quo causa vniuoca est prior effectu vniuoce producto. tunc sequeretur q essent perfecte correlatiua ⁊ tamen Franciscus producens posset perfecte intelligi sine Joanne producto: quia ita videtur prior causa vniuoca suo effectu vniuoco: sicut causa equiuoca suo effectu equiuoco: quia vtraq3 causat aliud: licet vniuoca tñ causet aliđ numeraliter: ⁊ equiuoca aliud in specie. ¶ Respondeo premittẽdo aliqua. Primo q quãdo dicim⁹ q correlatiua sunt

Notabilis distinctio de ordine nature.

Singularia dubia ⁊ eorũ respõsiones.

simul naturali intelligentia: hoc non debet intelligi sic. s. q
in eodem penitus signo quo cognoscitur vnū necessario co-
gnoscatur aliud: si bene ad cognitionem vnius: statim seq-
tur cognitio alterius nō q cognitio. puta paternitatis in no
bis dependeat a cognitione filiationis nec econtra: cum co
gnitio relationis dependeat a termino & fundamento. Non
em̄ potest cognosci perfecte paternitas nisi prius cognosca
tur terminus cum essentialiter & formaliter sit ad illum: ter
minus autem eius nō est filiatio: sed absolutum filij: vt pro
bat doc. in primo dist. 30. Et ideo dicit. q. 1. prologi et di. 8.
primi & q. 14. quol. q relatio non potest cognosci termino
eius non precognito. posito em̄ per possibile vel impossibile
q filiatio non esset: sed tm̄ paternitas: certum est q paterni
tas posset perfecte cognosci filiatione non cognita: quia nō
est de [ratione] paternitatis q terminetur ad filiationē: nec
q cointagat illam: sed bene de ratione eius est q terminetur
ad absolutū filij. & hoc patet de relatiuis non mutuis: vt de
relatione creature ad deum que perfecte cognoscitur cogni
tis deo vt termino creatura vt fundamento. Ubi tamē sunt
relationes mutue: sic se habent q cognita vna imediate co
gnoscitur alia: nō enim videtur necesse simpliciter q in quo
cūq3 signo cognoscitur vna cognoscatur & alia: sed vna co-
gnita immediate post cognoscitur & alia. hec tamen dico nō
absolute nec determinādo. Secundo premitto q quando
Singlaris doctoris declaratio. Doct. dicit: q simultas opposita ordini essentiali sufficit ad
simultatem correlatiuorū: hoc dicit: quia vbi est ordo essen
tialis: priori essentialiter non repugnat posse esse sine poste
riori essentialiter: vt patet discurrendo in omnibus. & non re
pugnat posse pfecte cognosci posteriori nullo modo cogni-
to: que non cōueniunt correlatiuis: & quia in correlatiuis di
uinis est talis ordo: q vnū vere ab alio producit: videtur q
ibi sit ordo essentialis (nullus ali⁹ ordo nature videtur nec
apparet ponendus preter ordinē originis) & per consequēs
non sit simultas essentialis que omnino impedit naturam
correlatiuorū: & quia in diuinis correlatiuis nō est talis or-
do essentialis: ideo sufficit simultas opposita tali ordini: sed
non illa precise: sed etiam requiritur simultas opposita or-
dini durationis. Et ex his patet responsio ad primū. ¶ Ad
secundum dico primo vt dixi in primo notando: q non est re
pugnantia vnum posse precognosci. Dico secundo q priori
tas originis dicit tm̄ patrē habere esse a se: & posterioritas
originis dicit pͣsse filiū habere esse a pre: & tn̄ cū hoc stat q
simul intelligant. qa prius origine nō dicit aliqd signū dura-
tionis prius filio. ¶ Ad vltimū pz ex supra dictis responsio.

Ibi iuxta illud quod supponitur de secundo ar-
Expositio litere. ticulo Hic Doct. in isto secundo articulo intendit probare:
q prima persona constituatur relatione opposita relationi
secunde persone puta q constituatur paternitate vel gene
ratione actiua: qd idem importat. Et probat sic: prima pro
prietas incōmunicabilis positiua est proprietas prime per-
sone constitutiua: talis est illa que correspondet correlatiu-
ue prime relationi in persona producta. ergo &c. maior pa
tet: quia cum persona includat essentiam & entitatem incōi
cabilem que sunt in ista questione supposita: sm̄ Ric. 4. de
tri. proprietas prime persone nō oportet q aliquid per se
importet nisi primam entitatem incommunicabilē. & minor
patet: quia sm̄ sententiam cōmunem in ista questiōe suppo
sitā nihil potest esse ibi incōmunicabile nisi proprietas per-
tinens ad originem: & per consequens in prima persona non
est incommunicabile nisi proprietas pertinens ad primam
originem. Illa em̄ que pertinet ad secundam originem. sci-
licet spiratio actiua communicabilis est: quia est duarum
psonarum producentium. Illa autem que pertinet ad pri-
mam productionem actiuam: opponitur illi que ptinet ad
primam passiuam. Sicut enim filius primam proprietatem
habet ptinentem ad generari: siue dici: ita pater primam pro
prietatem incommunicabilem habet ptinentem ad dicere: si
ue generare: quia illa conuenit patri sm̄ q habet intellectū
fecūdum: qui intellectus est prima ratio productiua in patre.
¶ Ibi. Contra istam secūdam. Hic Doct. arguit contra ma.
& mi. rationis. & primo cōtra ma. s. q prima proprietas incom
municabilis sit positiua: quia ingenitum videtur esse prima
proprietas: & hoc pbat & auctoritate & ratione. Auctoritas
est Dam. c. 8. omnia inquit que habet pater: filij sunt preter in
generationē que nō significat differētiam substātie: sed mo
dum existētie. hec ille. vult dicere q ingenitum nō significat
ens positiuum sed tātum modum existentie: quia significat
nō esse ab alio. Ratiō e etiam pbatur: & ratio stat in hoc bre
uiter: negatio ad prius: prius cōuenit: q̄ habitudo ad posteri⁹.
patet: quia si. a. est. a. b. & c. ab. a. prius. a. respicit. b. a quo ha
bet esse q̄. c. cui dat esse. ergo si. a. a nullo poter. & c. est ab. a.
ipsi. a. prius cōuenit negatio ad prius: q̄ habitudo siue pro-
ductio respectu c. ergo cum negatio ad prius puta ingenitū
prius cōueniat patri q̄ generare filium. sequitur q ingeni
tum erit prima proprietas patris: & per cōsequens pater cō
stituetur in esse per ingenitum. Si dicatur q in eodem signo
nō conuenit patri esse ab alio: & non esse ab alio: imo si esset ab
alio per prius conueniret esse ab alio q̄ non esse ab alio: & sic in
aliquo posteriori signo conueniret non esse ab alio ¶ Cōtra
arguit: q2 esse ab alio & non esse ab alio contradicūt: & non cō-
tradicūt nisi pro eodem signo: vel nature: vel originis. vnde
ista non contradicūt. homo in primo signo est per se ratio-
nalis siue in primo modo: & in secundo modo: siue in secun-
do signo nature non est per se rationalis: quia accipiuntur
pro diuersis signis. sic in proposito cum esse ab alio & non esse
ab alio contradicant. sequitur q in eodem signo quo conue
niret patri esse ab alio: si esset ab alio: cōuenit non esse ab alio: si
non est ab alio. Si ergo esset ab alio. prius sibi cōueniret hoc
quod est esse ab alio q̄ aliud producere. ergo non esse ab alio
prius conuenit q̄ producere filium: & sic non esse ab alio siue
ingenitum erit prima proprietas patris: & ab illa prima con
stituitur. ¶ Ibi. Si arguitur. Hic instat probando q inge
nitum non sit proprietas constitutiua: q2 negatio nō consti
tuit personam: cum persona sit ens positiuum: ergo & cōsti
tuentia erunt ens positiuum: modo ingenitum dicit forma-
liter negationem. s. non esse ab alio. ¶ Respōdetur q illud
personale quod intelligitur superaddi essentie: sufficit q ha
beat primam rationem incōmunicabilitatis: essentia em̄ per
sone tribuit esse: & hoc esse & quicquid positiuum ē. Si ergo af
firmatio vel negatio possit habere rationem incōmunica-
bilitatis in prima persona: sufficit ad constituendum perso
nam: illa autem negatio habet. vt probatum est primā ra-
tionem incōmunicabilitatis. ergo &c. ¶ Ibi. Contra. Hic
doc. improbat hanc opinionem pbando duo Primo q pro-
prietas constitutiua persone est omnino formaliter & primo
incommunicabilis. Secūdo q nulla negatio sit formaliter
& primo incommunicabilis: & per consequens ingenitū non
erit proprietas constitutiua persone cum non dicat forma-
liter nisi negationem. vt patet per August. 5. de trini. c. 7.
Cum ingenitum dico non quid sit: sed quid non sit ostendi
tur. ingenitum em̄ in proposito: & non productū idem sunt.
vt ostendit doc. in primo di. 28. &c. Probat ergo primam pro
positionem sic. psona est formaliter incommunicabilis exi-
stentia. ergo illud quo aliquid est persona primo. erit forma-
liter incommunicabile. Secūda probatur: quia nulla nega
tio propria est alicui: hoc est soli illi necessario conueniens:
nisi quia ei repugnat affirmatio opposita. affirmatio autē
nulli enti repugnat nisi per aliquod positiuum: quia si p ne
gationem: & tunc quero an illa negatio cōsequitur aliquod
positiuum cui repugnat illa alia affirmatio: & habetur pro
positum. s. q affirmatio repugnat per aliquod positiuum: &
sic negatio opposita inerit necessario per aliquod positiuū:
aut non consequitur positiuum: & tunc negatio omnino pri
ma est in illa vnitate & distinctione: & in entitate per conse-
quens: quod est inconueniens. i. q talis negatio primo con
stituet illud ens in tali vnitate. s. incommunicabili: & in tali
distinctione: quia que sunt principia constituendi sunt prin
cipia distinguendi: & sic si primo cōstituit in vnitate incommu-
nicabili est etiam ratio distinguendi illud a quolibet alio: & si-
militer cōstituet primo in tali entitate. Sequitur em̄ q si ne-
gatio insit primo: & sit ratio propter quam repugnat affirma-
tio patri communicari q illud ens cui primo cōuenit talis ne
gatio p ipsam erit incommunicabile primo. Sicut etiā quan
do negatio ad cōmunicari aduenit enti propter aliquam af-
firmationem in tali ente: q tale ens erit primo incommuni-
cabile per talem affirmationem. ergo sic erit in proposito de
negatione propter quam repugnat enti affirmatio ad com-
municari. Sequitur in litera aut necessario dabitur q nega
tio consequitur positiuum: sed nō propriē. & tunc sequitur q
negatio nō erit propria isti: q2 illud per quod negatio conue-
nit nō est proprium isti. ¶ Contra illas duas propositiōes oc- Dubia ex-positione ptra duas ppōnes.
currūt aliqua dubia. Prio. quia si illud quo aliquid est per
sona siue incommunicabilis existētia: sit formaliter incom-
municabile. sequitur q negatio erit formaliter: & primo incō
municabilis: hoc autem est falsum & cōtra ipsum. vt patet
in pbatione secunde propositionis: & in primo di. 28. & alibi se
pe. antecedēs pbatur: quia sm̄ ipsum in tertio di. 1. q. prima
& in quol. q. 19. persona creata primo cōstituitur in esse per-
sonali per negationem duplicis dependentie. s. actualis &
aptitudinalis. ergo talis negatio erit primo incommunica-
bilis. ¶ Secūdo: quia relatio originis communicatur per

sone:z similiter cōmunicatur essentie. vt patet de filiatione in diuinis:z tamen persona constituta per illaz est primo in cōmunicabilis:z sic non erit necesse ꝙ illud quo constituitur persona sit pmo z formaliter incōicabile. ¶ Contra secūdā propositionē. Primo probatur ꝙ negatio propria non insit propter positiuū propriū:quia negatio lapidis necessario inest sorti:z tamē non inest propter positiuū propriū sorti:patet quia talis negatio inest etiam boui. Tum etiaz qa negatio lapidis inest necessario chimere:z tñ in chimera nō est aliquod positiuum propter quod insit talis negatio. Tū etiā quia negatio depēdentie actualis ad aliud suppositū inest sorti:z tamē non inest per aliquod positiuū in sorte:qa omne positiuū in sorte est cōmunicabile:quia a verbo assum ptibile:vt patet a Doct.in tertio dist.1.q.1.z in quol.q.19.

Solutio dubiorū.

¶ Respōdeo ad istas obiectiones premittēdo aliqua. Primo.ꝙ constitutiuum persone diuine est ita propriū illi ꝙ necessario simpliciter conuenit ei:ita ꝙ oppositū simpliciter repugnat:imo est ita propriū illi puta filiatio filio.ꝙ si illa pre cise non esset que nunc est in filio:esset simpliciter impossibile aliquā aliam esse:vel aliquem alium filium esse: vt supra puluit.q.2.quoli. Secundo premitto ꝙ est differentia inter cōstitutiuum vltimū persone diuine z persone create. nam vltimū cōstitutiuum persone diuine inest simpliciter necessario.z oppositum puta ↄmunicari actu simpliciter repugnat Sed vltimum cōstitutiuum z cōpletiuuz persone create nō inest necessario.patet:quia persona creata vltimate cōplet per negationē actualē ad aliud suppositū:vt patet a Doc. in tertio dist.1.z tamen affirmatio opposita.s.actu depēdere ad aliud suppositum:potest sibi inesse z de facto inest nature singulari assumpte a verbo:vt patet a Doc.in tertio di. 1.z ex hoc apparet quomodo talis negatio non est ita propria persone create ꝙ illi soli necessario conueniat. Tertio premitto ꝙ illud quo aliquid est primo persona personalitate sibi propria z necessario sibi competente:est primo incōmunicabile:z tale est constituens personam diuinaz:que sola est necessario persona personalitate sibi propria z sibi soli necessario competente Sed illud quo persona creata est persona personalitate propria:sed non necessario compe tente non est ita proprium illi ꝙ sibi necessario conueniat. Quarto premitto ꝙ aliud est esse primo incōmunicabile vt quod.z aliud vt quo.primo modo suppositum est incōmunicabile.secundo modo proprietas hypostatica. posito ergo ꝙ ipsa sit cōmunicabilis puta nature diuine: tamen est ratio formalis constituendi aliquid in esse incōmunicabili.primo:z hoc modo proprietas personalis potest dici primo in communicabilis:quia per ipsam aliquid constituitur in esse incōmunicabili:primo potest etiam dici ꝙ illud quod alteri cōmunicatur:aut perficit aliquam naturam vel informat: aut est tale ens quod in alio sustentari siue supposita ri potest:licet non perficiat illud vel informet.z sic natura humana singularis cōmunicatur verbo diuino:hoc modo proprietas constitutiua persone est incōmunicabilis:quia ipsa nec perficit naturam diuinam nec informat nec dependet proprie loquendo:vtraqꝫ via videtur saluabilis. ¶ His pmissis patet responsio ad obiectiones. Ad primam contra primam propositionem dico:ꝙ aliud est loqui de incommunicabili actu:sed non necessario incommunicabili:et aliud est loqui de incommunicabili actu necessario. primo modo negatio actualis cum aptitudinali est ratio constituēdi inesse incommunicabili sed non necessario:vt patet de negatione actuali que necessario non inest:z quando inest semper constituit inesse incommunicabili cum dicitur ꝙ non est incommunicabilis primo dico ꝙ est incommunicabilis primo: qa per ipsam est primo aliquid incommunicabile licet non necessario:et cum infertur ꝙ talis negatio non est propria illi ergo non constituit in esse incommunicabili. Dico ꝙ sola illa negatio dicitur propria alicui que soli illi necessario inest et illa consequitur necessario aliquod positiuum quod necessario est prima ratio incommunicabilitatis:et negatio necessario sequens non est ratio constituendi primo inesse incommunicabili:sed necessario consequitur illud: et ideo dicitur propria:alia vero negatio licet quando actu inest puta Francisco:actu constituat ipsum inesse incommunicabili:non tamen dicitur illi propria cum necessario non insit: sed mere contingenter quod bene nota. ¶ Ad secundam patet respōsio ex supradictis i quarto pmisso. ¶ Ad rationes cōtra secūdam propositionem ad primam. Dico ꝙ negatio aliquādo necessario cōuenit alicui sed nō soli illi. vt nō lapis necessario cōuenit homini. sed nō soli homini.z talis nūqꝫ iest enti positiuo nisi p aliqd positiuum in ipso:cui affirmatio opposita: scilicet affirmatio lapidis repugnat

Notabilis doctrina.

necessario:z talis negatio potest pluribus inesse p aliquod positiuum cōmune eis:quicquid sit illud:vel etiam potest i esse illis pluribus ꝓpter aliud positiuum in eis puta homini:qꝛ animal rationale:ligno quia talis natura zc. Aliquādo negatio non solum conuenit alicui necessario:sed etiam soli illi vt negatio finitatis soli deo cōuenit p positiuum ꝓprium in illa. Et sic negatio cōmunicabilitatis competens personis diuinis necessario conuenit illis:non per aliquod positiuū commune illis:sed simpliciter per aliud z aliud positiuum ꝓprium singulis:ita ꝙ filio conuenit negatio per filiatiōem:z patri per paternitatem p̄cise.z hoc modo talis negatio non solū conuenit necessario:sed ē etiam ꝓpria ꝓpter positiuum ꝓprium in eis. ¶ Ad illō de chimera patet responsio:quia hoc intelligitur quando negatio necessario conuenit enti positiuo quale non ē chimera. ¶ Ad tertium patet responsio ex supradictis:quia conclusio intelligit de negatione necessario inherente:modo negatio actualis de pendētie ad aliud non necessario inest. vt supra dixi. Et sic patet responsio ad ista dubia zc. ¶ Ibi. Respondet ad minorem. Hic doc. recitat vnam opinionem Guil. Altisiodorēsi.que dicit ꝙ ingenitum nō importat negationem simpliciter:sed aliquid pertinens ad dignitatē:quia hoc quod est habere esse a se. Alio modo importat fontalem plenitudinē quod ē perfectionis simpliciter in pma persona secundum Augu.4.de tri.c.9. ¶ Ibi. Cōtra. Hic doc. improbat hāc responsionem.z primo improbat primam.videlicet ꝙ eē a se aut importat circunstantiam principij positiue: z hoc ē impossibile:quia nihil ē quod gignat seipsum. vt patet per Aug.pri͂o de tri.c.primo:aut a se intelligitur negatiue tm̄ .s.quia non habet aliquid ꝓ principio vel causa:z habetur propositum.s.ꝙ ingenitum dicat negationem formaliter. ¶ Contra secundam:quia fontalis plenitudo aut dicit negationem z habetur ꝓpositum.s.ꝙ ingenitum vt dicit fontalem plenitudinem sit formaliter negatio.aut dicit positiuum:z tunc vel dicit essentiam:z tunc sequitur ꝙ si ingenitum sit ꝓprietas personalis ꝙ eētia erit ꝓprietas personalis formaliter qđ ē impossibile cum sit communicabilis z vt quo:z vt quod:aut dicit relatiōem positiuam:z patet ꝙ non nisi ad personam:quia pma relatio i persona ē relatio ad personam:alie eñ relatiōes:scilicet equalitas similitudo identitas p̄supponunt relationes originis.vt pꝫ a Doc. in pmo di.19.q.1.z di.31.z infra.q.6.p̄ter istas nulla alia relatio realis ponitur in diuinis:ergo si ingenitum siue fontalis plenitudo dicit relationem ad personam.aut ergo ad vnam personam:aut ad plures non ad ꝓducentem nec ad ꝓducentes cum ingenitum dicat negatiōem omnis productionis.vt notat doct.in pmo di.28.idem est ingenitum qđ nullo modo productum:ergo dicit relationem ad personā productam vel productas:non ad plures productas:quia tunc non poterit esse vnum formale principium psone constitutum. patet.quia vna persona vna per se ratiōe formali constituitur. Sed si ingenitum esset ad duas productas: tunc includeret duas relationes terminatas ad illa producta:sed nulla vna relatio originis p se terminatur ad duo producta:sicut eñ ꝓductum vnum terminatur vel refertur ad producens vna relatiōe:z duo ꝓducta duabus relationibus:ita producens nō duabus productionibus refertur. si ergo ingenitum diceret duas relationes positiuas: tunc non esset vna per se ꝓprietas:z per consequens constitutū per illud non esset vnum per se suppositum. Aut igenitum dicit vnam relationem terminatam ad primam personam productam.s.ad filium:aut ad secundam ꝓductam:scilicet ad spiritū sanctum:z tunc nō tenetur positum.s.ꝙ igenitū vt distinguitur cōtra paternitatem vel spirationem actiuā cōstituat personam:qꝛ ingenitum siue fōtalis plenitudo. vt dicit relationem:vel ad pmam vel ad secundam personam productam nō distinguitur a paternitate vel spiratiōe actiua:z per consequens vt dicit talem relationem cōstituet pmam personam nō autem vt distinguitur ab illis. sequitur in litera. Aut ingenitum dicit vnam relatiōem abstractam a paternitate z spiratiōe actiua:z tūc si potest vna talis relatio cōmunis abstrahi ab istis duabus:sequit ꝙ pma psona nō aliqua vna relatiōe singulari signata in existentia sit persona:sed aliquo modo vna abstracta ab illis duabus:z hoc alterius rōnis:qꝛ probatum est in.2.q.ꝙ due ꝓductiones actiue i diuinis nō possunt esse eiusdem rōnis:z tūc pma persona nō cōstitueretur formaliter aliquo cōstitutiuo vnius rationis quasi specifice:sed vno abstracto a duobus quasi alterꝰ rōnis. Et dicit doc.quasi specifice: quia i diuinis nō est ibi aliquod genus nec aliquid in genere contētū: vt ꝓbat Doc.in primo dist.8.q.2.z similiter cum dicit quasi

Negatio nē puenire alicui necessario pticit posse intelligi.

Expositio litere.

Clare exponit doctorē hic.

alterius rõnis: scilicet specifice: quia paternitas et generatio actiua: et si non differant proprie specifice cum in diuinis nõ sit species. differunt tamen specifice: immo forte sunt primo diuersa. vt habet videri in primo di. 13. modo a duobus quasi specifice distinctis nõ potest abstrahi aliquid vnius rationis quasi specifice. vt patet. nõ enim ab homine et asino abstrahi põt aliquid vnum specie. sic in proposito. Nec oportet hic multum immorari: quia multi magistri hic cõcedunt propositum quantum ad ma. quod aliquo incõmunicabili positiuo constituitur prima persona de qua est hic sermo. ¶ Ibi. Cum ergo arguitur contra istam opi. Hic doct. soluit auctoritatem et rationem adductas prius contra opi. Ad auctoritatem dicit: quod Dam. ibidem subdit. in solis proprietatibus paternitatis et filiationis et processionis differentiam cognoscimus. quandoque do prius accepit oia preter ingenerationem et c. intelligendum est quod sub ingeneratione comprehendit paternitatem: sicut patet in diuersis capitulis eius: nũc nominat vnam proprietatem prime persone. nũc aliam. et per cõsequens per vtramque intelligit quãcũque proprietatem propriam. ¶ Ad rõnem pcedit doct. primo quod ordo ad prius quodammodo precedit in aliquo ordinem ipsius ad posterius: maxime quãdo ordinatum est in se absolutũ. pcedit et quod negatio ordinis ad prius in absoluto precedit ordinem positum eiusdem ad posterius: sed nõ sic in illa quod constituitur formaliter per ordinem ad posterius: quia nullus ordo in illo põt esse prior: nec etiam negatio ordinis quam sit ordo qua constituitur. Si ergo esset suppositum absolutum posset concedi quod ingenitum esset quodammodo prius paternitate: sed cum probatur generaliter de omni supposito tam absoluto quam relatiuo: per hoc quod contradictoria referuntur ad idem instans et c. Dicit doct. quod hoc non est verum comparando contradictoria ad tertium: sed absolute comparando adinuicem. exemplum album et non album absolute contradicunt: sed album pro a. et non album pro b. non contradicunt: et hoc intelligendo pro a. et b. siue signa durationis: siue nature vel originis. Sed si ista comparantur ad aliquid cui conuenire possunt: non oportet quod si album conueniret ipsi c. pro a. quod nõ album conueniret ipsi c. pro a. nihil enim est quod non omnino primo ipsum sit ipsum. sicut homo omnino primo est homo: et si homo esset lapis: esset omnino primo lapis: tamen nõ omnino primo esset nõ lapis: quia nulla negatio potest esse alicui eadem primo: sicut ipsum est ipsum primo. Concedit ergo quod intelligendum est esse ab aliquo: et nõ esse ab aliquo referri ad idem instans siue nũc cuiuslibet ordinis ad hoc quod sint contradictoria. vt scilicet pro quo nunc affirmatur esse ab alio quod ponit pro eodem nũc non esse neget illud idem: sed nõ oportet quod illi de quo ista dicuntur conueniat eque primo nõ esse ab: sicut illi conueniret esse ab: si esse ab. sibi conueniret: et per consequens supposito cui conuenit negatio ordinis ad prius prioritate originis non eque primo conuenit ista negatio: sicut conueniret affirmatio ordinis si illum ordinem haberet.

Dubia hic in litera occurrentia.

Occurrunt aliqua dubia. primo. in hoc quod ingenitum non conuenit prius patri quam ordo ad productum. videtur enim hoc non esse verum. ¶ Tum quia posito quod pater cõstituatur in esse per paternitatem. adhuc hoc quod nõ est esse ab alio: prius cõuenit patri quam ipse pater dicat ordinem ad filium: quia pater inquantum pater in diuinis est prius origine filio: et per consequens posterius origine dicit ordinem ad filium: quia talis ordo ad filiũ vel presupponit filium esse: vel simul cointelligit filiũ esse: et tamen in illo priori originis conuenit sibi nõ esse ab alio: sicut si esset ab alio: conueniret esse ab alio. ¶ Tum etiam quia ingenitum est proprietas soli patri necessario conueniens. vt patet per doc. in primo di. 28. et pater dicit formaliter negationem: sed illa negatio nõ est propria patri: sic quod illi soli necessario conueniret: nisi per aliquod positiuum proprium in patre: illud positiuum nõ est essentia cum sit cõicabilis: nõ paternitas: quia etsi nõ esse ab. posito quod nõ prius conueniat patri quam paternitas. saltem eque primo conuenit patri sicut paternitas. ergo oporteret assignare aliquod positiuũ propriũ in patre distinctũ a paternitate. ¶ Tertio instatur sic. posito quod filius constituatur in esse per generationem passiuam: adhuc per prius conuenit filio ordo ad patrem quam generatio passiua. patet. quia per prius intelligitur esse a patre quam habere generationem passiuam: et si nõ prius. saltem eque primo. Sic in proposito. si filius nõ esset ab aliquo: saltem eque primo conueniret sibi nõ esse ab alio: et tunc nõ magis esset vna proprietas quam alia cum eque primo vtraque inesset: et per consequens non magis constitueretur in esse ab vna quam ab alia. vt patet.

Dubium secũdum.

¶ Secũdo principaliter videtur dubium in hoc quod dicit quod homo prius est homo quam non homo: vel prius esset puta animal quam non animal. hoc videtur difficile saluare. Tum quia ipse vult in primo dist. 8. q. vltima. et in secũdo di. 1. q. 2.

quod nõ esse prius natura priuatiue vel negatiue inest creature quam esse: etiã posito quod creatura esset ab eterno: vt patet ab ipso in secũdo dist. 1. q. 3. ergo nõ esse hominem prius cõuenit homini quam esse hominem: quia vt dicit Doc. in locis preallegatis: si ab eterno nõ poneretur homo a causa extrinseca in esse: tũc nõ esse immediate inesset. ergo videtur quod nõ esse hominem prius cõueniat homini quam ipsum esse. ¶ Respõdeo ad has obiectiones. Et primo ad primam factam. Ad primum dubium. Dico primo. quod in eodem instanti quo pater est pater: ipsa paternitas dicit ordinem ad filium: cum ipsa sit formaliter habitudo ad filium. Dico secundo et forte magis ad propositũ quod quando Doct. dicit: quod prima persona prius dicit ordinem ad filiũ: posito quod constituatur per relationem ad filium. debet sic intelligi quod prius conuenit patri ipsa generatio actiua que generatio dicit ordinem: vel est ordo ad filium quamuis ipsa generatio sit etiã aliquo modo prior filio: vt alias exposui in primo dist. 1. q. 2. hoc etiã patet a Doct. hic. et in primo dist. 28. vbi dicit quod pater inquantum pater: siue inquãtum generans quod idem est: est prius origine filio per ordinem siue habitudinem ad filium non intelligitur aliquis alius ordo vel habitudo superueniens paternitati vel generationi actiue: sed intelligit ipsam paternitatem: vel generationem actiuam formaliter.

Rñsio ad primũ dubiũ et vbique notanda.

¶ Ad secũdam concedo: quod ingenitum sit proprietas patris et concedo quod dicat formaliter negationem. scilicet non esse ab alio: et similiter cõcedo quod presupponit aliquod positiuum proprium in patre sed dico quod illud positiuum est ipsa paternitas: vel generatio actiua. que primo inest patri quam illa negatio: et hoc patet: quia paternitas in diuinis est talis entitas: cui formaliter repugnat posse esse ab alio: et talis repugnantia. vt patet fundatur in ipsa paternitate: sicut deitas est talis entitas cui formaliter repugnat esse ab alio: siue cui necessario conuenit ista negatio. scilicet non esse ab alio. et patet quod talis negatio presupponit ipsam deitatem cui necessario inest: et cui affirmatio opposita necessario repugnat: sic in proposito dico de patre. ¶ Ad tertiam dico quod prius vel saltem eque primo filius habet esse quam habeat habitudinem ad patrem. patet: quia filiatio per quam filius constituitur in esse est formaliter ipsa habitudo ad patrem. et tũc dico: quod si filius non esset a patre. imo a nullo quod adhuc prius sibi inesset filiatio quam nõ esse ab. quia si esse ab repugnaret filio: tunc presupponeret aliquod positiuum in filio propter quod repugnaret: et tale positiuũ aliquo modo esset prius ipsa negatione que necessario cõueniret filio.

Quarta de paternitate in diuinis subdistinctio.

Quõ filio prius conueniat filio quam esse ab alio.

¶ Ad aliud secundi dubij dico breuiter: quod quãuis nõ esse absolute: sit prius natura ipso esse loquendo de esse creature quod dico propter esse diuinum quod ita est necesse esse quod est simpliciter impossibile nõ esse aliquo esse prius natura siue positiue siue priuatiue ipso esse vt patet: in primo di. 2. et 28. sed comparando esse et nõ esse ad tertium puta ad hominem: dico simpliciter quod homo habet prius esse quam nõ esse. prius enim homo: vt homo habet esse quam nõ esse et sic patet solutio.

Rñsio ad secundum dubiũ applicabilis valde.

Expositio litere.

Ibi respondetur aliter ad mi. Hic doc. recitat opi. Hen. quoli. 9. q. 1. et 2. quod dicit ad mi. prime rationis facte in principio secũdi articuli (vbi sic arguit. prima proprietas incommunicabilis positiua est proprietas cõstitutiua prime persone. sed talis est illa que correspondet correlatiue prime relationi in persona producta que est paternitas: ergo et c.) ad saluandũ prioritatem generantis ad genitũ. quod ipsa paternitas potest considerari dupliciter. vnomodo sub ratione aptitudinis puta pro generatiuitate. alio modo sub ratione actuali puta pro generatione siue paternitate. primomodo generatio actiua siue paternitas constituit primam personam quia vt sic est prior producto: secundamodo non constituit cum vt sic sit simul cum filiatione ¶ Ibi Alia respõsio ad mino. Do. recitat opi. s. Tho. 1. parte summe. q. 40. quod ad illam mi. dicit quod habitudo ad secundam personam puta paternitas põt considerari vel vt proprietas. vel vt relatio primomodo: constituit quia vt sic est prior. secundomodo non constituit: quia vt sic est simul cum relatione opposita. s. filiatione. ¶ Ibi. Contra ista. Hic improbat has duas responsiones. et primo communiter ambas improbat. secundo vtramque diuisim. Sed quia iste opiniones etiam improbate sunt per eadem media que hic ponuntur in primo distin. 28. ideo hic transeo sicco pede. Et etiam quia improbationes ille sunt satis clare in litera nec indigent alia expositione. Et si forte occurrant aliqua dubia in calce articuli huius. Prima ergo improbatio communiter stat in hoc: quia in prima persona est vna entitas formaliter incommunicabilis et primo. et hoc in existentia actuali in re et ex natura rei. quod in re patet. quia persona habet esse vere reale et preter omne opus intellectus. et per consequens proprietas constitutiua erit ibi in re extra omne opus intellectus.

q̄ etiā in existentia actuali.patet:quia quicq̄d ibi existit ē
simpliciter in vltima actualitate vt patuit in pimo distin.se=
cundo:nihil eni ad intra est in potentia imo summe in actu
Et q̄ tm̄ vna proprietas constitutiua : patet.quia si essent
plures primo:tunc vna illarum superflueret.ꝛ vltra est incom
possibile q̄ sint plures prime:quia tunc persona formaliter
constitueretur duabus ꝓprietatibus ꝛ sic circūscripta vna
esset adhuc psona prima quia esset persona per aliam ꝛ ex
alia pte non esset.quia esset circūscripta ratio formalis cō
stituendi illam.simili modo sepe Doc.arguit.ꝛ sic esset incō
possibile propter causam supradictā esse duas ꝓprietates
primas.Ex his sequitur q̄ quocūq; distinguatur ratio ge
neratiuitatis ꝛ generationis in paternitate ꝑ consideratio=
nem intellectus:ꝛ similiter in ratione ꝓprietatis ꝛ relatio=
nis in re tamen est tm̄ vna; ꝛ vt in re constituit. ¶ Ibi.
Preterea contra vtrāq; viam dupliciter.Dicit Doc.q̄ iste
due vie sic distinguūt paternitatem ad vitandam istam dif
ficultatem scilicet quomodo prima persona potest esse prior
secunda.ꝛ tamē simul natura cum illa. Sed ista difficultas
est nulla:quia ordo originis ꝑ se nō includit ordinem natu=
re:maxime illum in quo prius natura potest esse sine poste=
riori natura vt supra patuit in primo articulo.ꝛ per conse=
quens sequitur q̄ pater potest esse prior origine filio ꝛ simul
natura cum illo vt expositū est prolixe in primo articulo.
¶ Ibi.Aliter adhuc Respōdet ad rationem ꝛ ad mi. Hic
recitat aliam opi.s.Hē.qui dicit q̄ licet in re sit in prima per
sona vna tantum relatio originis ad secundam personam:
scilicet paternitas:tamen illa distinguitur sm̄ rationem ꝓ
vt est habitudo prime persone ad secundam. potest eni in=
telligi sub ratione aptitudinis ad generandum:vt exprimit
sub nomine generatiui.ꝛ sub ratione potentie:vt suppositū
exprimitur per hoc quod est potens generare:vel sub ratio
ne actus vt exprimitur per hoc nomen generās: vel sub ra
tione habentis genitum coexistens vt exprimitur nomie pa
tris.Et sic eadē proprietas sub prima ratione.s.generati=
uitate cōstituit patrem.q̄ autē generatiuitas sit prior alijs
ꝓbat ista opinio:quia illa est prior sm̄ quam mediatius ha=
bet ordinem ad oppositū scilicet ad genitum:q̄ illa que im
mediatius.generatiuitas eni mediatius respicit genitū.pa
ternitas vero imediatius quia immediate ad illum.genera
tiuū eni imediate dicit ordinē ad generabile.ꝛ potens gene
rare imediate dicit ordinē ad potens generari:ꝛ generans
imediate dicit ordinē ad genitum:ꝛ quia generabile est pri⁹
genito:ideo sequitur q̄ generatiuum sit prius generante:ꝛ
hoc est qō dicit. ¶ Sequitur in litera ibi.Hoc etiam decla=
ratur:quia ille rationes sm̄ quēdam ordinē se includunt et
non econuerso.non eni omne generatiuū est generans sed
econuerso modo illud est prius a quo non conuertitur sub=
sistendi consequentia.Concedit ergo minorem.s.q̄ paterni
tas est proprietas constitutiua patris non tamen sub ratio
ne paternitatis sed sub ratiōe generatiuitatis. ¶ Ibi Ali=
ter respondetur ad eādem minorem q̄ constitutiuum prime
psone potest dupliciter cōsiderari.vno modo vt proprietas
alio modo vt relatio:cōstituit autem vt proprietas ꝛ ꝑ cō=
sequēs nō vt relatio correspōdēs relationi in secūda psona
¶ Ibi Contra ista arguitur dupliciter. Nunc Doc.iprobat
has duas responsiones simul.ꝛ improbationes stant in isto
superius dicto.s.q̄ proprietas non constituit personam rea
lem nisi vt precise est in re ꝛ in actualissima existentia reali.
ꝛ quamuis diuersimode possit ab intellectu considerari ta=
men vt constituit personam non constituit nisi vt est in re ꝛ
extra omnem considerationem intellectus. ¶ Ibi Secun=
do sic.Ideo queritur ista distinctio ꝛc̄.hic replicat rationem
superius factam que erat de difficultate quomodo pater es
set simul cum filio ꝛ vt simul posset generare:ꝛ dictum fuit
q̄ cum simultate nature stat ordo scilicet prioris ꝛ posterio
ris in origine ꝛ q̄ talis ordo possit stare vltra dicta hic ꝛ ibi
(scilicet q̄ ordo originis nō includit nec preexigit:nec cocl
git ordinem nature)adducit vnum exemplū.dicens sic: Cō
firmatur illud exemplo sed forsan includit aliquod dubium
si Sortes est pater Platonis non solum Sortes est prior
origine Pla.sed Sortes pater prius est origine Platone
filio.probo quia paternitas est per se causa prioritatis ori=
ginis.includendo ergo totū illud quod est per se causā ali
cuius prioritatis: non per hoc tollitur illa prioritas ergo
Sortes pater ꝓut icludit paternitatē q̄ est causa prioritatis
adhuc esset prior origine Pla.filio.vbi includit rō posterio
ritatis originis ꝛ tamē Sortes vt pater est simul natura cū
filio sicut correlatiuū cū correlatiuo. ¶ Ibi.Posset etiā cō
firmari ratio principalis contra vtrāq; responsionem: quia in
secunda persona nō queritur distinctio aliqua in constitutiuo
nec secūdum aptitudinem ꝛc.non eni dicitur q̄ filiatio ꝯsti
tuat sub rōne generabilitatis vt patet:sed filiatio vt actua
liter in re existēs ꝯstituit. ¶ Ibi.Contra primam viā. Hic
doc.arguit specialiter cōtra primā viam:ꝛ ratio stat in hoc
quia constitutiuum persone ē primo incōmunicabile:nulla
aptitudo ē primo incommunicabilis.patet.quia precise se=
quitur entitatem cuius ē aptitudo.si eni homo ē cōmunica
bilis etiam risibilitas erit cōmunicabilis.ꝛ si aptitudo sit in
communicabilis res cuius ē talis aptitudo erit incōmuni=
cabilis.cū ergo entitas personalis sit primo incommunica
bilis ꝛ sola illa:ꝛ nulla aptitudo sit primo incōmunicabilis
sequit̄ q̄ paternitas sub rōne aptitudinis nō erit ꝓprietas
cōstitutiua persone. ¶ Ibi.Ad̄ ergo arguit̄.Hic soluit ra
tiones factas ꝓ prima opinione cōcedēdo q̄ ꝓprietas sub
illa rōne constituit sub qua dat primo esse:sed dat simplicit̄
primo esse vt ē in actuali existentia vt supra dixi.ꝛ cū ꝓba
tur de mediatius ꝛ immediatius:ratio est pro me:quia sub
illa ratione sub qua paternitas immediate respicit filium ē
ibi actualissime ꝛ simpliciter incōmunicabilis ꝛ sub illa sim
pliciter constituit . ergo. Ad aliam quādo dicitur q̄ genera
tiuum includitur in quolibet alio ꝛ nō ecōuerso.hoc nō con
cludit prioritatem constitutionis personalis:quia nō prio=
ritatem in actualitate incōmunicabili.sed tantummodo cō
sequendo.ꝛ vt plurimū que sunt priora in consequēdo sunt
cōmuniora ꝛ minus incōmunicabilia.patet in ordie p̄dica
mentali. ¶ Ibi.Contra secūdū hic improbat secūdā opi.
Et ratio stat i hoc:q̄ nulla entitas singularis extra aiam
est quin sit ad se:vel ad alterum:licet forte sm̄ aliquos pos
sit dari conceptus indifferens qui nec ēēt ad se nec ad alte
rum.ꝛ patet de conceptu entis etiam sm̄ ipsum doc.quic=
quid sit de hoc non est p̄sentis speculationis.sufficit q̄ i re
non possit dari.Detur ergo illud quod dicitur proprietas:
ꝛ dicatur.a.quero consequēter an entitas eius in re sit for
maliter ad se:vel ad alterum.si primo.ergo constitutum ꝑ
ipsam erit absolutum qō ipsi negāt.si secūdo ergo illa enti
tas sub ratione formali qua constituit est relatio. ¶ Ibi.
Preterea cum dicis paternitas vt ꝓprietas quero quid in
telligis aut reduplicatur ibi formale cōstitutiuum persone:
aut aliquid consequens in re:vel in intellectu formale con=
stitutiuū eius. Si secundo modo.da ergo illud formale cō
stitutiuum ad quod sequitur illud:quod non est nisi pater=
nitas vt paternitas:quia modus ille non cōsequitur nisi il=
lam realitatem formalem:ergo constitutiuum ē per se en=
titas ad alterum.Si primo modo cum ꝓprietas persone
relationem rationis importet.sequitur q̄ illa prima perso=
na constituitur relatione rationis quod est absurdum.q̄ au
tem importet relationem rationis.probatur.quia dicit ha
bitudinem paternitatis ad patrem.paternitas autē ad pa
trem nullam habet habitudinem nisi rationis:quia nec di=
stinctionem.Sequens litera clara ē vsq; ad aliam respōsio
nem. ¶ Ibi.Aliter dicitur adhuc ad mi.q.exponendo istā
responsionem secundam de ꝓprietate q̄ essentia diuina cō
stituit personam:non tamen absolute vt eēntia:sed vt sola
ratione differens a relatione.Primum ꝓbatur sic:quia ꝑ
sone cōuenit per se subsistere:sola autem eēntia ē ratio sub
sistendi. vt patet per Augu. septimo de trinitate capitulo
octauo vel nono.substantia est qua per se pater ē.ꝛ idē su=
pra capitulo quarto.omnis res ad se subsistit:quāto magis
deus.per relationem autem comparatur persona ad oppo
situm. ¶ Contra arguit doc.ꝛ primo cōtra hoc quod dicit
opinio.s.q̄ eēntia vt sola ratione differens a relatione con
stituit personam:quia aut ly vt dicit formalem ratiōem re=
spectu predicati quod est constituere personam:id est q̄ in=
quantum differens ratione constituat:ꝛ tunc relatio ratio=
nis esset formalis ratio constituēdi personam que habet ve
rum esse reale quod est impossibile.aut ly vt.dicit aliqd cō=
sequens formalem rationem:ꝛ tūc quero illud respectu ca
ius dicit rationem consequentem.non potest poni nisi essen
tia secundum se:ergo essentia vt eēntia erit ratio formalis
constituēdi in re quod tu negas.ꝛ hoc patet.Si vt differēs
sola ratione a relatione dicit tm̄ aliquid consequens for=
malem rationē constituendi ꝛ talis differentia rationis nō
consequitur nisi essentiam vt essentia . ergo ipsa essentia vt
essentia erit formalis ratio constituendi.quod tamen opi=
nio negat. ¶ Preterea.Essentia vt sola ratione differēs.
aut est communicabilis.aut incommunicabilis.si communi
cabilis:ergo communicabile formaliter constituit incōmu=
nicabile.si incommunicabile ꝛ essentia omnimodo etiam vt
essentia sola ratione differt a relatione tantummodo ē ad
se:ꝛ ita non formaliter ad alterum sicut relatio:ꝛ tamē nō
realiter distincta relatione:ergo essentia omnino vt eēntia

est sola ratione differens a relatione. ⁊ tunc vt prius essentia vt essentia constitueret. Si enim essentia vt essentia tñ ratione differat a relatione cum nullomodo secundum istaȝ opinionem differat preter opus intellectus. ergo vt sic cõstituet qđ ipse negat. ❡ Cõsimiliter põt argui si essentia vt sola ratione differens a relatione cõstituit. tũc essentia aut est ad se. aut ad alterum. si est ad se. ergo cõstitutum erit ad se formaliter. Si ad alterũ. ergo essentia vt essentia erit ad alterum cum essentia vt essentia sola ratione differat a relatione ⁊ constituat vt est ad alterum. ergo essentia vt essentia erit ad alterũ. qđ est ꝯtra Augu. ❡ Preterea generaliter constitutiuũ est cõstituto ratio differendi vel conueniendi: non autem est sic ratio vt conueniens velut differẽs. nõ enim rationale est ratio formalis distinguendi hominem ab asino inquãtu ipsum rationale differt᷒ ab alio: sed est ratio ſm suam absolutam entitatem. Si ergo essentia constituit personam nõ constituet inquantũ est differens sed precise ſm suam formalem entitatem constituet ❡ Ad argumẽtum factum pro ista via dicit Doct. ꝙ subsistere est equiuocũ. Uno modo accipiť pro ꝑ se eẽ prout excludit inherere. ⁊ in alio esse vt pars in toto. ⁊ hoc modo vnum est per se subsistere sicut vnum est ꝑ se esse: et sic loquuntur auctoritates Aug. vt etiam exposui in primo dist. 8. q. penultima ⁊ in q̃stione ꝑma quolibetorũ. Alio modo subsistere est incõmunicabiliter per se esse: ⁊ hoc modo sunt tres subsistentes sicut sunt tres ꝑsone quia tres subsistentes incommunicabiliter licet non sit nisi vnum per se ens. ⁊ sic patet q̃ro debet intelligi subsistere ⁊c̃.

Difficultates ĩgenio se circa istũ articulum.

In isto articulo occurrunt nõnulle difficultates vltra supradictas. Primo dubitatur in hoc qđ dicit. ꝙ proprietas nõ constituit nisi vt actu existens in singulari existẽtia. quia ex hoc videtur inferre ꝙ ꝓprietas hypostatica i diuinis sit vere singularis. quod videtur falsum. Tuȝ quia cõtra eum qui vult in primo dist. 2. parte. 2. q. prima. ꝙ singulare in hoc differt a supposito: quia singulare est communicabile vt quo. supposita nullomodo nec vt quo nec vt quod. Tum quia si talis proprietas ꝑsonalis ẽ singularis aut est ratio singularitatis. aut de se formaliter est singularis: sicut essentia diuina aut est quid constitutum ex aliquo contrahibili ad singularitatem. ⁊ ex aliqua ratione singularitatis. Si primo tunc est ratio constituendi singulare ⁊ sic persona constituta erit singularis ⁊ sic communicabilis. Si secundo videtur sequi idem qđ prius. Si tertio. hoc non videť. Primo. quia quicquid est in diuinis est in vltima actualitate. nihil enim ibi est potentiale siue contrahibile. Secundo quia sequeretur ꝙ persona constituta vt prius esset formaliter singularis. ⁊ sic non simpliciter incommunicabilis vt quo ⁊ vt quod. ❡ Secundo principaliter dubitatur i hoc quod dicit: ꝙ paternitas constituit vt in vltima actualitate: quia hoc videtur repugnare cuidam dicto suo: dicit enim prius ꝙ ipsa est prior origine filiatiõe. Sed si ꝯstituat vt in vltima actualitate tunc necessario filiatio erit precise in eodem instanti etiam originis: patet per ipsum: quia paternitas est formaliter habitudo ad filium: ergo in quocũqȝ signo siue nature siue originis ponitur formaliter erit habitudo ad filium: ergo in illo signo erit filius. ergo cum in eodem instanti quo ẽ formaliter ⁊ actualiter habitudo ad filium constituat patrem: statim sequitur ꝙ pater non erit prior filio origine.
❡ Tertio principaliter dubitatur de illo exemplo posito scilicet. ꝙ paternitas Sortis sit causa prioritatis originis et ꝙ Sortes inquantum pater sit prior origine Pla. filio. hoc enim non videtur verum nec ad mentem Doctoris. patet ꝓ primo quia paternitas in nobis nullomodo concurrit ad aliquam productionem: non enim est ratio formalis Sorti ad producendum Pla. nec similiter est conditio agentis vt pater immo nulla relatio ſm Docto. ponitur actiua alicui᷒ nec vt quo nec vt quod. ❡ Secundo instatur quia Doc. in primo sententiarum distinctione tertia. questione quinta: ⁊ in secundo distinctione prima: questione secunda vult expresse ꝙ in aliquo priori ad absolutum in causa sequatur absolutum in effectu: ita ꝙ generatio Plato. terminatur ad absolutum in Pla. quo absoluto producto statim resultat relatio: puta filiatio in Plato. ⁊ paternitas in Sorte ⁊ nõ magis vna quam alia: ⁊ per consequens patet ꝙ paternitas ĩ Sorte nõ est cã ꝓoritatis origis q̃a filiatio nullo mõ depẽdet a paternitate cũ eque ꝑmo sit filiatio ĩ Pla. sicut paternitas i Sor. Similiter sequereť ex hoc ꝙ generatio actiua in Sorte esset cã ꝓoritatis originis in ipso: ⁊ sic Sortes generãs esset ꝓor origine Pla. genito: qđ tñ nõ videť q̃a generatio passiua eq̃ ꝑmo inest Pla. sicut generatio. s. actiua iest Sorti

Ad absolutũ in causa sequiť absolutũ in effectu hic exponiť.

❡ Quarto principaliter dubitatur de illa difficultate qua nititur probare ꝙ cum simultate nature stat ordo originis: ⁊ sic pater in diuinis ⁊ si sit simul natura cum filio: tamen ẽ prius origine. Et primo probo ꝙ nullo modo sit prius: nec natura nec origine: quia in quocunqȝ instanti principiũ formale productiuum est perfectissime dispositum: ⁊ sit ꝓductiuum per modum nature in eodem instanti est ꝓductum sed essentia in quocunqȝ instanti est in patre siue memoria fecunda in patre: tunc ipsa memoria ẽ optime disposita ad producendum filium. hoc patet a doc. in primo distinctiõe septima: sed in primo instanti originis quo pater est pater: est memoria fecunda optime disposita ad generationem: ergo in eodem instanti filius est productus. Si enim in eodem instanti non est productus oportet assignari causa q̃re non possit simpliciter in eodem instanti produci cum in illo instanti sint omnia requisita ad productionem. ❡ Secũdo probo ꝙ sufficiat prioritas originis in principio formali productiuo: ⁊ nullomodo in patre inquantum pater est: quia tota perfectio producentis est a principio formali ꝓductiuo. vt exposui in primo distinctione prima questiõe secunda: ⁊ distinctione tertia q̃stione sexta: posito ergo ꝙ pater vt pater sit simul origine cum filio: adhuc saluatur prioritas originis in producente: quia sufficit in producente ꝙ principium formale productiuum a quo est tota entitas ⁊ perfectio producti sit prius origine omni memoria fecũda in filio: ⁊ ipsa memoria fecunda in patre est principium formale productiuum: ergo ex hoc videtur saluari prioritas ĩ generatione diuina: ⁊ omnimoda simultas correlatiuorum scilicet patris ⁊ filij. ❡ Tertio probo ꝙ etiam pater sit simpliciter ꝑus natura filio si ponatur ꝙ ipsum producat. Et accipio dictum doc. in primo distinctione octaua. ⁊ in secundo distinctione prima. questione secunda ⁊ tertia. ⁊ di. vigesima quinta. ⁊ in primo distinctione trigesima nona. ꝙ causa in eodem instanti quo causat adhuc intelligitur prior natura ipso producto siue causato. hoc idem vult in secundo distinctione quintadecima: vult enim in vigesima quita secundi: ꝙ voluntas nostra ex hoc intelligatur contingenter ⁊ libere elicere actum: quia in eodem instanti quo elicit potest non elicere: ⁊ hoc est quia in eodẽ instanti quo elicit adhuc intelligitur prior natura ipso actu. vt patet in primo distinctione trigesima nona de voluntate diuina. vbi doctor vult ꝙ volũtas diuina possit velle pro instanti. a. petrum sedere: ⁊ ꝙ possit pro eodem instanti velle ipsum non sedere: quia in eodem instanti quo vult petrum sedere potest non velle: propter prioritatem nature: q̃ vt vult adhuc est ꝓor natura actu elicito. Hoc idem patet a doctore in ꝑmo distinctione quadragesima. Ex his videtur sequi ꝙ pater etiam quando producit sit prior natura ipso producto. ❡ Et nõ videtur posse assignari ista causa. Quia aliud est loqui de causa que producit aliud ĩ natura: ⁊ aliud est loqui de causa producente q̃ nullomodo producit aliud in natura: quia primo mõ causa est bene prior natura quando causat ipso causato: sed non sequitur secundo modo: quia secundo modo non producitur aliud in natura. ❡ Hoc nihil est: q̃ ponatur causa perfectissima ⁊ nullo modo impedita: ⁊ similiter ꝓducens perfectissimum omnimode dispositum ita videtur ꝙ causa eque primo ꝓducat suum effectum sicut ꝓducens suum productum: non enim quo adhoc videtur posse assignari differentia aliqua. Si ergo causa perfectissima omnimodo disposita vt producit siue vt causat effectum ẽ prior natura ipso effectu. ergo a simili in diuinis pať vt ꝓducit filium erit prior natura filio: ⁊ sic nõ saluabitur simultas que opponitur ordini naturali in correlatiuis: vel oportet dicere ꝙ pater vt pater nullomodo producat filium in diuinis. ❡ Quinto principaliter dubitatur in hoc quod dicit ꝙ paternitas vt proprietas non constituit quin etiam cõstituat vt relatio cum in re idem sint: licet sola ratiõe differant. Contra quia hoc non videtur sequi. Nam ipse doctor concedit ꝙ deus generat: ⁊ tamen negat ꝙ eẽntia generet vt patet in primo distin. 5. q. ꝑma ⁊ tamen de᷒ ⁊ deitas sola ratione differunt: quia concretum ⁊ abstractum sola cõsideratiõe intellectus differunt. vt patet a docto. in ꝑmo di. 8. q. 3. ❡ Si dicať ꝙ cum dico deus generat ꝙ iy deus supponit pro patre: ⁊ sic ista est vera deus generat: q̃ pater q̃ est deus generat. Contra: quia hoc concesso: saltem nõ põt in hoc euitari: quia hec conceditur. deus creat: immo est ꝓprio vera vt iy deus supponit ꝑmo pro hoc deo ⁊ non ꝓ aliqua persona. vt patet a Doc in ꝑmo distin. 4. q 2. ⁊ tamẽ hec negatur a doc. Deitas creat vt ipse ꝓbat in ꝑmo disti. 5. q. ꝑma. vbi vult ꝙ de vltimate abstracto nõ possit verificari adiectiuũ adiectiue tentum cuiusmodi ẽ iy creat: q̃ a sic

Notabile dubiũ multis nodosũ

Optimũ argumẽtũ cũ oib᷒ sequentibus

Euasio

Contra euasionem.

Euasio

Impugnatio.

nuli de paternitate &c.

Ad dubia cum argumentis respondetur

Respondeo ad omnes obiectiones et primo ad primum dubium concedo q̄ ille rationes concludunt cōtra illam conclusionem sic absolute intellectam. Dico ergo q̄ illa conclusio debet sane intelligi cum dicit Doct. in existentia singulari accipit ibi singulare non proprie sed vt distinguit̄ contra cōmune. id ē q̄ sit entitas nullo modo communis s₃ entitas existens extra omnem considerationem itellectus. nō q̄ vere sit singularis: sed entitas omnino incommunicabilis praeter omne opus intellectus.

Instantia

¶ Si dicatur q̄ ista se habēt per ordinem vt quidam Scotiste dicunt scilicet singulare suppositum. & persona: quia omnis persona est suppositū. & non econtra. patz quia persona est icommunicabilis existē tia in natura intellectuali: suppositum vero ē icōmunicabilis existentia etiam in natura non intellectuali vt patet. de isto lapide. Simuliter omne suppositū est singulare nō econtra vt patet de hac albedine que est singularis & non suppositum cum sit communicabilis vt quo.

Solutio notanda.

¶ Respondeo (saluo semper meliori iudicio) q̄ hoc est verum in creaturis vbi natura contrahitur ad singularitatem. Dico secundo q̄ etiam in diuinis conceditur non s̄m naturam contractā ad singularitatem: sed s̄m naturam que de se formaliter est singularis: cuiusmodi est natura diuina & sic in diuinis omnis persona est singularis quia includit naturam ex se formaliter singularissimam. Si etiā₃ accipiatur singulare quo ad aliquā eius conditionem videlicet q̄ singulare est incommunicabile vt quod: sic potest concedi q̄ persona in diuinis est singularis quia incōmunicabilis vt quod. sed secundum q̄ singulare est communicabile vt quo: hoc modo p̄sona diuina nec alia persona est singularis.

In creaturis etiā suppositū non est formaliter singulare.

Nota etiam q̄ in creaturis non sequitur formaliter q̄ suppositum sit singulare: non enī suppositum est formaliter singulare ꝓpter rōnes repugnātes singularis & suppositi: sed debet sic intelligi q̄ suppositum ē singulare. i. q̄ necessario presupponit naturam singularem. Multa etiam sunt que non sunt nec suppositum nec singulare: etiam loquendo de esse eorum extra animam. patet quia hecheitas non dicitur proprie singularis sed ratio formalis constituendi singulare. nec simuliter ratio formalis constituē di personam vel suppositum vt relationes originis ꝯstituendo personas vt patz.

Ingenio se excitat lectorem ꝓ bitatē vitando.

¶ Aduerte etiā q̄ esset bona difficultas scilicet an persona diuina possit dici proprie suppositū tenēdo q̄ suppositum proprie sit incommunicabilis subsistē tia in substantia absolute sumpta: sed quia oporteret pertractare an sola substantia intellectualis predicetur de deo id pro nūc omitto hanc difficultatem.

Ad s̄m dubiū quō p̄r nītas sit p̄ori origine in patre.

¶ Ad secundum dubiū dico breuiter q̄ ipsa paternitas cōstituit vt in vltima actualitate: & concedo q̄ vt sic sit formaliter habitudo ad filiū₃ vt ad terminum. & cum infertur ergo est simul origine cum filio dico primo q̄ hoc non sequitur quia dicitur prior origine q₃ ipsa est in patre ex se: hoc est p̄ nullā productionem. licet. n. originaliter sit ab essentia & in essentia diuina vt p₃ a Doc. in primo dist. 28. non tamen est ibi per aliquam productionem. & ex hoc sequitur q̄ pater est ibi ex se. i. non per productionem: & sic prior origine filio eo q̄ filius sit a patre vt pater est. in eodem ergo instanti originis quo formaliter p̄ni tas est habitudo ad filium filius non intelligitur esse: q₃ tūc intelligeretur filius esse ibi non per productionem.

Sc̄da r̄nsio.

¶ Dico secūdo q̄ & si paternitas in vltima actualitate sit formaliter habitudo ad filium. non tamen sequitur q̄ in eodem instanti filius sit. etiā loquendo de aliquo instanti nature prioris: accipiendo prius natura pro presupposito alteri: vt exposui ī primo articulo ita q̄ si posset mensurari aliqua mensura non tamen duratiua esset aliquod instans mensurans paternitatem in quo instanti filius non esset. cum ergo infertur ē formaliter habitudo ad filium vt ad terminum ergo in illo instā ti est filius. negatur consequentia.

Instantia aurea cum solutione.

¶ Si dicatur non est intelligibile q̄. a. in instanti b. sit habitudo ad. c. & q̄ in eodem instanti. c. non sit. ¶ Dico q̄ aliud est loq̄ de habitudine ad terminum que a termino dependet: vt omnis relatio in creaturis. & aliud de habitudine que nullo modo dependet a termino sicut est paternitas in diuinis. Simuliter aliud est loq̄ de relatione suo modo ꝓductiua termini & constitutiua suppositi productiui termini cuiusmodi est paternitas diuina: & aliud de relatione nullo modo productiua termini nec quouis modo constitutiua alicuius suppositi productiui: qualis est relatio creata siue in creaturis: & iō nō videat̄ mirū si paternitas vt est formal̄r habitudo ad filiū sit in aliquo istāti in quo filius nō est.

Instantia

¶ Si dicatur in instanti. a. paternitas ē habitudo formaliter ad filiū₃ ergo in instanti. a. terminatur ad filiū ergo in instanti. a. filius est.

Solutio.

¶ Dico q̄ nō sequit̄ in istāti. a. originis paternitas est formaliter habitudo ergo in eodem instanti. a. terminatur ad filium: non sequitur q₃ filius in illo primo instanti originis non est sed sufficit q̄ quā filius est q̄ tunc terminetur ad filium.

Instantia

¶ Si inferatur. in p̄mo instanti originis non terminatur ad filium: ergo in s. cū do instanti originis terminatur ad filiu₃: & sic sequitur q̄ terminetur nō a se sed ab alio. ¶ Dico q̄ hoc non sequitur. sicut etiam non sequitur pater in primo instanti originis anteq̄₃ generet filium est beatus ergo in sc̄do instanti originis generat filium: ergo generat filium non a se sed ab alio: non sequitur. ¶ Dico ergo hic: vt dixi in primo. distinctione prima. questione secunda. exponendo quomodo pater prius origine sit beatus q̄₃ generet filium.

Ad tertium dubium.

¶ Ad tertium dubium principale. dico primo q̄ Doctor hoc non asserit vt patet in litera: exempla. n. ponimus nō q̄ ita sint: sed vt magis addiscentes assentiant: vt patet primo priorum. Dico secundo q̄ tenendo exemplum valere potest dici q̄ quia filius habet principaliter omnia a patre: & pater vt comparatur ad filiū habet a se. q̄ sicut Sortes vt Sortes est prior natura vel origine Pla. vt Pla. ita videt̄ sequi q̄ Sortes pater vt pater sit prior origine Pla. (non absolute sumpto quia est prior paternitate cum sit terminus eius vt patet a Doc. in primo. distinctione. 30.) filio vt filio. Et hoc modo paternitas poterit dici causa prioritatis originis: respectu Platonis vt filij. quia tenendo q̄ pater vt pater sit causa filij statim sequitur q̄ pater vt pater sit prior origine filio. et sic paternitas erit causa prioritatis originis. quamuis paternitas & filiatio in creaturis semper sint simul & vna nullo modo presupponatur alteri sicut forte est in diuinis vt supra dixi. & tn̄ adhuc p̄nitas in creaturis poterit dici prior origine filiatione ꝓpter causam supradictā.

Ad rōnes quarti dubij.

¶ Ad rationes quarti dubij ad primā. Dico q̄ semper est prior origine: quia pater habz esse a se modo p̄expositio: & filius a patre: non sequitur mō/ in instanti originis. a. essentia est pfecte in patre & summe disposita ad productionem ergo in eodem instanti est filiꝰ/ negat̄: q₃ tunc sequeretur q̄ filius esset a se. Sed bn̄ ꝯceditur in primo instanti est summe disposita ad ꝓductionē filij ergo pater in illo instanti habens illam ꝓducit filium vno per talem ꝓductionē actiuā p̄r cōstituit̄ in eē p̄sonali. S₃ vltra nō seq̄t̄ ergo in illo instanti quo p̄r ꝓducit filiū filius est. Sicut etiam hic nō sequitur voluntas in instanti. a. nūc elicit actum ergo in illo instāti actus est: nō sequitur quia vt elicit actum adhuc est prior natura vt supra dixi. Sic ī proposito.

Quare in eodē p̄r nō possit ꝓducere filiū.

Et cum queritur ratio quare ī eodem instāti nō potest pater producere filium. Dico q̄ ratio de se est clara: q₃ ꝓducens semper est prior producto. & vltra quia est p̄mum signum originis: quia pater a se producit & dat esse filio. si ḡ in illo p̄ase instāti produceret filium esset implicatio cōtradictionis: quia sequeretur q̄ filius simul eēt a se & a patre q̄d nō est intelligibile.

Ad productionē filij in diuinis duo req̄rūtur.

¶ Ad sec̄dam rationem qua ꝓbatur q̄ sufficit prioritas originis ī solo principio productiuo Dico breuiter q̄ ad producendum filium in diuinis duo necessario requiruntur: scilicet ratio formalis producendi a q̄ dependet tota perfectio productionis vt exposui in primo distin. 1. q. 2. & distin. 3. q. 6. & sic memoria fecunda in patre ē ratio formalis producendi filium: & requiritur etiam conditio producentis: scilicet proprietas personalis: semper enī productum realiter distinguitur a producente: si modo filius esset a sola memoria fecunda: tunc realiter distingueretur ab illa. quod ē impossibile: vt ergo productum realiter distinguatur a producēte requiritur in producente proprietas personalis propter quam realiter producens distiguatur a producto. Dico ergo q̄ in eodem instanti quo memoria ponitur p̄ricipium productiuum in actu ponitur etiam conditio ꝓducentis in actu. & simuliter in illo priori quo memoria fecunda ponitur p̄ricipium formale productiuum filij paternitas necessario ponitur vt conditio requisita.

¶ Ad tertiam rationē. dico q̄ illa ratio concluderet si suppositum producens esset absolutum. quia tunc non haberetur pro inconuenienti q̄ ipsum sit prius natura ipso producto. non accipiēdo tamē prius natura pro priori vt dicitur causa ṗor effectu siue vniuoco siue equoco. vt supra dixi de ordie nature ī p̄mo articlo: sed accipiēdo priꝰ natura eo modo quo ponitur itellectus ṗor natura voluntate. & cū hoc q̄ ꝓductū sit posterius natura. Illa tamē ratio nō concluderet vbi suppositum ꝓducēs ē relatiuum & ꝯstitutum in tali esse suppositali per relationem nō qualemcūq₃ sed p̄ relationem ad productum: quia tūc tale suppositū est simul natura cum producto ꝓpter naturam correlatiuoꝝ. Si ēt teneatur vt sic ipsum eē prius natura aliquo p̄dictorū modorum vt supra in primo articulo. adhuc nō habeo pro in-

conuenienti ꝙ producens quando producit sit prius natura ipso producto: esset bene inconueniens si poneretur priꝰ natura essentialiter eo modo quo causa ponitur prius natura effectu vt ibidem dixi. ¶ Ad quintum ⁊ vltimum dubiū. Dico ꝙ non est simile quia aliud est loqui de formali ratiōe constitutiua alicuius in esse reali. ⁊ aliud est loqui de predicato quod precise verificatur de aliquo vt in concreto ⁊ non in abstracto: quia primo modo ponitur realiter constitutiuū sub ratione actuali reali. ⁊ ideo paternitas vt constituit/ precise constituit vt est in re ⁊ non in consideratione. ⁊ ideo non est simile. In re etiam deitas realiter est creatrix sicut ⁊ deꝰ sed logice loquendo non est sic vt patet in primo.

In re deitas est realiter creatrix sicut deus/ sed non logice

Expō lre. tertij articuli.

Sequitur tertius articulus vbi videndum est de istis relationibus que cōmuniter conceduntur prime persone (exceptis ingenito et spiratione actiua) que scilicet sunt paternitas. generatio actiua generatiuitas. potens generare. generare ⁊ huiusmodi. quomodo se habeant adinuicē et quomodo adinuicem differant. Et breuiter ponit duas conclusiones. prima vnica sola ⁊ omnino vnica est relatio originis inter primā personam ⁊ secundam. ita ꝙ nulla est distinctio talis relationis qualitercūq; in re ante meram considerationem intellectus: id est ꝙ nulla est ibi distinctio preter opus itellectꝰ. Secūda ꝯclusio. Illa relatio que omnino vnica est sic in re potest ratione distingui siue diuersis rationibus considerari. ¶ Primam conclusionem probat dupliciter. ⁊ prima probatio stat in hoc. vnica ⁊ sola est vniꝰ ab vno perfecta origo: ⁊ hoc intelligēdo originem actiuā vnicam a parte originantis: ⁊ vnicam passiuam a parte originati. licȝ hec ⁊ illa sint quodammodo due. Sed relatio originis inter primam ⁊ secundam personam dicit perfectam rationē originis secunde persone a prima. ergo est tantum vnica. accipiendo actiue a parte patris: ⁊ tūc est vnica actiua in patre ⁊ quasi passiue a parte filij ⁊ erit ibi etiam vnica passiua: ꝓbatio ma. stat in hoc quia. a. non dicitur perfecta originatio qua circunscripta nihil minus esset ipsum originatum hoc patet. Sed si in patre essent due originationes actiue perfecte. tunc sequeretur ꝙ vna illarum circūscripta adhuc eēt originatum ab alia. ergo prima non fuit perfecta ⁊ similiter alia circunscripta puta. b. adhuc originatum esset ab. a. et ꝑ consequens. b. nō fuit perfecta originatio: ⁊ sic tandem seq̄retur ꝙ vtraq; circunscripta adhuc originatum posset esse. Similiter potest argui si due origines passiue essent in filio. ¶ Si dicas nō potest. a. circūscribi manente. b. nec econtra hoc non valet: quia duabus originibus quarum vtraq; sit ꝑfecta nō potest idem suppositum originari ab eodem. ꝑ vtrāq;. n. productionem haberet totum esse quod posset accipere a producēte ⁊ ideo est impossibile ꝙ per alteram siue manentem cum ea siue quocunq; modo. accipiat aliquod esse. ¶ Secunda probatio est magis logica. quia relationes distincte preter opus itellectus nō predicantur de se inuicem in abstracto. nō formaliter nisi vna esset de formalitate alterius sicut dicimus ꝙ paternitas in creaturis est relatio: nec per idemptitatem: quia vna nō ꝯtinet aliam per idemptitatem cum nulla sit formaliter īfinita. vt patebit in questione sequēti. Et patet quomodo in diuinis vna nō predicatur de alia: non enim hec est vera paternitas est spiratio actiua. et tamē hec cōceditur paternitas est generatio actiua. similiter hec nō est vera paternitas est inascibilitas vt patet per Aug. 5. de tri. ca. 6. nō est hoc idem dicere īgenitum quod ē dicere patrem quia ⁊ si filium nō genuisset nihil prohiberet ipsum esse īgenitum. ¶ Ibi cōtra. relatio pertinēs ad scḋꝫ modum. Hic Doc. itendit probare ꝙ paternitas non sit generatio actiua quia paternitas fundatur super actionem vt patet. 5. me. ca. de ad aliquid. vbi Arist. videtur dicere ꝙ pater est quia genuit filium sicut filius quia genitꝰ: est sicut ergo fundamētum nō est idem relationi ita nec generatio erit paternitas cū paternitas fūdeť in generatiōe actīa. ¶ Cōfirmatur per Hil. 9. de tri. ca. 13. exitio autem a deo est absoluta natiuitas quam paterni nominis consecuta est confessio vult dicere ꝙ paternitas cōsequitur generationem ergo nō erit idem ꝙ generatio actiua. ¶ Ibi. Et hec sit secūda conclusio. Hic Doc. ostendit secundam conclusionem scilicȝ ꝙ paternitas potest diuersimode cōsiderari. Et expono hāc literam. Et dicit ꝙ dupliciter potest considerari in paternitate differentia rationis. Primo quantum ad indifferētiaȝ siue indeterminationem siue abstractionem in considerādo secundo quātum ad possibilitatem vel actualitatem vel cōplectionem siue determinationem. Quātum ad primuȝ. possunt ista cōsiderari producens naturaliter. ⁊ simile in natura ꝓducēs ⁊ tertio icōicabiliter existēs. ⁊ quo ad hoc ꝓducens. ⁊ patet ꝙ tertius modus est determinatior secūdo. et secūdus primo. nam generans simile in natura in minus se habet q̄ȝ generans absolute per modum nature: et similiter generans incommunicabiliter existens in minus se habet q̄ȝ generans simile in natura. ¶ Secūdo autem modo possum concipere hunc hac generatione generatiuum. hūc potētē hac generatione generare. hūc qꝛ hac generatiōe genuit: hunc quia hac generatione habȝ genitum secum coexistens. In creaturis prima differentia est vniuersalitatis: scilicet ista producēs per modum nature: ⁊ producens simile et producens incommunicabiliter existens. patet. n. ꝙ omnia predicantur de pluribus quia producens incommunicabiliter existens predicatur de isto producente incommunicabiliter existente: hoc idem patet de alijs que sunt magis vniuersalia. ¶ Sequitur secunda differentia que est hic scilicet in diuinis rationis: est ibi scilicet ī creaturis realis. nā in creaturis generatiuum preter opus itellectꝰ differt a potente generare: quia primum dicit aptitudinem. secūdum dicit potētiam propinquam quia potentia remota ad generandum forte nō videtur differre ab aptitudine. de qua alias. Similiter hic potēs generare p̄ter opus itellectus differt ab actu generāte: ⁊ actu generans differt ab illo qui genuit: ⁊ qui genuit differt ab illo qui actu habet genitum sibi coexistens. Sed in diuinis omnia ista precise differūt ratione. ⁊ nullomodo realiter. quia importatur aliqua imperfectio in vno qḋ nō in altero: nam imperfectionis est posse generare simile in natura: ⁊ actu nō generare illud. Similiter imperfectionis est genuisse ⁊ nō semper habere genitum coexistens: vt patet in primo. dist. 9. ideo in diuinis talis differentia realis nō potest poni. ¶ Sequitur. Et licet in diuis p̄ma differētia rōnis possit aliquo mō saluari in vna ꝯsideratiōe itellectus. ita ꝙ maneat ꝯceptus ideterminatior nō remanēte ꝯceptu determinatiori: vt puta ꝑcise ꝯsiderādo ī diuinis potēs gn̄are ꝑ modū nature nō ꝯsiderādo potēs gn̄are sibi sile in natura: tn̄ in re nihilomnino iuuat qꝛ oīno ideȝ est in re quod substernit̃ illi ꝯceptui ⁊ illi. nam qḋ substernitur ꝯceptui. s. potēs generare est in re actu generās ⁊ sic de alijs. ¶ Sequit̃: scḋa differētia ī diuinis saluat diuersitatē ꝯceptuū: siue diuersorum modorum ꝯcipiēdi idem: quia est alius modus ſm rationem quo concipio patrem in diuinis hac potentem generare. ⁊ alius modus quo concipio patrē actu generare ⁊ sic de alijs. ¶ Sequitur. tamē applicādo ei quod est in re. debet in quolibet accipi quod ē perfectionis. ⁊ omitti quod est impfectionis. nam in aptitudine ⁊ potentia imperfectiōis est separari ab actu: in actu ē imperfectiōis quod nō statim habet secum terminum ⁊ ꝙ nō manet sed trāsit ⁊ in eo ꝙ quasi cōsequitur actū suum sicut paternitas est imperfectionis ꝙ nō est semꝑ in summa actualitate communicationis nature. perfectiōis autē est ꝙ manet ⁊ habet secum correlatiuū coexistēs. Ablatis ergo imperfectionibus ⁊ retentis his que sunt perfectiōis generatio nō est tantum dispositiua ad terminum: sed complete ꝓductiua termini: que quidem generatio perfecta ⁊ generatio completa ⁊ generatio nō transiens: sed semper manēs includit totum quod requiritur paternitas etiam que non consequitur actū generādi quasi dispositiuum ⁊ ꝑuiū ⁊ ita trāseuntem ⁊ manet ī sua actualitate cōpleta que semꝑ est in completa communicatione nature ipsa includit totū qḋ requiritur: generatio ergo ista ꝯpleta ⁊ eterna ⁊ p̄nitas illa complete ⁊ eterne actualitatis omnino idem dicunt ex parte rei: sed vnam rationem perfectionis que est in creaturis magis importat hoc nomen generatio q̄ȝ paternitas. ⁊ econuerso est de alia vt patet ex dictis supra. Nam hanc rationem pefectionis. i. ꝙ est complete productiua termini magis explicat generatio q̄ȝ paternitas. patet quia ꝓprie generatio est productiua termini nō autem paternitas: qꝛ in creaturis paternitas sequitur productionem termini: in quātum vero paternitas habet genitum semper secū coexistens hāc perfectionem magis explicat paternitas q̄ȝ generatio: quia paternitas proprie respicit ꝓductum vt semper coexistent: non sic generatio que absolute respicit productū. In re tamen in diuinis paternitas ⁊ generatio actiua eandē explicant perfectionem. ¶ Aduerte tamē ꝙ ī diuinis nec generatio actiua nec paternitas aliquā formalit̃ dicūt nec explicāt ꝑfectionem: cum nullomodo dicāt perfectionem: qꝛ tunc aliqua perfectio eēt in patre que non in filio: sed dicūtur in diuinis explicare perfectionem ꝓ quāto excludunt imꝑfectionem: generatio enim diuina dicitur perfecta (quādo est completa nō trāsiens) pro quāto excludit hāc imperfectionem que est in generatione nō completa ⁊ trāseūte: nō ꝙ formaliter ī se dicat aliquam perfectionem.

Quō ī diuinis gn̄atio actio ⁊ pr̄nitas nullā dicūt ꝑfectionē: lȝ explicēt ꝑfectionem.

Et similiter paternitas in diuinis dicit pfecta p quanto excludit hanc imperfectionem que est sequi actum vt supra patuit. Deinde aduerte q paternitas pfecta in diuinis est incompleta communicatione nature/completa.n.communicatio nature filio est q natura diuina pfecte et semp communicatur filio per generationem ita q filius semper quidem gignitur et semper genitus est: vt probat ipse in primo distin. 9. completa ergo communicatio nature est q habeat filium semp coexistens: cui semper perfecte communicatur natura diuina et semper communicata est. paternitas ergo perfecta et completa respicit naturam complete communicatam. ¶ Ibi. Ex his patet ad obiecta. Hunc Doc. soluit illas duas instantias factas supra fundatas super auctoritate philosophi. 5. meta. et super auctoritate Hilarii. que videtur probare aliquam distinctionem ex natura rei inter paternitatem et generationem actiuam. Quando ergo primo arguitur q paternitas fundatur super generationem actiuam hoc requireret prolixiorem tractatum: de hoc satis dictum est alibi. s. in. 2. dist. 1. et in. 3. di. 8. tamen in proposito si etiam paternitas in creaturis sit posterior generatione non tamen generatio est fundamentum eius sed potentia generandi: vel natura generans vt probat ipse in. 3. dist. 8 sed generatio est preuia vt dispositiua sine qua non existente paternitas non est ita. q ibi est distinctio sicut est inter dispositionem preuiam et terminus completum. patet ergo q ista ratio distinctionis non manet in diuinis quia ibi non est generatio nisi completa et necessario secum portans terminum in esse nec est paternitas consequens communicationem sed perpetue communicationis. ¶ Ad Hila. pot responderi q nomen paternitatis potest dici sequi generationem sm q ista i deo comparantur ad generationem et paternitatem in creaturis: est quidem tunc quedam consecutio sm rationem: sicut in creaturis est consecutio realis: vbi.n. sunt aliqua distincta sm rationem similem habent ordinem rationis qualem haberent realem si essent distincta realiter sicut alias est dictum. s. q. 1. ¶ Si quis autem proterue insisteret in verbis huius auctoritatis posset sic aliter responderi q confessio nominis patris consecuta est creationem mundi et forte nomen paternum. et hoc loquendo de confessione et nomine a quocunq intellectu creato: sed ipsa paternitas non est consecuta nec natiuitatem filii de qua intenditur in auctoritate hila. nec etiam generationem patris nisi consecutione rationis.

In isto articulo occurrunt quedam parua dubia

Dubia expositoris circa istum articulum.

primo in hoc quod dicit q pnitas in creaturis sequitur generationem quasi dispositionem preuiam. Contra quia eodem instanti quo generatio est pnitas est ergo non consequitur generationem. antecedens patz quia generatio actiua presupponit productum habere esse patet per Doct. in primo di. 3. q. 5. et in. 2. di. 1. q. 2. q ad absolutum in causa sequitur absolutum in effectu et per consequens prius est absolutum q sit generatio passiua. relatio.n. geniti ad generans est posterior ipso genito. sed in eodem instanti quo genitum est: tunc filius est. ergo in eodem instanti quo generans est: pater est: ergo non consequitur paternitas generationem actiuam: sicut nec filiatio generationem passiuam. Si enim generatio actiua et generatio passiua: put sunt relationes formaliter essent priores et dispositiones priores ad pnitatem et filiationem: et ipse relationes. s. generationes necessario presupponunt fundamentum et terminum: tunc sequeretur q paternitas et filiatio non essent relationes intrinsecus aduenientes. patz: quia in eodem instanti quo ponerentur fundamentum et terminus non essent ibi: quia tu ponis q generatio est dispositio priua: que tn. si posterior fundamento et termino. ¶ Scdo dubitatur de hoc qd dicit: q generatio completa in diuinis: necessario secum ponit terminum in esse. Tum quia generatio non est ratio agendi. Tum quia est habitudo ad terminum. ergo non ponit illum sed magis presupponit illum. Tum quia non esset prior origine termino: si necessario secum poneret terminum.

Egregia responsio ad dubia.

¶ Respondeo ad istas instantias. Et premitto aliqua. primo: q generatio in creaturis pt accipi incomplete vel complete. incompleta generatio est in fieri. et sic dicimus q homo in tanto tpe generatur vbi fiunt multe generationes partiales: vt patz a Doct. in. 3. di. 4. q. vnica: completa que terminatur ad terminum completum que fit in instanti: et talis vt est relatio intrinsecus presupponit genitum sm suum esse absolutum tanq terminum loquendo de generatione actiua: sicut etiam generatio passiua que fundatur in producto absolute sumpto terminatur ad entitatem absolutam producentis. secundo premitto vnum dictum Doc. in secundo dist. 2. q. 4. scilicet q res per se depedet a generante creato pro illo instanti quo accipit esse a generante creato: sed in toto tempore sequenti imediate dependet a deo. hoc presupposito stat conclusio Doc. scilicet q generatio sit dispositio preuia et c. nam in eodem instanti quo. a. accipit esse. a. b. vz depedere. a. b. que dependentia passiua est generatio passiua: quia in eodem instanti tpis quo ponitur entitas absoluta. a. ab ipso. b. oritur relatio depedentie siue relatio geniti ad generans: et quia a per se dicitur. a. generari a. b. pro illo instanti quo accipit esse a. b. ideo talis relatio geniti per se stat pro illo instanti. et non in tempore sequenti in quo amplius non gignitur nec dependent a. b. Sicut ergo generatio passiua immediate transitiua et actiua correspondens. Tertio premitto: q. a. prius non aliqua duratione est genitum inquantum genitum q dicatur filius. filius enim dicitur: quia sic genitus puta a viuente cum aliis conditionibus pertinentibus ad filiationem: que patent a doc. in tertio dist. 8. et per consequens filiatio presupponit aliquo modo generationem passiuam: sed generatio passiua transiit/filiatio vero manet: et per consequens et paternitas. et sic patet quomodo paternitas in creaturis sequitur etiam generationem completam vt dispositionem. non tamen sequitur in aliquo posteriori duratione cum sit in eodem instanti temporis: sed dicitur sequi: quia presupponit aliquo modo illam. ¶ Si instatur probando q generatio nec actiua nec passiua transeant manentibus producente et producto: quia sunt relationes intrinsecus aduenientes ergo quamdiu stat fundamentum et terminus tamdiu stant generatio actiua et passiua. sicut quamdiu stant duo alba tamdiu stat similitudo: sed quamdiu stant pater et filius: tamdiu stant fundamentum et terminus generationis: cum generatio passiua fundetur imediate in entitate absoluta geniti: et sic generatio actiua in entitate absoluta generantis. ¶ Dico.

Instantia ingeniosa.

Solutio.

saluo meliori iudicio: q relatio geniti non fundatur sup natura tali absolute: sed per se pro illo instanti quo accipit esse: quia tunc vere generatur. si enim generatio passiua semper esset in producto: tunc semper hec esset vera. a. generatur. a. b. et similiter ista b. semper generat. a. que tn sunt false. paternitas vero fundatur absolute super tali natura q sic genuit: et filiatio sup illo absolute qd sic genitum est. et ideo manentibus talibus entibus scilicet producto et producente manent paternitas et filiatio. Et hoc magis patet in resurrectione: quia redeunte entitate. a. et entitate. b. b. erit pater. a. et sic redibunt eedem relationes q prius vt patz a Doc. in tertio distin. 8. sed tunc. a. non erit genitum a. b. sed imediate a deo productum: vt patet a Doct. in quarto di. 43. patet etia: quia causa et effectus simul sunt et non qd sunt vt patet. 5. meta. qd intelligitur quo ad relationes cause et causati. iste q relationes transeunt: et tn sunt pro illo instanti quo effectus depedet a causa: et p tempus sequens in quo amplius a causa non dependet: non videtur q sit relatio causati ad causam: sed in tempore illo imediato transiit. Tamen hec oia pro nunc non totaliter assero: sed alias erit plenior tractatus. ¶ Ad instantias secundi dubii. Dico breuiter ad primam: q etsi generatio in patre non sit ratio agendi siue producendi. est tamen conditio agentis siue producentis. vt supra patuit. ¶ Ad secundam. Dico q hoc verum est de relatione in creaturis que a termino depedet: sed non est verum de relatione constituente personam patris. ¶ Ad tertiam patet responsio vt supra: quia vt sic est prior origine.

Ibi. Ex istis duabus conclusionibus: scilicet quo modo in re est vnica relatio originis prime persone ad secundam quodammodo distinctam. tamen secundum rationem patere potest quomodo prima persona manere potest separata relatione originis ad secundam. si intelligatur de manere in esse reali. patet q non. Si autem intelligatur de manere secundum rationem: siue secundum considerationem. Dicit duo. Primo q separata relatione originis secundum omnem modum considerationis de quibus modis dictum est supra. tunc in intellectu considerante non manet suppositum relatum relatione tali originis. quia q cito intellectus concipit relationem talem originis secundum nullam relationem siue secundum nullum modum supradictum in esse supposito. contradictio est simul concipere suppositum relatum tali relatione separata. ¶ Secundo dicit q separata tali relatione in consideratione intellectus secundum aliquem modum posteriorem (puta considerando paternitatem vt est qua suppositum est generatiuum: siue potens generare non considerando ipsum tali relatione actu generare) potest esse suppositum tali relatione puta paternitate relatum: et hoc secundum considerationem intellectus. Sequitur in litera. Iste rationes siue modi in intellectu nostro habent rationem conceptibilis prioris et posterioris: sicut nate essent concipi ab obiectis proportionabiliter motiuis nostri intellectus. vult dicere q intellectus noster sicut in re diuersimode potest ab obiectis creatis moueri: puta quia hic

Expositio litere.

sunt distincta obiecta. scilicet. a. in creaturis vt generatiuū generatione aptitudinali. a. potens generare. generatione potentiali. a. actu generās generatiōe actuali. ⁊ sic de aliis que in creaturis sunt separabilia: vt supra patuit. ⁊ sic intellectus creatus ex istis potest deuenire in cognitionem generōnis diuine siue paternitatis: ita ꝙ eandem potest concipere fm̄ alium et alium modum priorem et posteriorem: vt patet in litera. ❡ Deinde Doc. addit ꝙ separata relatione originis secūdum quamcunq̄ rationem eius siue quantum ad indifferentiam siue indeterminationem: siue quantum ad actualitatem: siue aptitudinem: siue pretentionē: adhuc forte sine ꝯtradictione posset intelligi quis incōmunicabiliē subsistēs. ❡ Sed si queritur quo formaliter itelligeretur esse incōmunicabiliter. ❡ Respondet ꝙ ab ipso conceptu relatiuo incōmunicabili: et ab illa forma absoluta incōmunicabili: siue a proprietate absoluta incōmunicabili. Et vult dicere in sententia in ista litera: ꝙ intellectus potest abstrahere a conceptu relatiuo incōmunicabili: ⁊ a supposito absoluto siue a ratione formali absoluta constitutiua suppositi absoluti vnum conceptum indifferentem qui dicitur conceptus incōmunicabilis: indifferens ad suppositum relatiuum ⁊ suppositum absolutum. ⁊ talis conceptus sic abstractus nec erit absolutus: nec relatiuus: qui erit cōmunis suppositis relatiuis. ⁊ suppositis absolutis. Et addit ꝙ possumus accipere siue cōsiderare singulare: vt precise est singulare talis conceptus ꝯmunis. et non concipere vt singulare suppositi absoluti: cōmunis ad omne suppositum absolutū. nec vt singulare suppositi relatiue cōmunis ad omne suppositum relatiuum: sed precise ipsum considerare vt suppositum singulare contentum sub supposito indifferenti ad suppositum relatiuum ⁊ suppositum absolutum: ⁊ sic tale suppositum singulare non cōsiderabitur: nec vt absolutum: nec vt relatiuum: sed absolute considerabitur: sicut considerans hanc substantiam: vt precise est singulare substantie cōmunis non cōsiderat ipsam vt singulare animalis vel hominis vt etiam patet a Doc. in quarto di. 8. Et addit ꝙ forte philosophi: qui posuerunt vel conceperunt suppositum primū mouere celum non conceperunt vt determinate absolutū: nec vt determinate relatiuū sed absolute conceperat vt hoc suppositum contentum sub supposito indifferenti. Et addit Doct. ꝙ hoc suppositum in re: vel est absolutum vel relatiuum: quia est impossibile esse tale in re et in existentia reali quin vel sit formaliter absolutum: vel formaliter relatiuum licet in conceptu et in consideratione non sit neq̄ relatiuum neq̄ absolutum. Et hoc est quod dicit in ista litera quam bene nota.

Expō lre. **Ibi. Ad argumentum principale. Nunc doc. sol**uit argumentum principale questionis. Arguit ergo Doct. in principio questionis. probando ꝙ prima persona in diuinis non constituatur per relationem originis. Et argumentum stat in hoc: relatio originis aduenit persone prime constitute. ergo non constituit ipsam. consequentia est nota. ꝓbatur ancedens: quia relatio originis sequitur actionem vel passionem. vt patet ex. 5. meta. ⁊ sic paternitas sequitur actionem prime persone. actio autem nō est nisi suppositi existentis. ❡ Respondet Doc. ꝙ antecedens est falsum. ad ꝓbationem de. 5. meta. patet solutio supra. Ad illud de actione quod est suppositi ⁊c. Dicit Doct. ꝙ prima entitas incōmunicabilis non presupponit aliquod ens incōmunicabile: nec per consequens presupponit suppositum: quia suppositum est ens incōmunicabile. Actio autem prima productiua: siue productio prima vel originatio actiua est prima entitas incōmunicabilis in diuinis: quia illam non precedit: nisi memoria perfecta que est communicabilis: sed primū producere siue prima productio non potest cōmunicari: q2 tunc productū per illud produceret se. quod est impossibile. Cū ergo dicitur: ꝙ actio est suppositi: dicit ꝙ potest esse vera de supposito existente ⁊ cōmunicabili. scilicet memoria fecunda que pro tanto potest dici supposita pro quanto est per se stans. non tamen proprie suppositum: quia communicabilis. non est autem vera de supposito incommunicabili: quia prima actio siue productio nullum tale presupponit.

❡ Sed arguitur contra hoc: quia agere presupponit esse. ergo agere non esse prima ratio essendi ipsius agentis. Respondet Doct. ꝙ sufficit: ꝙ agere presupponat in diuinis esse simpliciter: ⁊ per se stans licet sit communicabile: non autem prima actio presupponit esse simpliciter incōmunicabile. ❡ Et si arguas. agere presupponit potens agere: sed potens agere est suppositum. patet: quia memoria non est potens agere: cum sit ratio formalis agendi: ⁊ agens quo potens agere: est potens quod. Respondet Doct. ꝙ in diuinis posse agere nullo modo a parte rei presupponitur ipsū agere. immo agens est primo potens ipso agere. cum per ipsū agere: siue producere constituatur in esse suppositi: sed presupponit illud quo vt principio formali aliquid est potens agere: litera sequens patet hic et ex superius dictis et expositis.

Hic insurgunt nonnulla dubia. primo in hoc ꝙ Dubia singularia circa literam pr̄ i diuīs ꝯstituit̄ per relationē originis ad filiū/ scilicet per generationē actiuā instatur sic ꝑmo/ quia productio non tm̄ presupponit principium formale productiuum/ sed etiam ꝑsupponit conditionem producentis/ que conditio est proprietas incommunicabilis. ❡ Secūdo instatur/ q2 quero a quo sit immediate ipsa productio actiua. Dices ꝙ ab essētia/ tūc sic. non est maior ratio ꝙ paternitas immediate sit ab essentia/ q̄3 filiatio. vel ergo vtraq̄ immediate erit originata ab essentia/ vel nulla illarum. patet/ quia ita essentia est originatiua vnius sicut alterius/ vel oportet assignare differentiam que non videtur. ❡ Tertio. Si pater constituitur per generationem/ siue per paternitatem. ergo ⁊ filius per filiationem. consequens est falsum. ergo ⁊ antecedens. ꝙ consequens sit falsum. patet/ quia ad relationem non est productio/ vt patet per philosophum. quinto physi. tex. commento. ergo filiatio non erit producta. Nec valet dicere/ ꝙ auctoritas philosophi intelligitur de relatione intrinsecus aduenientе/ vt Doc. exponit in tertio dist. 1. q̄stione. 1. et alibi/ quia filiatio in diuinis est relatio intrinsecus adueniens/ et per consequens ad ipsam non est productio. ergo nō erit ibi per productionem. ❡ Quarto instatur/ si prima persona constituitur in esse per paternitatem/ siue per generationem actiuam quero ad quid terminatur. aut em̄ terminatur ad filium: aut ad essentiam. non primo modo/ quia relatio maxime originis terminatur ad absolutum/ vt patet a Doct. in primo dist. 30. et in aliis locis. non secundo/ quia tunc idem esset fundamentum et terminus. nam essentia est fundamētum imediatū p̄nitat̄. ergo non est termin⁹ ip̄i⁹. ❡ Quinto instatur. posito per impossibile/ ꝙ filius nō esset/ ⁊ tamē prima persona esset: quero tūc per quid constitueretur: aut per absolutum: aut per relationem. Si primo. ergo ⁊ nūc. patet scdm̄ doc. supra. q. 2. vbi vult ꝙ proprietas personalis in diuinis: ita est necessaria ꝙ si illa precise nō esset: nulla alia posset eē. si ergo filio non existente constitueretur ꝑ absolutum. ergo ⁊ nunc. Si secūdo: ergo posset esse relatio sine termino. ⁊ sic paternitas. ⁊ similiē pater sine filio quod videtur absurdum. ❡ Secundo principaliter dubitatur in hoc quod dicit eē simpliciter impossibile eē duas relatiōes originis ad filium. Instatur sic. primo. quia non videtur ex hoc sequi inconueniēs. patet. ponendo generationem actiuam in patre: ⁊ similiter paternitatem ex natura rei distinctam a generatiōne actiua: ⁊ ꝙ precise constituatur in esse per generationem actiuam: eēt bene inconueniens ponere primam personam posse constitui duabus proprietatibus. ⁊ confirmatur: quia sicut nullum apparet inconueniens ponere in patre duas proprietates: scilicet ingenitum ⁊ generationem actiuam. quarum vna constituat: ⁊ alia sit aduentitia: sic hic nullum apparet inconueniens ponere in patre duas relationes originis ad filium. quarum vna in se cōstituat: ⁊ alia sit aduentitia. Similiter sicut nullum est inconueniens ponere in patrē generationem actiuam constituentem: ⁊ spirationem actiuam aduenientem: sic nec hic videtur inconueniens. ❡ Secūdo instatur: ponēdo talem casum: ꝙ filius i diuinis ꝓducat alium filium: tūc quero an in filio sint due relatiōes originis. s. generatio passiua: ⁊ generatio actiua: aut tm̄ vna. Si ꝑmo. ergo sequitur ꝙ i filio sint due relatiōes originis. quaꝝ vna cōstituit: ⁊ alia nō: q̄re nō sic siliter pōt poni i patre. Si secūdo: sequereē tūc ꝙ eadē ꝑsona eadē simpliciter relatione diceretē pr̄ ⁊ filius.

Respondeo ad omnes istas instantias. Ad primam primi dubii. Dico ꝙ ꝓprietas incommunicabilis nō semper est conditio ꝓducentis. vt patet de calore separato in eucharistia: qui potest immutare sensum: ⁊ tm̄ in ipso non est talis proprietas: ⁊ similiter in anima separata: nisi dicatur ꝙ est conditio ꝓducentis: siue vere generātis fm̄ substantiam: ⁊ tūc dico: ꝙ i3 exēplum nō reperiatur i creaturis: i deo tm̄ reperitur: quia ibi ꝑma actio nō presupponit cōditionem ꝓducētis. sufficit enim ꝙ ꝑsupponat rationem formalem ꝓducendi. vt dixi supra. ❡ Ad secūdum. Dico ꝙ ē imediate a memoria diuina: cū iferē ergo ⁊ filiatio, nega-

Rñsio ad dubia.

tur:q2 imediati⁹ se habet ad paternitatẽ q2 paternitas nullo modo nata est haberi per ꝓductionẽ cũ sibi repugnet: filiatio vero ex sua formali ratione non est nata haberi: nisi ꝑ ꝓductionẽ: que filiatio presupponit ꝓducẽs realiter distinctum: ꝛ sic primam ꝑsonam producentem: vt alias exposui. ¶ Ad tertium. concedo ꝙ secunda persona constituitur in esse per generationem passiuã siue per filiationem. Ad auctoritatẽ phi. Dico ꝙ est vera de relationib⁹ in creaturis q̃ oriuntur ex natura rei scꝫ fundamenti ꝛ termini. ꝛ nullo modo imediate producuntur: vt exposui in tertio di.¹. modo generatio passiua hic precise habetur per generationem actiuam patris. non. n. oritur a termino: cum producatur ibi terminus: ꝛ ꝯstituatᷣ per relationem: nec generatio actiua: nec passiua possunt proprie dici intrinsecus aduenientes: sicut ille que sunt in creaturis. ¶ Ad quartum. Dico ꝙ paternitas terminatur ad filium. Cum arguitur ꝙ non: quia terminatur ad absolutum per doct. Dico ꝙ Doc. intelligit de relationibus que dependẽt a termino: q2 vt sic dicuntur deffiniri non autem loquitur de relationibus productiuis termini: sicut est generatio actiua. Nec similiter equalitas ꝛ similitudo in diuinis terminãtur ad absolutum: sed terminantur ad relatiuum puta equalitas in patre terminatur ad filium: quia suo modo dependet a filio: vt a termino: quia vero relationes reales in creaturis dependẽt ab absoluto. ideo semper terminantur ad illud. ꝛ si essent dependentes a relatiuo terminarentur ad illud quod bene nota. ¶ Ad quintum. Dico primo ꝙ casus est impossibilis. Dico scdo: ꝙ casu posito illa persona esset absoluta. cum infertur ergo ꝛ nũc. negatur: q2 nunc habet correlatiuum necessario cõstitutum per relationem. ergo ꝛ pater esset sic. Dico tertio: ꝙ forte non eẽt impossibile dicere ipsum esse relatiuum: ꝛ nõ habere terminuꝫ ꝛc. de quo alias. ¶ Ad primũ secundi dubij. Dico. ꝙ est inconueniens: quia illa secunda superflueret. Dico secũdo: ꝙ si ꝑsonitas seq̃retur generationẽ esset imꝑfecta: vt supra patuit. ¶ Ad secundum. Dico ꝙ essent due: quarũ vna terminaretur ad patrẽ ꝛ alia ad filium: sed eẽt inconueniens si ponerẽtur due que terminarentur ad eandem personã. ꝛ sic pꝫ quare non est inconueniens ponere in patre duas relationes originis: vna ad filium et alia ad spiritum sanctum.

¶ Questio quinta.

Expõ lre.

VTrum relatio originis sit formaliter infinita. In ista questione sunt tres articuli pricipales. Prim⁹ est de intellectu q̃stionis. Secundus quid sit tenendum de questione. Terti⁹ dubia occurrẽtia. ¶ De ꝑmo articulo: in isto ar. tria principaliter facit. Primo declarat quid infinitum ĩ magnitudine. Secũdo quid sit ĩfinitum ĩ entitate siue quid sit infinitum intensiue. Tertio quomodo infinitas intẽsiua insit enti infinito. De primo dicit: ꝙ infinitum in magnitudine sm philosophum tertio phy. tex. com. 93. est cuius q̃titatem accipientibus semper est aliquid accipere extra. Et declarat Doc. quomodo debeat ĩtelligi ista descriptio. ꝛ dicit ꝙ sic intelligitur: cuius quantitatem accipientibus. i. quantũcunq; accipientibus semper restat aliquid accipere loquendo semper de ĩfinito in magnitudine in potẽtia ꝛ nõ in actu. Et alij qui exponunt sic: ꝙ infinitum in potentia in magnitudine fit per ablationem partis post partem. semper addẽdo nouas partes infinito in potentia: puta si. a. debeat esse infinitũ: et nunc sit magnitudo cubitalis semper addetur noua et noua pars alterius magnitudinis. Et ideo dicit Doct. sic. Et ratio est: quia infinitum in quantitate: sicut loquitur philosophus: non potest habere esse nisi in potentia in accipiendo semper alterum post alterum vt supra expositum est: scilicꝫ accipiendo ab vna magnitudine: et addendo alteri magnitudini: quia in actu non inuenitur magnitudo infinita extensiue. Siue etiam semper nouam et nouam magnitudinem causando. addendo semper. Et ideo quãtumcunq; accipiatur scilicet vel ab alia magnitudine: vel nouam et nouam causando illud. scilicet qꝺ est infinitũ in potentia non est nisi finitum: et quedam pars totius infiniti potentialis. patet quia si. a. cubitale fiat infinitum per additionem alterius et alterius partis: quacunq; addita ipsi. a. adhuc erit finitum: quia semper restat aliquid accipiendum et ipsi. a. addendũ. immo quibuscunq; partibus additis et signatis adhuc semper restant partes accipiende et addende: et ideo semper a. erit finitum: et per consequens erit pars totius infiniti in potentia. Et hoc philosophus tertio phyſ. tex. comen. 63. concludit ꝙ sicut infinitum habet esse in fieri et in potentia

Diffinitiones infiniti alia expõ.

in quantitate: ita non habet rationem totius quia totum est cuius nihil est extra. nec est perfectum: quia perfectum est cui nihil perfectionis deest: sed isti semper aliquid deest. de hoc vide que dixi in secundo meta. Doc ¶ Ex hoc ad propositum commutemus rationem infiniti in potentia in q̃titate: in rationem infiniti in actu in quantitate si posset esse ibi in actu. Si enim sicut nunc necessario semper cresceret quantitas infiniti in potentia per acceptionem partis post partẽ: sic imaginaremur omnes partes acceptibiles simul acceptas: et simul remanere haberemus infinitam quantitatem in actu: quia tanta esset in actu quanta esset in potentia: vt patet tertio physicorum tex. cõmẽ. 69. Et omnes ille partes que in infinita successione essent in actum reducte et haberent esse post alias: tunc simul essens in actu accepte illud infinitum in actu vere esset totum et vere perfectum totum: quia nihil sui esset extra. perfectum esset: quia nihil sibi deesset: immo nihil potest addi secundum rationem quantitatis: quia tunc posset excedi. ¶ Premisit ergo Doct. rationem infiniti in quantitate vt per illam aliqualiter deueniamus in rationem infiniti in entitate siue infiniti intensiue. Dicit ergo ꝙ ens infinitum in actu est illud quod nõ potest ab aliquo excedi in entitate: et ipsum vere habebit rationem totius et perfecti. totius quidem: quia licet totum infinitum actu in quantitate: nec parte sui: nec etiam parte quantitatis careret. tamen quelibet pars esset extra aliam. et sic totũ esset ex imperfectis. Sed ens infinitum in entitate: sic nihil entitatis habet extra ꝙ nec eius totalitas dependet ex aliquibus imperfectis in entitate. sic enim totum est ꝙ nullam partem habet extrinsecam: quia tunc non esset totaliter totum: ita etiam q̃uis infinitum in actu esset perfectum in quantitate: quia sibi secundum se totum nihil quantitatis talis sibi deesset: tamẽ cuilibꝫ parti eius deesset aliquid quãtitatis que. s. esset in altera: nec eẽt sic perfectũ qui quodlibet eius esset imꝑfectũ. sed ens ĩfinitum sic est perfectum: ꝙ nec sibi nec alicui eius deest aliq̃d. ¶ His premissis Doct. ĩfert duas descriptiões entis ĩfiniti ĩ entitate. ¶ Prima ens ĩfinitũ est cui nihil entitatis deest eo mõ quo possibile est illud hr̃i: ꝛ hoc pro tãto addit: q2 nõ põt in se realiter ꝛ formaliter per identitatem oẽm entitatem hr̃e. ¶ Secunda ens ĩfinitum est qꝺ excedit quodcũq; ens finitum: nõ sm aliquã determinatam proportionem: sed vltra omnem determinataꝫ proportionem vel determiabilem. verbi gratia. accipiatur hec entitas. scilicet albedo exceditur ab alia entitate que est scientia in triplo. iterum exceditur ab anima intellectiua in decuplo. iterum a supremo angelo esto in centuplo: qualitercunq; procedis in entibus esset dare semper ĩ qua proportione supremum excedit infimum. non ꝙ ibi sit proprie proportio talis qualẽ vtuntur mathematici: quia non constat angelus ex aliquo ĩferiore cum aliquo addito cum sit simplicior: sed intelligendum est hoc secundum proportionem virtutis ꝛ perfectionis sicut excessus in speciebus. Hoc modo per oppositum infinitum excedit in entitate finitum vltra omnem proportionem assignabilem. Aduerte ꝙ proportio in quantitate puta in numero vbi est maior ꝓportio semper continet minorem. puta si. a. se habet ad. b. in proportiõe dupla. vt octo ad quattuor: octo ꝯtinet quattuor: similiter si est proportio ĩ magnitudine molis: vt si vna linea se habeat in proportione decupla ad aliam lineam: tunc realiter continet plures partes non proportionales cum vtraq; sit diuisibilis in infinitas partes: vt patuit ĩ secundo distin. 2. q. 9. sed plures continet quãtitatiuas. Sed proportio in entitatibus: vt cum dicimus ꝙ angelus excedit hominem in duplo intelligimus: sic ꝙ angelus non contineat entitatem hominis formaliter: sed ꝙ assignata tali perfectione intensiua in homine: adhuc angelus excedit ipsum in perfectione in duplo: ꝛ sic de alijs. Sed nullum finitum quãtumcũq; perfectum põt proportionari secũdum ꝑfectionem infinito intẽsiue. vt patet. ¶ Ibi Ex hoc sequitur ꝙ infinitas intẽsiua ꝛc. doc. ex premissis ĩfert ꝙ ĩfinitas intensiua nõ est passio extrĩseca. puta realiter distĩcta a subiecto. de qua dixi ĩ prologo. q. 3. respondendo ad rationes Greg. ꝛ Ockam ꝛ Alfonsi. nec etiam est quasi passio sicut bonũ ꝛ verũ quasi sũt passiões entis q̃ nullo mõ distinguũtur realiter ab ente. ꝛ hoc ꝓbat: quia circũscripta per possibile vel impossibile omni passione vel quasi passione ab ente ĩfinito: adhuc ĩfinitas inest. patet. quia vt sic p̃cise acceptum: nõ sub aliqua ratiõe ꝓprietatis attributalis: vt bonitatis ꝛ sapiẽtie: potest cõparari secũdũ ordinẽ ẽentialẽ ad aliqua que excedit: ꝛ tñ secũdũ aliquam ꝓportionẽ determinatam: quia tũc eẽt finitum. Dicit ergo ĩfinitas modum intrĩsecum illius cuius est que infinitas dicit intensiue ꝑm

Adaptatio litere.

Nota.

Infinitas itẽsiua q̃d.

esse cui nihil deest/ ꝛ excedit omne finitum vltra omnem proportionem determinabilem. Et hoc corollarium confirmaẽ per Dama. capitulo septimo/ vbi ipse vult ꝙ essẽtia dicit pelagus substantie infinitum ꝛ interminatum. substantia ergo sm ꝙ habet rationem omnino primi in diuinis/ ꝛ vocatur ab eo pelagus/ sic ipa est infinita ꝛ interminata. sic autem non includitur in ea nec veritas/ nec bonitas. nec aliqua proprietas attributalis. ergo ipsa infinitas est magis modus intrinsecus essentie/ ꝙ aliquod attributum. ❡ Ibi. Viso esse infinito. Nunc Doc. querit de relatione originis an sit formaliter infinita/ ꝛ non queritur hic an sit per identitatem realem infinita/ quia hoc nõ est dubium cum sit idẽ realiter essẽtie diuine/ sed queritur an ipsa in sua formalitate ꝛ quiditate accepta/ ꝛ vt suo modo ab essentia disticta sit formaliter infinita/ ꝛ sic intelligitur questio. Ex hoc apparet ꝙ responsio illa que cõiter datur/ non est ad questionem vt pote dicẽdo essentia est infinita formaliter/ relatio originis est essẽtia ergo relatio originis est infinita formaliter. patet. ꝙ nõ sequitur/ q2 ma. est vera predicatione formali. secũda vero tantũ est vera predicatione idẽtica/ que predicationes quomodo distinguuntur. vide que prolixe exposui in primo dist. 5. q. 1. ꝛ sic ex his propositionibus nõ potest inferri conclusio in qua sit predicatio formalis: quia nõ põt maior identitas ꝯcludi in conclusione extremorum ꝙ sit identitas eorum ad medium. Et hoc est expositum in primo dist. 2. q. 1. secunde partis. exponendo primũ argumentum principale. ❡ Et cũ dicit de fallacia figure dictionis: vide expositionem in primo vbi supra respondendo ad primum.

Dubia de=claratialſe

Circa aliqua dicta in isto articulo occurrunt aliqua dubia. primum in hoc q̃d dicit. Ens infinitũ sic est perfectum: ꝙ nec sibi nec alicui eiꝰ deest aliquid: ex quo dicto habetur: ꝙ sicut ens aliquod est formaliter infinitum: ita quodlibet eius erit formalr̃ infinitum. aliter aliquid sibi deesset in entitate. Contra hoc sic intellectum instatur vt clarius intelligatur: et ostendo ꝙ posito aliquo ente infinito intensiue: ꝙ ex hoc non sequaẽ quodlibet illius entis eẽ formaliter infinitum. Et primo instaẽ: quia infinitum intẽsiue constat ex gradibus ꝑfectionalibus: ꝛ constat ex infinitis gradibus: sicut etiã ens intensum: vt. 8. constat ex octo gradibus. Sed certũ ẽ ꝙ nõ quilibet gradus est formaliter infinitus: vt patet. ergo non quodlibet entis infiniti erit formaliter ĩfinitũ. ❡ Scdo instaẽ: ꝛ pono per possibile vel impossibile ꝙ sit albedo intẽsionis ĩfinite in actu: q2 etiã sm aliquos: vt Ockã in. 3. potest intendi in infinitum. mõ ponatur per possibile vl' impossibile talis potentia in actu: tunc sic. non quodlibet albedinis erit formalr̃ infinitũ. patet: quia entitas a qua accipitur genus puta color nõ erit formalr̃ infinita cum sit i potentia ad vlteriorẽ perfectionem. s. ad dñam. Silr̃ nec dña erit formaliter infinita cũ sit pars essentialis albedinis. mõ parti nõ cõuenit infinitas cum ois pars sit imperfecta: hoc pʒ a Doc. in ꝑmo di. 8. q. 2. ❡ Tertio instaẽ. ꝛ pono per impossibile vel possibile ꝙ sit albedo intẽsiue infinita extẽsa super quanto: sequitur ꝙ sit partibilis i ĩfinitas partes: vt pʒ a Doc. in secũdo dist. 2 q. 7. Sed q̃libet pars integralis eius nõ erit formaliter infinita. Tum q2 repugnat parti ĩfinitas vt patet a Doct. in primo dist. 8. q. 2. Tum q2 sequeretur ꝙ actu possent esse entia infinita in ĩfinitum: q2 talis albedo esset diuisibilis in partes infinitas in ĩfinitũ: vt patet a Doc. in secũdo dist. 2. q. 7. ❡ Quarto ĩstaẽ: ꝛ pono ꝙ i ente ĩfinito sint formaliter aliqua plura saltem ex natura rei disticta

Hic tangiẽ bona difficultas.

q̃d forte est de facto in deo. tũc quero an sit eadem penitus infinitas illorum distictorum: an distincte ĩfinitates. nõ eadem: q2 ex quo ĩfinitas est gradus intrinsecus: sequitur ꝙ distincte entitates habeant distinctas ĩfinitates vt gradꝰ intrinsecos. nõ distincte ĩfinitates: quia tũc in eodem ente q̃ddi tatiue sumpto essent plures ĩfinitates ĩtrinsece. ꝛ sic esset maius ĩfinito quod est impossibile. ❡ Quinto ĩstatur: ꝙ nõ sequatur quodlibet eius esse formaliter infinitum: quia pono ꝙ. a. sit infinitum intensiue/ tunc quacunqꝫ entitate data ꝑtinente ad esse ipsius. a. nullo modo erit infinita. patet: quia quacunqꝫ data haberet rationem partis cui repugnat infinitas itensiua. ❡ Secũdo principaliter ĩstatur. contra hoc quod dicit: ꝙ ĩfinitas itensiua sit gradus ĩtrinsecus entis cuius est. ex quo dicto suppono ꝙ nõ sit de rõne quiditatiua talis entis puta dei: q2 sm Doc. gradꝰ ĩtrĩsecus nõ est de q̃ddi tate illius cuius est gradus. Sed mõ oñdo (ꝓpter aliquos qui videnẽ tenere ꝙ ĩfinitas nõ sit gradus ĩtrĩsecus: sʒ ꝙ sit de eẽntia dei) ꝙ sit de quiditate dei: vt clarius cognoscatur oppositum i soluẽdo ratiões istas quas nũc facio. primo arguo sic. circũscripta ĩfinitate a deo, nullo mõ differt ab omni

cõtra teneẽ tes infinitatem esse de essẽtia dei.

ente finito. nam per solam ĩfinitatem videtur differre quiditatiue ab omni ente finito. ❡ Secũdo ĩstatur: q2 vult Doc. in primo dist. 1. q. 2. ꝛ in quarto dist. 4. 9. ꝙ deus sub ratiõe deitatis sit obiectum beatificum. ꝛ in quarto di. 4. 9. ꝛ in ꝑmo dist. 1. q. 1. probat ꝙ volũtas nõ potest perfecte quietari nisi in ente infinito ꝛ sub ratione infiniti: vt patet in quarto dist. 4. 9. ergo ĩfinitas videtur de mente Doc. ꝙ sit idẽ formaliter cum deo. ❡ Tertio instatur: quia Doc. in primo di. 2. 8. vult ꝙ essentia diuina sit tribus communicabilis ratione sue infinitatis: et per consequens probatur a priori ipsã esse communicabilem ratione infinitatis. ergo infinitas est formaliter idem deitati. ❡ Quarto instatur: quia Doc. in p̃senti articulo dicit. ꝙ essentia p̃cisissime sumpta comparatur sm ordinem essentialem ad alia: ꝛ vt sic excedit alia infinitate. modo ordo essentialis qui respicit essentiam p̃cisissime. respicit eam vt precise quiditatiue sumptam. ❡ Quinto instatur. quia ens quantum prima sui diuisione diuiditur in ens infinitum: et finitum. quero modo de infinitate contrahente ens: aut est intrinseca quiditatiue deitati: aut non si primo habetur intentum. si secundo. ergo ipsa infinitas p̃cise inest enti absolute ꝛ non deo immediate. Si dicatur ꝙ aduenit deo immediate. ergo cum deus sit ens quiditatiue: vt patet a Doc. in primo dist. 3. ꝛ. 28. ipsum ens contraheretur ad deum per aliquid aliud: ꝙ per infinitatem. ꝛ sic prima sui diuisione ens quantum non diuideretur in ens finitum ꝛ infinitum. ❡ Sexto instatur: quia deus sub ratione deitatis est mensura quiditatiua mẽsurans quiditatiue omnem quiditatem: vt patet a Doct. in primo dist. 8. q. 2. que quiditates dicuntur quiditatiue mensurari sm ꝙ magis vel minus appropinquat deitati sub ratione deitatis: sed circũscripta i finitate intensiua non mensuraret quiditatiue alias quiditates. ergo infinitas videtur pertinere ad esse quiditatiuum dei. ❡ Confirmatur: quia sm philosophum. 10. meta. i vno quoqꝫ genere est vnum quod est metrum omnium illius generis. Et Doc. in primo di. 8. q. 2. dicit ꝙ hoc intelligitur nõ de vnitate in se: sed de natura cui inest vnitas talis: et hoc idem in secundo dist. 3. q. 1. vbi vult ꝙ natura specifica quiditatiue mensuret ꝛc. homo ergo in genere animalis sub rõne sua quiditatiua mensurat omnia animalia: quia excedit omnia illa in perfectione quiditatiua. ergo a simili de deo videtur dicendum. ❡ Septimo instatur. si infinitas non est de quidditate dei: sequitur ꝙ deus perfecte quidditatiue posset intelligi circunscripta infinitate: ꝛ per consequens perfecte amari: ꝛ sic esse amabile in summo: cum idem sub eadem ratione formali sit obiectum intellectus ꝛ volũtatis. vt patet a doc. in ꝑmo di. 3. q. 4. ꝛ i quarto di. 4. 9. ❡ Tertio principaliter dubitatur i hoc quod dicit doc. scilicet ꝙ infinitas intensiua non ẽ passio: nec quasi passio. Instatur primo. probando ꝙ sit passio: vel quasi passio: quia demõstratur de deo per aliquid prius: vel saltem est demonstrabilis vt patet a doc. in primo dist. 2. q. 2. vbi probat ꝙ hec non sit per se nota: ens infinitum est: cum non sit per se notum extrema vnini. scilicet ens ꝛ infinitas: ꝛ vltra dicit ꝙ demonstratur: ergo habet rationem passionis vel quasi passionis. ❡ Secundo instatur sic. infinitas inest soli deo: ꝛ semper conuertibiliter: ꝛ non est diffinitio eius: nec vltima differẽtia: cum nõ sit de q̃dditate eius: ergo ẽ eius passio vl' quasi passio. hoc modo arguit philosophus. ❡ Tertio instaẽ: infinitas intẽsiua ẽ medium ad demõstrandũ aliquas ꝓprietates de deo. vt patet a doc. in ꝓlogo. q. 3. ꝛ non ẽ de quidditate dei. ꝙ erit saltem quasi passio ꝑoi. ❡ Quarto instatur: q2 si infinitas esset realiter distincta a deo eẽt causata: ꝛ per cõsequens passio: ergo vbi ex natura rei distinguitur a deo: ꝛ non est de ratione dei: erit quasi passio. Sic eñ arguit doc. in prologo. q. de subiecto theologie. vbi ꝓbat attributa esse quasi passiones.

Respondeo ad omnes obiectiões. contradicat doct. in isto ꝑmo articulo. Ad primum. dico ꝙ circũscripta infinitate: adhuc deus formaliter ꝛ quidditatiue distingueretur ab omni ente infinito: ita ꝙ entitas dei vt precise talis entitas esset ratio quidditatiua ꝛ essentialis distinguendi ipsum deum essentialiter ꝛ quidditatiue ab omni ente finito: sicut etiã entitas vnius entis finiti est ratio distiguendi essentialiter: puta humanitas ab entitate asini finita: ꝛ non gradus intrinsecus humanitatis: nec eñ finitas i homine q̃ ponitur gradꝰ intrinsecus ẽ rõ distinguẽdi q̃dditatiue cum cõsequaẽ entitatẽ q̃dditatiuã. Cõfirmaẽ rñsio ista: quia homo sub ratione finiti nõ dr̃ distingui eẽntialr̃ a deo infinito: imo humanitas ẽ rõ formalis sic distiguendi: ergo nec econuerso infinitas intensiua erit ratio distinguẽdi

Rñsio ad dubia.

Instantia septima.

¶ Si dicatur si circũscripta infinitate: deus essentialiter distinguitur ab ente finito: quero tunc an ipse deus vt sic distinctus dicat aliquem gradum perfectionis: aut non. Si pmo: illa ꝑfectio nõ erit limitata: sed infinita. ergo infinitas erit sibi intrinseca formaliter ⁊ quiditatiue qḋ est propositũ. Si secundo ergo non erit magis perfectus ꝙ lapis. imo nullo modo ꝑfectus.

Rñsio ad eandez.

¶ Respondeo ꝙ aliud est loqui de gradu ꝑfectionis specifico: ⁊ aliud de gradu perfectionali cõsequẽte naturam indiuidui. de quibus alias dixi. potest enim considerari albedo sm perfectionem quiditatiuam ⁊ specificã: et vt sic albedo est quiditatiue perfectior nigredine. potest etiam considerari hec albedo vt.8. ⁊ sic intensiue est perfectior albedine vt.6. Dico ergo ꝙ deus circũscripta infinitate intensiua: diceret precise perfectionem talis gradus specifice: tamẽ vt sic consideratus non perfecte cõsideraretur: vt patet a Doct. in primo dist.8.q.2. ¶ Ad secundum. Dico breuiter ꝙ sic deus sub ratione deitatis est obiectum beatificum ꝙ tñ actu nõ beatificat nisi vt actu infinitus intensiue: sicut dicimus ꝙ albedo sm suam rationem formalez est ratio mouendi visum: non tamen habetur perfecta visio nisi terminet̃ nõ ad albedinem vt precise quiditatiue sumptã sed vt sic intensam. Sic dico in proposito: ꝙ quãuis sit deitas ratio formalis obiecti beatifici. nunꝙ tamẽ ꝑfecte beatificat nisi includendo infinitatem intensiuam: quia si conciperetur precise vt circũscripta infinitate: tũc imperfecte cõciperetur: quia non conciperet̃ sm perfectionem suam itrinsecam: sicut concipiendo hanc albedinem precise: non perfecte concipit nisi concipiat sm eius perfectionem intensiuam.

Ad quid requirat̃ infinitas intẽsiua in obiecto beatifico.

reqritur ergo infinitas intensiua: non vt ratio formalis obiecti beatifici: nec vt aliquid pertinens ad rationẽ formalem: sed requiritur vt conditio obiecti beatifici: qua conditione remota: non perfecte quietaret nec beatificaret.

¶ Hoc etiã magis patet in creaturis vbi ratio formalis ⁊ quiditatiua: puta hominis: est ratio mouendi intellectũ ad cognitionem intuitiuam hominis: nnuꝙ tamẽ erit cognitio intuitiua nisi terminetur ad hominem existentem ⁊ presentem.

Exemplũ accõmodatissimũ.

existentia ergo requiritur vt conditio obiecti nõ vt ratio formalis. Concedo ergo ꝙ dicit Doc. s. ꝙ deus sub ratione deitatis ẽ ratio formalis obiecti beatifici: nõ tamẽ actu beatificat nisi vt formaliter infinitum: ⁊ sic loquitur Doc. in primo dist.1.q.1. ꝙ voluntas non fruitur ordinate nisi obiecto infinito: nec potest perfecte quietari nisi in obiecto formaliter infinito licet infinitas non sit ratio formalis quietãdi: imo deꝰ sub ratione deitatis. ¶ Posset etiã dici: ꝙ ideo deus sub ratione deitatis est obiectum beatificum. quia vt sic: est talis entitas cui primo ⁊ imediate ⁊ vt fundamẽto ⁊ origini omnis perfecionis intrinsece conuenit.

Obiectio cõtra rñsionem.

¶ Si dicat̃ ꝙ etiã videtur ꝙ deus non beatificet nisi vt bonus formaliter. ⁊ vt infinite bonus: quia bonitas etsi non sit ratio formalis obiecti beatifici: tamen ita videtur ꝯditio obiecti beatifici: sicut etiã infinitas intensiua.

Rñsio per pulchra.

¶ Dico ꝙ non est simile de bonitate infinita: ⁊ de infinitate intrinseca deitati: qꝛ circumscripta bonitate infinita: adhuc deus perfectissime qetaret ⁊ beatificaret: quia intrinsece est ens perfecte infinitũ que infinitas est intrinseca deitati. Sed circũscripta infinitate non beatificaret perfecte: quia si deitas est ratio formalis obiecti beatifici: nunꝙ tamen beatificaret amota infinitate intrinseca. ¶ Ad tertium. Dico ꝙ si deitas sit ratio formalis demonstrandi hanc proprietatẽ scilicet esse cõmunicabile tribus in vnitate nature: ⁊ non infinitas intensiua: ista tamẽ proprietas nunꝙ perfecte inest nisi propter infinitatem intensiuam: ita ꝙ talis ĩfinitas non requirit̃ vt rõ formalis: sed vt conditio obiecti perfecte cõmunicatiui. ⁊ sic Doc. in.28.di. pmi ĩtelligit ꝙ infinitas ĩtẽsiua est ꝯditio obiecti ꝑfectissime cõmunicatiui. ⁊ hoc patet quia intellectus paternus. nisi cognosceret deum vt infinitũ: tunc nõ haberet memoriã perfectã. nec obiectũ perfecte intueretur nec diceretur perfecte cõmunicari. ¶ Dico secundo ꝙ deꝰ sub ratiõe deitatis qꝛ est talis entitas cui imediate ⁊ soli inest infinitas intẽsiua: ideo est tribꝰ ꝯmunicabilis. ⁊ sic Doc. intelligit in primo distin.28. ¶ Ad quartuz. Dico breuiter. Primo: saluo semper meliori iudicio: ꝙ deꝰ sub ratiõe deitatis ⁊ nõ sub ratione infinitatis intẽsiue: vt comparatur ad alia entia: excedit omnia illa sm suum gradũ mere specificum.

Qũo deꝰ sit omniuz entium mẽsura quiditatiua.

⁊ vt sic posset dici mensurare quiditatiue omnia entia: quia illa species que esset propinquior sm gradũ specificũ esset specifice perfectior ⁊ hoc mõ posset deꝰ sub ratiõe deitatis dici mensura essentialis omnium quiditatuz. nõ tamẽ diceret̃ perfectissime mẽsurare nisi esset actu infinitꝰ ĩtẽsiue ¶ Dico secundo: ꝙ aliud est deum comparare vt mensurã ad oẽs qdditates: vt ꝑcise sumptas abstractas ab omni gradu intensiue perfectiõis relinquẽdo ipsas ꝑcise sm gradus eaꝝ specificos: ⁊ aliud ẽ ipsum cõparare ad entia perfecta sm eorum gradum intrinsecum. pmo modo. deus poneret̃ mẽsura ꝑcise eẽntialis ⁊ qdditatiua: ⁊ vt sic mẽsuraret omnia entia ꝑcise cõsiderata sm gradum specificum. secundo modo. poneretur mẽsura perfecta simpliciter mẽsurãs omnia entia secũdum gradꝰ ꝑfectionales intrinsecos. nõ posset ergo isto secũdo modo comparari ad pefectionem aliorum entium nisi ipsum considerando vt perfectum intensiue ⁊ vt infinitum.

Diuisio ꝑ finitũ ⁊ infinitũ vel gradũ itrĩsecũ ꝑtĩet ⁊ nõ ad qdditatem.

¶ Ad quintum. Dico ꝙ ista diuisio entis quanti i ens infinitum ⁊ finitum est diuisio secũdum gradũ intrinsecum: ⁊ non secũdum aliquid pertinens ad quidditatem. sicut etiam diuisio entis per actum ⁊ potẽtiam: necessarium ⁊ cõtingens. Cum infertur ergo datur alia prior diuisio. dico ꝙ ens nunꝙ contrahitur per differentias specificas: ⁊ hoc immediate. Dico vltra ꝙ ens ⁊ si predicetur in quid de deo: non tamen ponitur de quidditate dei: nec proprie dicitur contrahi ad ipsum deum. vt prolixe exposui in primo di.2.q.1. in illa ratione qua probatur ꝙ non possunt eẽ plura necesse eẽ. vide ibi. ¶ Ad sextum. Dico vt dixi ad tertium. ¶ Ad confirmationem de homine. patet ex dictis ad tertium. ¶ Ad septimum. Dico ꝙ ⁊ si sola deitas sit perfectissima ratio cognoscibilitatis ⁊ amabilitatis. vt patet a doc. in tertio di.27. quia vt sic ẽ talis entitas cui primo nata est in eẽ infinitas intensiua vt gradus intrinsecus: nõ tamen pefecte terminaret visionem nisi terminaret vt infinitus: nec perfecte terminaret actum amoris nisi vt ens infinitum. infinitas ergo requiritur vt cõditio obiecti perfecte visibilis ⁊ perfecte amabilis. Et dicit̃ deitas perfectissima ratio: quia ratio quidditatiua: ⁊ quia talis quidditas immediate includit infinitatem intensiuam. vt gradum sibi intrinsecum.

Ad obiectiões contra primũ dictum.

¶ Nunc respondeo ad obiectiones cõtra primum dictum. Ad primum: dico ꝙ aliud est loqui de infinitate i se formaliter: ⁊ aliḋ de ente cui inest talis ĩfinitas. Sicut aliḋ est loqui de albedine absolute cui inest intẽsio: ⁊ aliḋ de ipa intentione formaliter puta de intẽsione vt.8. Loquendo de intensione infinita formaliter. concedo ꝙ infinitas formaliter includit infinitos gradus perfectionales: ⁊ concedo ꝙ quocunꝙ gradu assignato (si tamen eẽt assignabilis secũdum cõsiderationem: quia in re ẽ impossibile) ille gradꝰ nõ eẽt infinitꝰ. tamẽ tota infinitas ĩest enti infinito: ita ꝙ nihil est entis infiniti quin sit formaliter ĩfinitum. dicit ergo doc. ꝙ quodlibet pertinẽs ad entitatem quidditatiuam entis infiniti est formaliter infinitum: ⁊ nõ ꝙ quilibet gradus infinitatis intensiue sit formaliter infinitus. Sicut si albedo esset intensa. vt.8. quacunꝙ parte illius assignata eẽt intensa vt.8. nõ tamẽ quilibet gradus ĩtẽsionis eẽt intẽsus vt.8.

Alia rñsio

¶ Dico vltra ꝙ i infinitate intẽsiua nõ sunt gradus perfectiõis aliquo mõ distincti extra opus ĩtellectus: licet forte secũdum cõsideratiõem possent distĩgui per comparationẽ ad gradus intẽsionis i creaturis.

Ad secundũ ꝯtra pmũ dictũ.

¶ Ad secũdũ dico ꝙ casus ẽ simpliciter impossibilis. Tamẽ casu ꝑ impossibile admisso. dico primo ꝙ albedo nullo mõ eẽt in genere: ⁊ posito ꝙ sit in genere dicetur ꝙ entitas a qua accipit̃ ratio generis ⁊ entitas a qua accipit̃ ratio differẽtie nõ eẽnt formaliter infinite: quia haberẽt rationem partis: ⁊ tamẽ albedo ⁊ quicquid in ipsa ẽ formaliter albedo esset formaliter infinita: quia quacũꝙ minima parte albedinis assignata eẽt formaliter infinita.

Secunda rñsio,

¶ Dico etiam ꝙ nõ eẽt incõueniẽs tales entitates. s. generis ⁊ differẽtie si ponerẽtur ĩfinite. ¶ Et cum dicitur ꝙ haberẽt rationem partis: cõcedo. ¶ Et cũ dicitur ꝙ parti repugnat infinitas. ¶ Dico ꝙ non est incõueniens vnum impossibile sequi ad aliud impossibile: immo est magis impossibile albedinem esse formalit̃ infinitam: ꝙ ipsam vt infinitam positã habere partes qdditatiuas etiã formaliter infinitas.

Tertia responsio.

¶ Potest etiam dici ꝙ ille entitates nõ essent formaliter infinite: sed tñ per identitatem quã haberẽt cum albedine.

Quarta responsio. Infinitũ dupliciter.

¶ Dico vltimo ꝙ aliud est loqui de infinito simpliciter quod simpliciter est illimitatũ in quo ponitur omis perfectio virtualiter ⁊ eminẽter: ⁊ aliud est loqui de infinito intẽsiue in genere. vt si poneretur albedo infinita i genere. primo modo excludit omnem imperfectionem. secũdo modo nõ videt̃ sic excludere: quia ꝙuis albedo poneretur intẽsiue infinita. tñ si poneretur causari ab alio includeret hãc imperfectionem que esset ad aliud depẽdere. ¶ Ad tertium. dico primo. ꝙ casus est impossibilis ponere ipsam formaliter infinitam ⁊ extendi ⁊ dependere ad quãtitatem. ¶ Tñ posito hoc dico ꝙ quelibet eius ps integralis esset infinita: quia albedo extensa est ita intensiue i vna parte sicut in alia. vt exposui in.2. di.2.q.9. ⁊ in pmo di.2.q.1. ¶ Et cum ifertur ꝙ eẽt pars. ¶ Dico ꝙ accideret sibi

quod mediū scilicet per infinitatē bonitatis: ꝓpter quā
realiter idemptificat sibi omne sibi cōpossibile: vt supra
patuit.q 5. ꝛ in primo dist.8.q. penultima: respōdēdo ad
vltimū principale. Dico.2. ꝙ si teneať ꝙ ꝓpositio dicať
mediata vel immediata qñ predicatū inest formaliť sub

iecto tunc potest dici. ꝙ Doct. loquitur de vero necessa
rio. in quo predicatuꝫ formaliter inest subiecto. Sed ta-
men prima rñsio est realior et magis ad mentem Doct.
¶ Ad tertium potest primo dici ꝙ est mediata qꝛ inest Ad tertiū
enti per rationem entis. Scilicet non ponatur medium
secundum rem inter ipsam et ens tamen potest poni se-
cundum rationem: ita ꝙ ens dicatur subiectum passio-
nis de quo demōstratur passio. et entitas in abstracto ra
tio formalis. que sola ratione differt ab ente. vt patet a
Docto. ī primo distinctione.8.q.3. Et si talis entitas ex
natura rei esset distincta ab ente: vel formaliter eo mo-
do quo rationale distinguitur ab homine esset vere me-
dium demonstrandi. ergo et nunc: per propositionem
Doct. sepe allegatam: qualis est ordo inter aliqua vbi
preter opus intellectus distinguuntur. talis est vbi sola
ratione distinguuntur. Dico secundo. ꝙ si passio entis ī
est imediate ipsi enti. forte erit immediata quia concipi
endo ens et bonitatem: esset sibi euidens: ipsum ens es-
se causam immediatam et adequatam: quare talis pas-
sio immediate insit. ¶ Et quando dicit Doct. ꝙ illa pro
positio non est per se nota. in qua passio predicatur de
subiecto. veruꝫ est de passione et subiecto inter que ca-
dit medium qđ est causa immediata passionis. sicut quā
do cadit diffinitio media. et ideo Doct. in loco preallegā
to scilicet distinctione secūda primi exemplificat de istis
animal rationale est risibile et homo est risibilis prima
est immediata ꝛ secūda mediata. Si ergo omnes passio
nes entis insunt enti eque primo et īmediate. forte om
nis propositio ī qua predicatur passio conuertibilis de
ente erit per se nota et euidens ex sola terminorum no-
titia. Sicut etiam forte Doct. hēret dicere si poneretur
passio medium ad demonstrandum passioneꝫ: ꝙ illa pas
sio prima nō demōstraretur de subiecto: sed esset per se
nota de subiecto apud intellectum concipientem distin
cte terminos. Et tunc staret verum. ꝙ passiones que ī-
mediate insunt enti sunt per se note de ipso ente. et hoc
intellectui distincte concipienti extrema ꝓpositionis.
ꝙ tunc omnes propositiones in diuinis in quibus poni-
tur quasi passio immediate inesse ipsi deo essent per se
note. Sed de hoc alias. ¶ Contra sextum dictum insta- Contra 6
tur. probando ꝙ nullus conceptus abstractiuus deita- dictum.
tis sub ratione propria contineat virtualiter veritates
necessarias de deo. et primo sic. ille conceptus siue po-
natur cognitio dei abstractiua siue aliquid aliud si con- 1.ratio.
tineret virtualiter notitiam illarum veritatum. seque-
tur ꝙ virtualiter contineret illas veritates. patet. quia
continens virtualiter notitiam alicuius continet equa-
liter entitatem illius. vt patet a Docto. in primo distin-
ctione.3.q.1. distinctione.8.q. prima et in secunda distin
ctione.3.q 10. in quolibet.q.14. articulo. secūdo sed nul
lus conceptus etiam deitatis. vt distincte potest vir-
tualiter continere aliquam proprietatem diuinam quia
nulla creatura potest continere aliquid deo conueniēs
vt patet. ergo. ¶ Secundo instatur. quia si contineret 2.ratio.
virtualiter omnes veritates de deo habens talem con-
ceptum siue talem notitiam posset ex tali notitia demō-
stratiue scire deum esse trinum. et sic propter quid co-
gnoscere trinitatem. et tamen Doct. in secundo distin-
ctione.3.q 9. dubitat de hoc quia licet in angelo possit
creari species intelligibilis representans deum sub ra
tione deitatis non tamen videtur seq. ꝙ si cognoscat di
stincte deitatem ꝙ propter hoc cognoscat trinitatem.
¶ Tertio instatur. quia sequeretur ꝙ habens talem 3.ratio.
conceptum posset cognoscere omnes creaturas: ꝛ per
consequens ille conceptus virtualiter vel eminenter
cōtineret omnes creaturas quod est manifeste falsum.
patet. quia nec beatus per actum beatificuꝫ cognoscit
oēs rerum quiditates. vt ab oībus tenetur. q̄ tñ act⁹ in
tuitiuus deitatis est multo perfectior omni actu abstra
ctiuo. probatur consequentia: quia si ille conceptus vir
tualiter continet omnes veritates de deo necessarias:
et omnes contingentes: non de actu: sed de possibili: a
fortiori continebit veritates omnium creaturarum. Si
ergo per talem actum potest omnes illas cognoscere di
stincte superflue in angelis concreate fuerunt species
omniū quiditatum. patet: quia per īpēm itelligibilē dei
tatis potuerūt habere cōceptū distictū de deitate sub
ratione deitatis: vt patet per Doc. in.2. distinctio.3.q.9.
¶ Quarto instatur: quia si talis conceptus de deo distin

ctus virtualiter continet omnem veritatem necessariam et omnē notitiam illius. ergo continet hanc veritatem deus est trinus est vnus: ergo continet extrema illius veritatis: quia continens totum: continet et partez: sed non continet ipsum deum: quia tunc ille conceptus posset causare alium conceptum distinctum de ipō deo. Tum etiam: quia ista veritas quāuis necessaria non est demonstrabilis de deo: quia tunc idem demonstrarer de seipso: quia scilicet deus de deo. ergo non continet illaz cuz non sit demonstrabilis de deo propter quid. ergo nō omnem necessariam veritatem continet virtualiter.

5.ratio. ¶ Quinto instatur: quia Doc. in prolo. q.3. vult ꝙ continens euidenter veritates scibiles in aliqua scientia cōtinet eas virtualiter: vt primo notum. ergo si talis conceptus virtualiter cōtineret omnes veritates necessarias de deo. contineret et illas vt primo notas. hoc autē est manifeste falsum. Tum quia non esset primo notus nisi per actum reflexum. vt patet: sed talis actus reflex⁹ nullo modo est necessarius in demonstratiōe ꝓpter qd. Tum etiam: quia quereretur a quo talis actus esset causat⁹: an a primo conceptu et intellectu: an a voluntate diuina sola: que omnia important speciales difficultates.

6.ratio. ¶ Sexto instat sic. continens virtualiter omnes veritates alicuius scientie continet illas primo. sic ꝙ in continendo a nullo dependet: vt patet a Doc. in prolo. q.3. arti. primo. Sed talis conceptus necessario dependet a voluntate diuina causante et seruante ipsum. ergo.

Cōtra.7. dictū pma ratio. ¶ Contra septimū dictum instatur probando ꝙ non possit causari in intellectu viatoris aliquis conceptus abstractiuus dei sub ratione deitatis. et instatur sic primo. et quero ad quid terminetur ille conceptus: oportet dicere ꝙ terminetur ad deitatem vt actu existentem. et sub ratione qua existit. patet: quia existētia est de conceptu eius quiditatiuo: vt patet a Doc. in primo distinct.2. q.1. et in quoli. q.1. arti. primo. si ergo ille conceptus nō terminaretur ad deum sub ratiōe deitatis: sic ꝙ deus sub ratione deitatis terminet: tunc per illum non cognosceretur deus distincte. Sed deus sub ratione deitatis nō potest terminare. nisi etiam terminet sub ratione existentie ꝓprie cum sit de quiditate dei. Tunc vltra sequitur incōueniens immo impossibile scilicet ꝙ talis cōceptus abstractiuus esset formaliter intuitiu⁹. patet: quia omnis notitia que terminatur ad rem existentem inq̄tum est existens: siue sub ratiōe formali qua existit est intuitiua: vt patet a Doc. in primo distinct.1. q.2. distinc.8. q. in secūdo distinc.3. in.3°. distinct.14. in.4. distinct.10. et 5.49. questio.12 in quoli. questio.5.7.14.

2.ratio. ¶ Secundo instatur et quero a quo ille conceptus immediate causetur: aut enim causatur a deo sub ratione deitatis: aut a voluntate dei. Si primo: sequitur ꝙ tunc deus moueret intellectuz vel causaret illum conceptum per modum nature: vt patet a Doc. in quoli. questi.3. arti. primo. et q.14. arti. 2. hoc autez est falsuz: vt patet vbi supra. Si 2° sequitur manifeste inconueniens: ꝙ voluntas diuina contineret suo modo virtualiter ipsam deitatem. probatur: quia causans conceptum proprium alicuius continet illum virtualiter: vt patet a Doct. in primo distin.3. distin.8. et alibi sepe: nec valet dicere: ꝙ quia voluntas diuina est realiter idē essentie diuine. ideo non potest continere: quia accipio propositionem Doct. vulgatam scilicet: qualis est ordo inter aliqua vbi realiter distinguuntur: talis est vbi sola ratione distinguuntur. Sed si voluntas esset realiter distincta ab essentia et contineret notitiā distinctam essentie realiter: virtualiter contineret ipsam deitatem vt etiam probat Doct. de creatura in primo distinct.3 et.8. ꝙ si posset causare notitiam distinctam essentie diuine: ꝙ virtualiter contineret et ipsam. ergo cum volūtas diuina saltem ratione distinguatur ab essentia: saltem sm rationem virtualiter et eminenter continebit illam: et sic posterius virtualiter continebit prius.

3.ratio. ¶ Tertio instatur. si talis conceptus potest haberi in intellectu viatoris. ergo viator per illam poterit distinctissime cognoscere deum sub ratione deitatis: et vltra poterit distinctissime cognoscere eius infinitatem intensiuam. et sic poterit ipsam comprehendere: patet. quia cognosceret illam secundum ꝙ est cognoscibilis. est autem cognoscibilis sub ratione distinctissima infinitatis intensiue. immo videtur sequi. ꝙ tunc viator esset perfecte beatus. si deo vt sic distincte concepto et sub ratione infiniti intensiue voluntas frueretur.

4.ratio ¶ Quarto instatur. si talis conceptus potest causari in intellectu viatoris. aut immediate causatur nulla specie intelligibili prius causata aut mediante ipsa. Si primo sequitur ꝙ talis conceptus non est abstractiuus. patet. quia ille est obiecti non in se sed in aliquo representatiuo existente. Si secundo ergo voluntas diuina non poterit causare absolutum realiter distinctuz ab alio absoluto sine ipso. et tunc causa prima determinabitur a secunda quod est falsum. sic enim arguit Doct. in primo distinctione.1. q.4. ꝙ si voluntas diuina non potest causare fruitionez absolute nisi prius causet visionem. sequitur ꝙ ipsa determinabitur a causandum ad secunda causa. si sine visione non posset absolute causare fruitionem.

5.ratio. ¶ Quinto instatur. quia sequitur ꝙ volūtas dina non posset immediate causare conceptum distinctum deitatis: nisi prius causaret conceptum distinctum suimet. vt patet a Doct. in pluribus locis. ꝙ causans notitiam alterius in aliquo intellectu prius causat notitiā sui. Et ideo essentia non posset causare notitiam in intellectu dino. nec alicuius creature nec alicuius intrinseci nisi prius causaret notitiam sui distinctam. vt patet a doct. supra questio. quinta: ergo si voluntas non potest causare notitiam distinctam deitatis nisi prius causet notitiam sui distinctam. sequitur ꝙ non poterit immediate causare absolutum sine alio absoluto. a quo essentialiter non dependet.

6.ratio ¶ Sexto sequeretur ꝙ habens talem conceptum siue notitiam necessario intelligeret omnem veritatem necessariam de deo: et omnem contingentem de possibili. patet: quia talis conceptus includeret virtualiter omnem talem veritatem: et per modum nature ageret: et similiter intellectus. sed hoc nō videtur verum: quia posset stare notitia distincta deitatis sine notitia personarum: vt patet a Doctore in primo distinc.1. quest.2.

Ad rōnes contra.5. dictum. ¶ Respondeo primo ad instantias contra sextum dictum.

Ad.1. Ad primam anteq̄ respondeam formaliter premitto aliqua. Primo premitto: ꝙ non omne causans notitiam alicuius continet virtualiter et eminenter entitatem illius. patet: quia notitia distincta hominis continet notitiam distinctam passionis: et tamen nō continet passionem: cum illa precise contineatur a ratione formali hominis. Est tamen verum quod continens notitiam distinctam alicuius subiecti continet entitatem illius: et omnium virtualiter contentorum adequate tamen contentorum: et sic continens notitiam hominis distinctam continet virtualiter non tantum entitatem hominis: sed etiam omnes veritates et omnes passiones illius.

Nota singularē doctrinaz de virtuali ꝯtinentia. Nec enim aliquid posset virtualiter continere passionem subiecti: qui etiam virtualiter cōtineret entitatem subiecti: quia in hoc poneretur causa passionis adequata: que realiter idemptificatur subiecto. posito ergo ꝙ in me causaretur notitia distincta hominis ab ipso homine, talis notitia. et si contineret virtualiter notitiam omnium proprietatum hominis mediate tamen. ita ꝙ primo notitia diffinitionis hominis que dicitur proprie distincta contineret notitiam predicati: et per consequens notitiam propositionis immediate: et notitia euidens propositionis immediate contineret notitiam conclusionis. Sic dico in proposito. ꝙ notitia distincta deitatis: et si contineat notitiam proprietatis: et per consequens notitiam euidentem propositionis immediate: et notitia illa euidens notitiam conclusionis. non tamen virtualiter continet illas proprietates. Si tamen illa notitia distincta esset causata ab alio: q̄ a deo immediate. tunc causans illam contineret ipsum deum et omnes proprietates illius.

Notitiae euidēs propōis immediate et mediate pōt dupl'r itelligi. Secundo premitto. ꝙ notitia euidens propositionis immediate: et propositionis mediate potest dupliciter intelligi virtualiter contineri in alio. Primo .i. notitia subiecti distincta: ita ꝙ talis notitia precise causetur a notitia distincta subiecti. Secundo potest intelligi causari ab ipso obiecto siue subiecto immediate. ita ꝙ homo presens in specie intelligibili. siue subiecto immediate. ita ꝙ homo presens in specie intelligibili. siue ipsa species primo causat notitiam distinctam hominis secundo no

titiam proprietatum. tertio notitiam propositionum immediatarum. quarto notitiam conclusionum. Et breuiter vtraq; via est sustentabilis: fm ea que exposui in prologo questione. 3. contra Gregor. ⁊ Ocham ⁊ Alfonsum toletanum: vide ibi. In proposito. si teneatur ꝙ conceptus distinctus deitatis contineat omnes veritates necessarias de deo. i. omnium veritatū notitiam euidentem. patet: ꝙ ex hoc non sequitur ꝙ virtualiter contineat entitatem illarum proprietatum. Et propositio Docto. scilicet ꝙ continens virtualiter notitiam distinctam alicuius continet entitatem illius. patet: ꝙ illa nō est in omnibus vera: vt supra exposui. Sicut etiam patet de specie intelligibili puta hominis: que continet notitiam hominis: et tamen non continet virtualiter ipsum hominem: et similiter continet notitiam risibilitatis: et tamen non continet ipsam risibilitatem. Si vero teneatur: ꝙ obiectum virtualiter continet: tunc oportet ponere aliquam speciem intelligibilem supplentem vicem obiecti: que partialiter non solum causet notitiam subiecti: sed etiam omnium proprietatum virtualiter in illo contētarum: quia nisi talis species poneretur: respectu cognitionis abstractiue: tunc nihil esset ibi qd causaret: nisi forte diceretur ꝙ voluntas diuina. primo causat notitiam distinctam deitatis. ⁊ secundo alias notitias sequentes: tamen melius et magis ad propositum conclusionis esset ponere speciem intelligibilē deitatis: vt dixi in prologo. questione tertia ⁊ in secundo distinctione tertia questione nona. Et sic patet. quid sit dicendum ad primam instantiam.

¶ Posset etiam dici et non extra propositum: ꝙ aliud est causare notitiam alicuius propositionis absolute: et aliud ipsam causare vt euidentem. Nam deus posset immediate causare in me notitiam huius: homo est risibilis: que tamen nullo modo esset euidēs nisi ex notitia propositionis immediate. notitia ergo conclusionis posset esse immediate ab vno: ⁊ ab alio euidenti. Cōceptus ergo distinctus deitatis diceretur continere virtualiter omnem veritatem ⁊c. i. notitiam omnium veritatum vt euidentem. ita ꝙ talis notitia puta conclusionis: vel primi predicati non esset immediate causata a tali cōceptu deitatis: sed bene haberet euidentiam a tali conceptu: ita ꝙ euidentia propositionis immediate esset primo a tali conceptu: et euidentia conclusionis esset ab euidentia propositionis immediate. Et sic posset concedi: ꝙ cōtinēs virtualiter notitiam alicuius continet entitatē illius: licet hoc nō sit simpliciter ⁊ in omnibus verum: sed non sequeretur: ꝙ continens euidentiam notitie propositionis ꝙ cōtineat entitatem ⁊c. immo stat ꝙ notitia sit ab vno ⁊ euidentia ab alio. ¶ Dico etiā: ꝙ aliud est cōtinere notitiā simplicem alicuius. ⁊ aliud est continere notitiam euidētem inherentie puta passionis ad subiectū.

Nota hec valde.

Et forte subiectum causat notitiam sui absolute: ⁊ post notitiam passionis absolute: sed notitia euidens inherētie passionis ad subiectū immediate causatur a notitia euidenti premissarum ⁊ mediate a notitia distincta subiecti. Tunc dico: ꝙ etsi concedatur ꝙ continens notitiā simplicem alicuius contineat entitatem illius. nō tamē sequitur: ꝙ continens notitiam euidentem inherentie passionis ad subiectū ꝙ contineat virtualiter ipsam passionem. Omnes iste responsiones sunt satis clare et probabiles.

Ad 2. rationē ꝯtra 6. dictum.

¶ Ad secundam. Dico ꝙ Doctor noster ibi concedit: ꝙ angelus posset per talem speciem cognoscere trinitatem. Dico secūdo: ꝙ deus bene potuit causare speciem intelligibilem: per quā angelus precise cognosceret distincte deitatem ⁊ non cognosceret alias proprietates. Si dicatur ꝙ non apparet ratio diuersitatis de conceptu immediate causato a voluntate diuina: non per speciem intelligibilem et de conceptu causato a specie itelligibili: cum vterq; distincte representet deitatē sub ratione propria. ergo si vnus virtualiter continet omnes veritates de deo virtualiter: quare et non alius: ⁊ si per vnum potest cognosci trinitas: quare et non per alium non apparet ratio diuersitatis. Sicut habens notitiam distinctam de homine per speciem intelligibilem ipsius et habens eandem vel similem notitiā causatā aliunde: ita per vnā potest cognoscere ꝓprietates hoīs sicut per aliā. Dico breuiter: ꝙ volūtas diuia potuit causare speciē intelligibilē in angelo et concurrere cum ipsa precise ad cōceptum distinctum deitatis. et non concurrere ad notitiam aliarum proprietatum. Quia ille conceptus causatus a specie intelligibili natus fuisset virtualiter continere omnes veritates de deo necessarias. Sed in proposito voluntas. non solum causaret conceptum distinctum deitatis: sed etiam cum ipso concurreret ad euidentem notitiam omnium veritatum contentarum in illo. Et ideo Doct. hic dicit. ꝙ potuit in intellectu viatoris causare conceptum simplicem deitatis virtualiter continentē veritates ⁊c. ita ꝙ non tm̄ contineret potentia remota. sed etiam potentia propinqua: propter hoc ꝙ voluntas diuina disposuisset actu concurrere ad notitiam euidentem contentarum veritatum.

Ad tertiā.

¶ Ad tertiam. Dico ꝙ non sequitur ꝙ contineret ille conceptus notitiam simplicem omnium creaturarum. quia talis notitia non virtualiter includeretur in tali conceptu. precise enim continentur omnes veritates de deo necessarie et omnes de deo contingentes de possibili non de actu. Nec essentia diuina causat in intellectu diuino notitiam creaturarum. vt nota. ita ꝙ notitia essentie diuine sit precisa ratio causandi notitiam omnium creaturarum sed ipsa precise vt habet rationem memorie. et vt sic non consideratur vt actu cognita. hoc patet a Doctore. in prologo questione penultima. licet ergo essentia prius causet notitiam sui: ꝙ̄ notitiam creaturarum non tamen talis notitia ponitur ratio causandi notitiam creaturarum. sicut etiam quis intellectus diuinus prius cognoscat essentiam. ꝙ̄ generet filium. tamen talis notitia nullo modo est ratio formalis generandi filium. vt patet a Docto. in primo distinctione secunda parte secunda questio. 5. et quarta. Dico vltra. ꝙ ad concludendum. ꝙ talis notitia contineret virtualiter notitiam omnium creaturarum. oporteret prius concludere: ꝙ ipsa virtualiter contineret essentiam vel voluntatem diuinam. que virtualiter continet omnes creaturas. Sicut si. a. virtualiter includeret notitiam distinctam hominis. et per consequens ipsam entitatem hominis. ꝙ etiam concludi posset. ꝙ a. contineret virtualiter notitiam omnium virtualiter contentorum in ipso homine. et per consequens entitatem eorum. Sed in proposito: conceptus distinctus deitatis causatus a voluntate diuina non includit virtualiter notitiam deitatis distinctam: vt patʒ. ¶ Ad quartam. Dico ꝙ quando dicimus ꝙ subiectum vel obctm̄ continet veritatem scibilem. non intelligitur ꝙ virtualiter continet extrema propositionis quia tunc homo contineret se. patet. quia continet hanc veritatem. homo est risibilis. et tamen non continet virtualiter hominem. Sed intelligitur ꝙ continet virtualiter euidentem inherentiam passionis ad subiectum. puta quia homo cōtinet quiditatiue et essentialiter rationale. et rationale est causa adequata et precisa inherentie risibilitatis ad hominem. ideo dicimus: ꝙ homo mediante rationalitate continet inherentiam passionis ad subiectum. Et similiter cum dico ꝙ notitia distincta subiecti continet veritates necessarias de subiecto. sic intelligitur ꝙ remote. tamen continet virtualiter notitiam euidentem inherentie passionis ad subiectum. vel ꝙ p̄cise continet ipsam euidentiam passionis vt inherentis idest ꝙ notitia inherentie passionis ad subiectum est euidens immediate et propinq; a notitia euidenti premissarum immediatarū et mediate et quasi remote est euidens a notitia distincta subiecti.

Ad .4. rōnem. Quid sit obiectū ꝯtinere veritatē scibilem.

Ad .5.

¶ Ad quintam. Dico ꝙ continere veritates in aliqua scientia. vt primo notum. non est conditio notitie distincte subiecti sed est conditio subiecti. sicut dicimus ꝙ homo secundum animam est subiectum scientie moralis: non erit subiectum immediatum. ita ꝙ immediate de ipso possint demonstrari omnes veritates in scientia morali contentas: nisi sic: primo notus idest ꝙ vt primo notus ponitur subiectum. et sic patet quomodo hoc non pertinet ad notitiam subiecti ꝙ sit primo nota ⁊c. Cum enim dicimus subiectum vt primo notum continet omnes veritates; potest intelligi

dupliciter: vel primo notum notitia habituali: vel primo notum notitia actuali. ¶ Primo modo intelligitur: ꝙ subiectum vt presens in specie intelligibili continet virtualiter omnem veritatem: & dicitur tunc primo notum notitia habituali: quia vt sic est pars me morie perfecte: & in potentia propinqua ad causandum notitiam sui & omnium virtualiter contentorum. Secūdo modo intelligitur: ꝙ subiectum sit primo notum notitia actuali: & tunc dupliciter potest intelligi. primo ꝙ notitia actualis contineat notitiam euidentem: tam premissarum ꝙ̄ cōclusionum modo preexposito: secundo ꝙ talis notitia nullo modo contineat: sed ꝙ nihil esset subiectum scientie virtualiter continens veritates illiꝰ scientie in potentia propinqua: nisi prius esset notum. non ꝙ notitia requiratur vt ratio continendi: sed vt dispositio preuia. nisi enim prius causaret notitiam sui simplicem: nunꝙ̄ posset causare euidētem notitiam veritatum inclusarum virtualiter De obiecto pmo noto notitia habituali: et notitia actuali primo modo: vide que prolixe exposui in prologo. q.3. articulo primo. & specialiter contra Gregorium. Ocham. Alfonsum & multos alios. Si volumus etiam tenere de pmo noto notitia actuali scdo modo accepta: erit sustentabile: licet nō ita forte ad mētem Doc. sicut alijs modis.

Ad.6. ¶ Ad sextam siue vltimam instantiam. Dico ꝙ hec est conditio subiecti primi: scilicet in continendo veritates in scientia considerats a nullo dependeat: a nullo: scilicet pertinente ad illam scientiam si sit simpliciter primum. hoc patet a Docto. in prolog. questione tertia Sed hec conditio non videtur competere notitie distincte subiecti: cum talis notitia dependeat a subiecto vel a supplente vicem subiecti. Si volumus etiam tenere: ꝙ hec sit conditio talis notitie: possumus sic exponere. Notitia prima et distincta subiecti: continet virtualiter omnes veritates in scientia cuius est consideratas scilicet euidentem notitiam illarum. modo preexposito et in continendo a nullo dependet: scilicet ꝙ a nulla alia notitia ad illam scientiam pertinente dependet: sicut et subiectum a nulla entitate ad scientiam eius est subiectum dependet in continendo veritates illius scientie: sic conceptus distinctus illius subiecti a nullo alio conceptu ad illam scientiam pertinente in continendo veritates dependet.

Ad rōes cōtra.7. dictum. Ad 1. Instātia ceepositoris. ¶ Ad instantias contra septimum dictum. Ad primam dico. primo: ꝙ etsi existentia sit de conceptu dei: non tamen talis existentia ponitur ratio terminandi: vt pateat a Docto. in presenti. posito enim ꝙ per impossibile deus non esset: adhuc posset abstractiue cognosci: scit etiam eius existentia. ¶ Si dicatur hoc nō saluat: quia certum est ꝙ deus necessario existit: et existentia est de intrinseca ratione eius: quero tunc. si deus sub ratione deitatis terminet hanc notitiam abstractiuam et distinctam: aut tunc in ratione formali includit existentiam actualem: aut non. Si sic. ergo existentia actualis erit ratio formalis terminandi: aut non includit. ergo actualis existentia non erit de formali conceptu ipsius dei. Si ergo talis conceptus terminatur ad deum sub ratione deitatis et deus sub ratione deitatis necessario includit actualem existentiam. ergo deus sub illa ratiōe qua actu existens terminat: et per consequens talis conceptus erit intuitiuus.

Solutio eiusdem. Dico breuiter ꝙ non dicitur cognitio intuitiua: ex hoc ꝙ terminatur ad rem existentem actualiter: siue etiam ponendo: ꝙ existentia sit de intrinseca ratione illius. et patet. nunc cognosco abstractiue existentiam puta albedinis: ita ꝙ talis cognitio ēmaꝝ ad existētiā immediate: et tamen non dicitur cognitio intuitiua. Sed vltra omnia requiritur presentia rei actu existentis: non enim sufficit ꝙ actu existat propria existentia: et ꝙ cognitio terminetur ad actualem existentiam:

Cognitio intui[tiua]. sed requiritur: ꝙ talis res sit in se presens et non in aliquo representatiuo. Dicitur ergo cognitio intuitiua ꝙ̄ terminatur ad rem existentem inꝙ̄tum existens. et in se presentem potentie cognitiue. Concedo ergo: ꝙ conceptus distinctus dei terminatur ad deum sub ratione deitatis: et ad deum vt actu existentem: sed non terminatur ad deum vt actu existentem et in se presentem: et potentie cognitiue perfecte presentem. Et sic Doc. intelligit de cognitione intuitiua: vnde in multis locis addit ad rem existentem et in se presentem.

¶ Si queratur. pono ꝙ voluntas diuina immediate causet conceptum abstractiuum et distinctum deitatis: nulla specie intelligibili preexistente in tali intellectu. in quo talis conceptus causatur. ille conceptus ad quid terminabitur. aut enim terminabitur ad notitiam existentem actu et in se presentem: aut non in se presentē sed presentem in aliquo representatiuo. Si primo modo. patet: ꝙ talis conceptus erit intuitiuus: quia terminatur ad rem existentem et in se presentem. Si secundo modo oportet assignare illud representatiuum. non erit species intelligibilis per positum: non conceptꝰ ille: quia vt habet esse in tali conceptu: habet precise esse cognitum: vtꝰ patet a Docto. in primo distinc. 8. q. 3. et alibi sepe: et alium representatiuum non videtur posse assignari. ergo talis conceptus erit necessario intuitiuꝰ. **Instantia expo. per pulchra.**

Dico breuiter: ꝙ non erit presens nec in specie intelligibili: nec in conceptu: sed erit presens in se: sed non erit intellectui presens. potest enim cognitio abstractiua terminari ad aliquid qđ nō erit presens in aliquo representatiuo: alio a re: sed sufficit ꝙ terminetur ad ipsaꝝ: vt nō presentem ſm suam existentem potentie cognitiue. **Solutio eiusdem.**

¶ Ad secundam instantiam. Dico primo: ꝙ volūtas cū transeat imperfectam identitatem realem in essentiaꝝ diuinā: nullo modo potest ipsam continere nec proprie nec quasi: vt etiam Doct. tenet in pluribus locis. ¶ Dico secundo: ꝙ si voluntas haberet a se originatiue. ꝙ sic posset causare talem notitiam posset concedi ꝙ contineret: vel quasi contineret: sed non sequitur de essentia: quia ipsa essentia originatiue continet voluntatem: accipiendo voluntatem pro potentia volitiua. et hoc patet a Docto. in primo distin. 8. questio. 3. & in quolibet. questio. prima. 25. et ideo quamuis possit causare notitiam distinctam deitatis: siue abstractiuam: siue intuitiuam. non sequitur ꝙ contineat essentiam nec proprie nec quasi cuꝝ hoc habeat: non a se: sed fundamētaliter et originatiue ab ipsa essentia diuina. **2. rñsio.** ¶ Dico tertio: ꝙ non sequitur de omni notitia distincta: sed si habet veritatem: habet veritatē de prima notitia et adequata essentie diuine. qualis notitia est in intellectu diuino: que notitia est formaliter infinita: & perfecte adequatur obiecto essentie diuine: siue ipsi essentie diuine. potens ergo causare immediate talem notitiam continet virtualiter: vel quasi continet ipsam essentiam. Sed hoc non sequitur de notitia non adequata ipsi essentie diuine qualis est omnis notitia causata i intellectu creato a voluntate diuina Quāuis ergo possit causare notitiam distinctam deitatis: tā abstractiuam ꝙ̄ intuitiuam in intellectu creato: non tamen sequitur: ꝙ contineat virtualiter ipsam essentiam diuinam: quam responsionem bene nota propter multa. **3. & singulariter notanda.**

Ad.3. ¶ Ad tertiam instantiam Dico ꝙ poterit distinctissime cognoscere infinitatē intensiuā. & ſm omnē gradū infinitatis. Et cuꝝ infertur: ꝙ tunc potest comprehendere ipsam. Dico ꝙ non omnis cognitio etiam distinctissima: ē comprehensiua obiecti cogniti: sed precise illa que obiecto adequatur: sic ꝙ in se sit talis intensiue quantū obiectum est intensiue cognoscibile. Si enim obiectum est intensiue infinitum. sequitur ꝙ erit intelligibile infinite intensiue: et natum intelligi intellectione formaliter infinita vt exposui supra. questio. 5. **Non oīs cognitio distinctissima ē cōprehēsiua obiecti cogniti & ꝙ̄ sit cōphēsiua.**

¶ Et cum vltra infertur: ꝙ habens talem conceptum sic distinctum posset esse perfecte beatus. Dico ꝙ si loquamur de beatitudine viatoris. inquantum viator ꝙ tunc esset perfectissime beatus: immo magis beatus: ꝙ̄ aliquis philosophorum potuerit esse in cognitione substantiarum separatarum: quia nullus potuit peruenire ad cognitionem distinctam alicuius substantie separate. vt probat Doctor in prolog. questio. 1. & in primo distinctio. 3. questio. 1. Sed hic viator haberet ex hypothesi cognitionem distinctam obiecti beatifici. Sed loquendo de beatitudine comprehensoris qualem nunc beati habent in patria: dico ꝙ intellectus viatoris in tali cognitione etiam distinctissima non fuisset beatus: quia talis beatitudo consistit in cognitione faciali & intuitiua obiecti beatifici. Si dicaꝝ quomodo cognitio intuitiua obiecti beatifici & abstractiua eius

dem differunt. Si numero tm̄/ergo erit viator i tali conceptu eque beatus: vel saltem erit similiter beatus formaliter: sicut nūc existēs in patria est beat⁹: quia iste beatitudines non differrēt nisi numeraliter. Si differūt tm̄ sicut perfectū ⁊ minus perfectum. patet: ꝙ adhuc erit beatus: licet non ita perfecte: ⁊ si talis cōcept⁹ abstractiuus potest intendi: intantum posset intendi: ꝙ in illo esset eque perfecte beatus. sic enim arguit Doct. in quarto distinct. 49. contra opi. Tho. Si differūt specie sicut Doc. videtur tenere in tertio distinc. 31. ⁊ in quarto distin. 49 quia cognitio abstractiua ⁊ intuitiua eiusdē obiecti specie distinguuntur: vt patet a Doc. in secūdo distinc. 25. Et sic in proposito cognitio abstractiua ⁊ intuitiua eiusdem deitatis differunt specie. Et hoc ꝓpter aliam ⁊ aliam presentiam obiecti: vt dicit Doc. in tertio distin. 31. ⁊ in quarto distin. 49. ⁊ sic patet ꝙ habens cognitionem abstractiuam etiam distinctissimam non erit beatus proprie loquendo de beatitudine. Si dicatur ꝙ forte hoc non videtur sequi. scilicet ꝙ alia ⁊ alia presentia obiecti causet ⁊ alium ⁊ alium actū specie distinctū: quia sm Doc. in primo distin. 1. q. 4. dicit ꝙ actus voluntatis non variatur ꝓpter aliam ⁊ aliam approximationem ad obiectū: vide ibi. Sed quia hoc non est presentis speculationis: vide in tertio distin. 3 . ⁊ in quarto distin. 41. vbi pertractaui hanc materiam soluendo etiam presentem et alias instantias in hac materia. ista pro nunc sufficiant

Ad. 4. ¶ Ad quartam instantiam de specie intelligibili respectu talis cōceptus distincti. Dico ꝙ vtrūq; membrum potest dari. Et primo potest dari. ꝙ prius causet speciem quia talis species necessario requiritur vt habeatur presentia obiecti prout potest haberi in aliquo representatiuo. ita ꝙ esset impossibile in cognitione abstractiua aliter esse presens. Cū dicitur ꝙ potest quodlibet absolutum immediate causare alio absoluto non causato. Dico primo. ꝙ et si actum voluntatis absolutum possit immediate causare in aliqua voluntate actu intelligendi absolute non causato. tamen voluntas secundum illum actum nihil vellet cum velle necessario terminetur ad obiectum cognitum. non posset ergo immediate causare volitionem alicuius obiecti. que includit relationem aliquam ad obiectum. vt patet a Docto. q 14. quolibet. non prius causato actu intelligendi eiusdem obiecti cum talis necessario requiratur Sic in proposito tenendo. ꝙ species intelligibilis necessario requiratur ad hoc vt obiectum sit presens in cognitione abstractiua diceref ꝙ non posset voluntas diuina causare in intellectu viatoris conceptum distinctū deitatis quo distīcte cōciperet illā. nō prius causato rep̄sētatiuo eiusdem. s. specie intelligibili: posset tamen causare absolute talem cōceptum: qui nullo modo terminaref ad obiectū. Et cum infertur: ꝙ si talis species necessario prerequiritur: ꝙ tunc voluntas diuina posset determinari a secunda causa quod habet pro inconuenienti: vt patuit in primo dist. 1. q. 4. Dico breuiter ꝙ ibi in primo esset inconueniens: quia vere prima causa determinaretur ad agendum a secunda causa: quia Henri. posuit ꝙ ad visionem obiecti beatifici necessario sequatur fruitio eiusdem. ita ꝙ si voluntas diuina causet in aliquo intellectu visionem claram deitatis ꝙ necessario causabit fruitionem essentie in voluntate eiusdem. et sic bene sequitur. ꝙ si necessario causat fruitionem prius causata visione tunc determinabif a secunda causa. Sed in proposito hoc non sequitur: quia non pono: ꝙ causata specie intelligibili deitatis ꝙ necessario causet conceptū distinctum eiusdem. immo pono ꝙ stante tali specie: potest esse ꝙ talis conceptus nullo modo erit: sed dico ꝙ conceptus non poterit esse nisi prius causata specie: vt ꝓprio representatiuo eiusdem obiecti. Sicut etiā dico de actu volendi ꝙ potest stare cognitio perfectissima obiecti ēt intuitiua. et tamen non erit volitio eiusdem. sed non potest esse volitio actualis obiecti: nisi precedat cognitio eiusdem. Hoc idem ponit Doc. ꝙ de potentia dei absoluta pōt esse perfectissima visio deitatis: et non erit fruitio: cuius oppositum dicebat Henri. in primo vbi supra. sed non potest esse fruitio sine visione precedente: cum illa necessario requiratur. Et sic patet quomodo potest sustineri ꝙ in conceptu distincto deitatis prerequiritur species intelligibilis representans eam in rōne obiecti actu intelligibilis. Si dicatur ꝙ multa obiecta possunt intelligi abstractiue: que tamen non habent speciem intelligibilem: vt patet de materia prima de passionib⁹ de relationibus: que non habent proprias species intelligibiles. Dico ꝙ obiectum esse presens potentie cognitiue respectu cognitionis abstractiue potest pro nūc dupliciter intelligi. primo: ꝙ sit presens presentia propria et formali: et hic voco presentiam propriam et formalē quando habet propriam speciem. secundo ꝙ sit presentia alterius presens: ꝙ ipsum virtualiter continet. Hoc premisso. Dico ꝙ semper requiritur species intelligibilis: vel ꝙ habeat speciem propriam: vel ꝙ contineatur virtualiter in aliquo obiecto habente speciem propriā. Sicut etiam aliquid potest esse presens in cognitione intuitiua: vel in se formaliter: ⁊ sm propriam existentiam presens: vel ꝙ virtualiter contineatur in alio habente ꝓpriam presentialitatem: hec distinctio habetur a Doc. ī primo dist. 8. q. 3. ⁊ in quoli. patet ergo ꝙ sicut ī cognitione intuitiua obiecti: requiritur ꝙ tale obiectum vel sit ī se presens sm propriam existentiam: vel ꝙ contineatur in alio virtualiter perfecte presente sm propriam existētiam. Sic in cognitione abstractiua obiecti requiritur: ꝙ tale obiectum vel sit presens sm propriam speciem ītelligibilem: vel ꝙ virtualiter contineatur in alio perfecte presente sm propriam speciem intelligibilem. Sed de hac materia. s. speciei intelligibilis prolixe tractatū est in primo dist. 3. q. 2. ⁊: q. 1. ⁊. 6. vide ibi singularia dubia. et precipue. q. 2. ⁊. 3.

Obcm̄ eē pn̄s ptīe cognitiue pt duplr ītelligi.

¶ Si teneatur aliud membrum scilicet ꝙ possit immediate a volūtate diuina causari cōceptus distinctus deitatis nulla specie intelligibili precedente. potest faciliter responderi ad instātiam: ꝙ aliud est loqui de obiecto cognoscibili abstractiue vt terminatiuo cognitionis abstractiue: ⁊ aliud de obiecto motiuo intellectus respectu cognitiōis abstractiue. primo nullo modo videf necessaria species intelligibilis: quia sine illa obiectum potest perfecte terminare illam cognitionem: et patet: quia obiectum vt quiditatiue acceptum. et vt absolute consideratum terminat hanc cognitionē quando enim cognoscitur distincte obiectum cognitione abstractiua: talis cognitio terminatur ad obiectum sub ratione quiditatiua propria: aliter distincte non cognosceretur Sed si terminaret prout habet esse sic representatum: tunc terminaret: non per se nec quiditatiue sed tm̄ per accidens et sm quid: quia accidit sibi sic esse presens. Secundo modo loquendo de obiecto motiuo. Dico breuiter: ꝙ Doc. ponit in nobis necessitatem speciei intelligibilis: qr stante absentia obiecti in se nulla cognitio eiusdem haberi posset. Sed posita specie intelligibili: talis species supplet vicem obiecti. et sic ipsa vna cum intellectu agente causat in intellectu possibili notitiam abstractiuam: vt patet a Doc. in primo distin. 3. q. 6. ⁊. 8. ⁊ distin. 17. ⁊ in. 2. distin. 3 ⁊ in. 4. distī. 10. ⁊ in quoli. requiritur ergo species intelligibilis vt causa respectu notitie abstractiue: et hoc exposui in primo vbi supra. Modo voluntas diuina potest supplere vicē omnis causalitatis secunde. vt patet. et sic poterit supplere causalitatem cuiuscunq; speciei intelligibilis: et īmediate causare conceptum abstractiuum cuiuscūq; obiecti: et sic immediate poterit causare in intellectu nostro conceptum distinctum ⁊ abstractiuū essentie diuine nulla specie intelligibili presupposita. Et sic patet quomodo vtrunq; membrū est sustentabile: tamen scd̄m membrum videtur magis verum et magis ad mentem Docto. subtilis.

Quare secūdū sco. spēs itelligibilī nobis sit necessario.

ad. 5. rōes

¶ Ad quintam instantiam dico. primo: ꝙ aliud est mouere intellectum ad cognitionem alterius ī ratione obiecti: et aliud est mouere non in ratione obiecti. Exemplum. puta homo mouet intellectum necessario ad cognitionem puta risibilitatis: et tunc aut mouet in ratione obiecti. id est vt habens precise rationem obiecti motiui: aut alio modo mouet non habendo rationem obiecti motiui: sed precise habendo rationem talis entis. Primo modo concedo: ꝙ non potest mouere aliquem intellectum: nisi prius in tali intellectu causet notitiam sui: quia vt sic cum moueat per modum nature necessario prius causabit notitiam sui perfectam quantum potest: ꝙ̄ notitiam alterius in co

virtualiter cōtenti. Et hoc modo essentia diuina que est presens intellectui diuino in ratione obiecti perfectissime intelligibilis: nunꝙ posset mouere talem intellectū ad cognitionē alterius extrinseci. puta creature nec alicuius intrinseci puta attributi. vel ꝓprietatū nisi prius moueret ad notitiam sui distinctaʒ: vt patuit supra. q. 5. quoli. Secūdo modo aliquid posset mouere ad notitiam alterius: sine hoc ꝙ moueat ad sui notitiā: quia vt sic tale obiectum nō esset presens intellectui in ratione obiecti intelligibilis. Et hoc expresse patet in multis. Nam species intelligibilis. mouet imediate intellectū ad notitiam obiecti: cuius est: ⁊ tamē nō mouet ad notitiā sui. primo. ⁊ hoc est: quia talis species nō est pro tunc p̄sens intellectui in ratione obiecti intelligibilis. Similiter intellectus agens immediate mouet ad notitiam aliorū et tamen nō primo cognoscitur: imino pro statu isto nullo modo mouet ad notitiam sui: vt patet a Doc. ⁊ hoc est quia talis intellect⁹ pro statu isto: nunꝙ potest esse presens intellectui possibili in ratione obiecti actu intelligibilis. ⁊ voco obiectū actu intelligibile quod immediate potest mouere intellectū ad sui notitiam vel ꝙ saltē virtualiter cōtineatur in alio quod immediate potest mouere: vt exposui in p̄mo distin. 3 q. 7. declarādo titulū. q. 1. licet ergo intellectus agens ſm suā formalē entitatē sit perfecte presens intellectui possibili: pro statu tamē isto nullo modo est in specie intelligibili propria. nec in se presens in ratione obiecti actu intelligibilis. vt patet a Doct. in prolo. q. 1. Sic dico in proposito. ꝙ quāuis voluntas diuina sit in se perfecte presens intellectui creato. non tamen necessario est presens in ratione obiecti actu intelligibilis. Et ideo potest immediate causare conceptum distinctum deitatis et non erit prius cognita. Dico secundo ꝙ aliud est loqui de obiecto precise mouente per modum nature ⁊ de obiecto precise mouente per modum voluntatis. quia primo modo tale obiectum. vt presens in ratione obiecti actu intelligibilis necessario prius mouet ad notitiam sui ꝙ aliorum etiā virtualiter in ipso contentorum. Sed secundo mō non apparet necessitas ꝙ prius moueat ad sui notitiā etiam tenendo ꝙ sit perfecte presens in ratione obiecti actu intelligibilis. et hoc est. quia est obiectum voluntarium. Et hoc patet in primo distinctione tertia vbi multa de istis exposui. ¶ Ad vltimam instātiam. Dico breuiter. ꝙ stante tali conceptu nullo existente impedimento. et concurrente influentia generali voluntatis diuine. ꝙ tunc cognoscet omnia virtualiter contenta. Si stante tali conceptu perfecto posset voluntas diuina suspendere actionem talis conceptus quia potest omnem actionem cuiuscunꝙ cause secunde suspendere.

Obiectuʒ actu itelligibile qd.

Nota de obiectō mouente naturalite⁊ libere dr̄a3

Ad vltimaʒ rationem.

¶ Contra octauum dictum: qđ tale est ꝙ viator non potest ex puris naturalibus demonstratiue: propter quid cognoscere istā deus est omnipotens: ⁊ hoc tam mediate ꝙ immediate. Instatur sic: primo supponendo aliqua. primo ꝙ viator est ille qui non habet notitiam intuitiuā vt supra dixi sed potest habere cognitionem abstractiuam deitatis. et hoc per potentiam diuinaʒ: vt supra patuit. Et de isto viatore non intelligitur conclusio: q2 talis habens huiusmodi conceptum siue notitiam deitatis posset demonstratiue scire deum esse omnipotentē: vt supra patuit. Sed conclusio intelligitur de viatore: ꝗ tantum habet fidem et cognitionem ſm inclinationem fidei: vel etiam aliam cognitionē: que sibi nō repugnet ex puris naturalibus: vt patet in littera. Conclusio ergo intelligitur: ꝙ stante cognitione que de lege communi habetur per fidem non potest ex puris naturalibus cognoscere hanc. deus est omnipotens. non intelligitur ergo conclusio ex puris naturalibus simpliciter: sed p̄supposito lumine fidei que habetur de communi lege: adhuc ex naturalibus non potest ptingere ad huiusmodi notitiam. secundo suppono ꝙ ſm fidem viator potest esse certus. Primo ꝙ deum esse omnipotentē est demōstrabile propter quid: vt supra patuit. Ex lumine etiam fidei est certus: ꝙ viator potest scire i generali quale sit medium demonstrandi illam conclusionem: quia. s. est voluntas dei perfectissima: vt ipse Doct. cōcedit. Et etiā de multis alijs p̄t esse certus: ex quib⁹ intendo īferre ꝓpositum. s. ꝙ stante lumine fidei ſm legem communem potest demonstratiue scire propter quid deum esse oīpotentez. ¶ Primo. ergo instatur sic. Aut scit propter qđ deum esse oīpotentem: aut scit ipsum non esse oīpotētē. Si primo. ergo potest cognoscere demonstratiue ꝓpter quid deum esse omnipotentem. patet: quia si scio hominem esse risibilem. propter quid ergo scio demōstratiue propter quid. Si secundo: ergo non erit demonstrabile propter quid. quia nihil scitur nisi verum. Si enim scio hominem non esse risibilem: propter quid: ergo hominē esse risibilē: propter qđ non est demonstrabile ꝓpter qđ.

Cōtra octauū dictum.

trā.

Scdo.

¶ Secundo instatur sic: viator scit voluntatem p̄fectissimam esse mediū ꝓpter quid ad demonstrandū deū esse omnipotentē: ⁊ hoc scit ex puris naturalibus: vel solo lumine fidei p̄supposito ꝙ ex puris naturalib⁹ pōt scire ꝓpter qđ deum eē oīpotentem. aīs patet: quia etiā est concessum a Doc. cōsequentia etiā patet: q2 hn̄s mediū ꝓpter qđ pōt scire conclusionem propter qđ. Si eñ cognosco aīal rōnale esse medium: ꝓpter qđ ad demōstrādum istam cōclusionē: homo ē risibilis: statim possum demonstratiue ꝓpter qđ scire hoīem esse risibile.

Tertio.

¶ Tertio instat̄ sic. viator ex puris naturalibus: vel saltem p̄supposito lumine fidei scit deum mere cōtingēter agere ad extra: vt patet a Doc. in pluribus locis. secundo scit: ꝙ prima causa cōtinet cāūitatem oīum secundarum cāꝝ. Scit etiā ꝙ si cōtingenter ꝓducit quicquid ad extra ꝓducit: ꝙ pōt imediate ꝓducere effectum imꝑfectū: hoc non sequeret̄ apud Arist. q2 ipse vellet ꝙ non posset immediate ꝓducere effectū imꝑfectū: ⁊ hoc: q2 agit ꝑ modum nature ⁊ necessario. Si sic agit libere tollitur hoc impedimentum. Ex istis sequit̄ ꝓpositū. auctor scit deū cōtinere oēm cāūitatem cause secunde: et scit ip̄m mere contingenter agere ad extra ⁊ a nulla secūda cā necessario determinari ad agēdum: ergo ex puris naturalibus scit deum posse agere oēm effectū imediate: et per cōsequens scit ipsum esse oīpotentem oīpotentia imediata de qua est dubiū. ¶ Rn̄deo ad oēs istas instantias. Ad primam. dico ꝙ negat̄ vtrunꝙ mēbrum. Sic etiā hic pater in diuinis si generat deū: aut generat aliū deuʒ: aut generat aliū nō deū: nulla ꝓpositio illius disiunctiue cōceditur: nec sunt contradictorie: sed bene iste: aut generat aliū deū: aut nō gn̄at aliū deū: secūda est ꝯcedēda vt patet a Doc. in primo dist. 4. q. 1. Sic dico in proposito: nec ille due contradicunt: sed bene iste due: aut scit deuʒ esse oīpotentē: esse demōstrabile ꝓpter qđ: aut nō scit eē demonstrabile ꝓpter quid: conceditur secunda: q2 hoc tm̄ credit̄. Si etiam concedatur prima in hoc sensu. s. scio per fidem deum esse oīpotentem esse demonstrabile propter quid. ergo possum ex puris naturalibus demonstratiue propter quid cognoscere deum esse omnipotentem non sequitur. Si dicatur ad primā rn̄sionem. s. ꝙ bene sequitur: ꝙ viator sciat deum non esse oīpotentem ꝓpter quid: quia a negatiua de predicato finito ad affirmatiuam de predicato infinito: valet cōsequentia. Dico vt dixi in primo dist. 4. q. 1. ⁊ dist. 21. vide ibi quō teneat illa consequentia.

Ad rōes cōtra. 8. dictum Ad. 1.

¶ Ad ſm. Dico ꝙ ꝗuis sciam in confuso: ꝙ voluntas perfectissima est medium ⁊c. nō tamē ex hoc sequitur: ꝙ ego possum illam conclusioneʒ demōstrare ꝓpter quid: sed requiritur: ꝙ ego sciam illud medium distincte: quia medium in demonstratione potissima debet esse primo notum distincte: non eñ sufficit scire medium sic in generali et in cōfuso: quia nec vt sic ponitur medium in demonstratione propter quid: sed ponitur medium sub sua ratione formali et distincta: et vt sic debet cognosci si vult demonstrare ꝓpter quid. Per hoc idem dico ad secundam instantiam. ¶ Ad dubia sequentia pro nunc omitto: sed relinquo illa ingeniosiorī ⁊ subtiliori me. Et sic finis huius questionis.

Ad. 2.

¶ Questio Octaua.

VTrum fili⁹ siue verbū

in diuinis habeat causalitatem ꝓpriam respectu creature. i. an habeat propriam rationem formalē causandi creaturas ī ista questio. sunt tres articuli p̄cipales. Primo an aliqua ratio formalis cāndi sit propria verbo. secundo an aliquis modus vel ordo i cāūitate se

De articulatio. q.

q.1.art.9. in causando sit ꝓprius sibi. ¶ Tertio vtrum aliquis respe
Expõsit. ctus causalitatis: vel aliquis alius respectus ad creatu
ram includatur per se in eius proprietate cõstitutiua.
¶ De primo. Quãuis Doc. hunc primum articulum ꝓ
bauerit in scdo. dist. 1. q. 2. articu. primo ⁊ in primo distin.
1. rõ. doc. 25. immo ibi in primo quasi totam. q hic positaȝ ⁊ omnia
sint ibi exposita: tamen quia etiam hic addit aliqua: ordi
nate procedam exponendo. q. Et primo primuȝ articu.
Probat ergo in isto primo articulo: ꝙ filius nõ habeat
propriam rationem formalem causandi creaturas effe
ctiue: ⁊ primo auctoritatibus. Et primo ꝑ Aug. 5. de tri
ni. c. 27. vel. 14. Ad creaturam inquit pater et filius et
spiritussanctus sunt vnum principium sicut vnus crea
tor et vnus deus. Ex hoc videtur ꝙ sicut est in eis vna
formalis deitas per quã dicuntur vnus deus: sic est vna
formalis ratio causandi et principiandi per quam dicũt
vnus creator et vnum principium. hoc idẽ vult Diony.
de di. no. Cõmunia inquit totius diuinitatis sunt cau
2. rõ. sabilia omnia. i. ꝙ omnia causabilia sunt a tota trinitate
ita: sicut ab vna persona ita ab alia. ¶ Scdo probatur
ratione a posteriori sumpta ab actu causandi siue ab ef
fectu. de quo actu causandi ait Saluator Joan. 5. que
cunqȝ ille: scilicet pater fecerit hec et filius similiter fa
cit: per hoc ꝙ ait quecunqȝ. patet ꝙ non se habent pater
et filius in agendo: sicut causa vniuersalis et particula
ris: sicut sol et pater in generatione animalis. Et dicit
causa vniuersalis: quia ad plura se extendit: ꝙ̃ particu
laris. Dicitur etiam vniuersalis: quia superior. et talis
communiter determinat particularem ad agenduȝ. Si
ergo omne causabile ita est a filio sicut a patre patet ꝙ
vna non erit vniuersalis et alia particularis. immo vtra
qȝ vniuersalis erit. Ex hoc ꝙ ait. Hec: patet ꝙ non sunt
cause varie respectu aliorum causatorum sed eorundeȝ
patet: quia bene sequitur quecunqȝ facit pater hec fa
cio. ergo eadem que precise producuntur a patre produ
cuntur a filio. Ex hoc ꝙ ait facit. patet: ꝙ non se habẽt
pater et filius sicut agens. et ratio agendi: ratio quippe
agẽdi nõ ꝓprie agit. cũ ꝙ̃ dr̃ ꝙ pr̃ facit: notaꝛ ꝑ hoc ꝙ bũ
facit: ꝙ pater sit agens et non ratio agẽdi. et si filius ea
dem facit. notatur ꝙ ita sit agens et non ratio: scilicet a
gendi sicut et pater. Et ꝙ dicit: ꝙ illud quod est ratio a
gendi non agit, quomodo hoc debeat intelligi: vide que
dicit de qualitatibus actiuis & passiuis formaliter vel virtualiter. Qualitates actiue & passiue formaliter sunt ille que mutuo formaliter se expellunt: sicut caliditas et frigiditas. Et nota q caliditas in igne dicitur qualitas actiua pro quanto est ratio formalis causandi caliditatem in ligno frigido: ita q caliditas formaliter causata opponitur frigiditati ligni et ipsam expellit tamen formaliter et non actiue. Et hoc modo caliditas in igne posset dici virtualiter opponi frigiditati ligni: quia est ratio producendi in ligno caliditatem que formaliter opponitur illi frigiditati: quia aliquid opponi virtualiter alteri est habere in virtute sua effectum qui formaliter opponitur illi alteri: vt supra patuit in primo dist. 2. parte. 1. q. 1. & in quarto dist. 49. q. 12. Hoc idem dico de frigiditate. puta in terra si esset fortior caliditate. puta aeris: tamen frigiditas in ligno & caliditas in igne dicuntur esse qualitates opposite formaliter. quia vna ex sua ratione nata est opponi formaliter alteri & econtra: & sic possunt dici qualitates opposite formaliter. scilicet formaliter & virtualiter modo prius exposito Sed caliditas in igne tantum opponitur virtualiter humiditati ligni: si tamen illa caliditas sit ratio formalis producendi siccitatem formaliter oppositam humiditati: quia videtur contineret virtualiter effectum formaliter oppositum humiditati. Nota etiam cum dicit q celum & ignis non habet obiectum receptiuum transmutationis adinuicem Si intelligit q celum non habet materiam receptiuam forme ignis quantum est ex parte illius materie. Hoc non videtur: quia materia celi est eiusdem rationis cum materia ignis: vt supra dixi. Si vero intelligit q materia celi non potest transmutari ab igne: quia ignis non posset abiicere formam celi a tali materia: hoc verum est: quia ex quo forma celi a solo deo est immediate creata: ab ipso etiam solo potest immediate corrumpi: vt patet a doc. in secundo dist. 14. Ex his patet quomodo corpus non potest conuerti in animam. Tum quia anima non est nata pati ab aliquo corpore secundum aliquas qualitates passiuas corporales tamen (sed bene nata est pati secundum qualitates spirituales & recipi a corpore saltem vt causa partiali speciem intelligibilem & actum intelligendi: vt patet a doct. in primo dist. 3. q. 7. Immo & Angelus natus est sic pati de quo minus videtur: vt patet a doc. in secundo di. 3. q. 10. & dist. 9. & in quarto dist. 45.) vt patet. Tum etiam quia anima non habet aliquam materiam et non propter istas duas rationes corpus non potest conuerti in animam nec econtra: quia omne agens naturale agit tantum in corpus: & per consequens agit in extensum: anima autem est omnino inextensibilis. ¶ Ibi. Ad aliam auctoritatem que est Boe. Doctor. soluendo auctoritatem Boetii dicit q loquitur tamen de conuersione eorum adinuicem que habent materiam communem: & sic ignis virtute naturali dicitur conuerti in aerem pro quanto forma ignis desinit esse: et forma aeris immediate inducitur in materia ignis: que forma aeris immediate succedit forme ignis. Similiter aer dicitur conuerti in ignem pro quanto forma aeris desinit esse: et in materia illius in eodem instanti quo forma aeris desinit esse inducitur forma ignis. Talia ergo habentia materiam communem sunt virtute naturali adinuicem conuertibilia: loquendo semper de conuersione totius in totum: accipiendo totum tantum categorematice: et non syncategorematice. Si totus ignis syncategorematice conuerteretur in aerem. sic q etiam materia ignis desineret esse. tunc ignis & aer non dicerentur communicari in materia communi. tunc enim ignis & aer communicant in materia communi pro quanto materia ignis recipit formam aeris: & materia aeris recipit formam ignis. Et addit q etiam non omnia que habent materiam communem sunt adinuicem conuertibilia loquendo de conuersione immediata que tantum fit per vnam transmutationem & hoc virtute agentis naturalis. patet. quia licet es & lignum habeant materiam communem: non tamen ab agente naturali: potest es immediate conuerti in lignum: ita q in eodem instanti quo forma eris desinit esse: immediate inducatur ab agente naturali forma ligni in materia eris. licet forte possit conuerti mediate. scilicet per multas transmutationes. puta. quia es primo transmutetur in terram: & terra in lignum &c. Et nota q illa sunt adinuicem immediate conuertibilia ab agente naturali que habent qualitates actiuas & passiuas. Sicut ignis immediate potest conuerti in aerem: quia ignis est calidus et siccus aer vero calidus & humidus. ¶ Ibi. Si obiicias: q sic. Intelligendo dicta sua non potest haberi conclusio quam intendit probare scilicet q humanitas non possit conuerti in deitatem quia secundum predicta ex premissis suis non poterit predicta conclusio concludi. nisi de conuersione immediata que posset fieri virtute nature. scilicet q ex quo natura humana et deitas non communicant in materia communi: nec habent qualitates actiuas & passiuas. Ideo humanitas non potest immediate conuerti in deitatem: sed de tali conuersione non fuit contradictio inter ipsum & Eutichen. & sic Boetius per hoc non probat q intendit probare contra Eutichen. scilicet q humanitas non potest conuerti in deitatem: quia apud Eutichen non sequeretur humanitas: quia non communicat cum deitate in materia communi: nec in qualitatibus actiuis & passiuis ergo non potest conuerti in deitatem: quia nec hoc modo corpus communicat cum anima. & tamen corpus virtute diuina potest immediate conuerti in animam: vt supra patuit. ¶ Respondet specialiter doc. q ratio Boetii in premissis suis non plus concludit quam quod dictum est supra. scilicet q natura humana non potest conuerti in deitatem tali conuersione que requirit subiectum commune: et principia agendi & patiendi mutuo in conuersis. Si tamen ex dictis Boetii volumus concludere esse simpliciter impossibile humanitatem posse conuerti in deitatem etiam per diuinam potentiam poterit concludi per argumentum a maiori: & hoc presupponendo aliqua. Primo q diuinitas non minus excedit actiuam potentiam etiam increatam in ratione termini. scilicet producibilis quam vnum ens naturale excedit quamcunque potentiam naturalem comparatam ad aliud ens naturale. puta comparando es ad lignum sic q vtrumque comparetur ad potentiam actiuam naturalem: ita q deitas non minus excedit potentiam actiuam increatam in ratione producibilis: comparando illam ad aliud ens. puta ad humanitatem quam es in ratione causabilis excedat totam potentiam actiuam creatam: vt comparatur ad aliud ens. puta ad lignum. Sequitur ergo. si tota natura creata non potest immediate conuertere lignum in es. scilicet corrumpendo lignum & in materia ligni immediate inducere formam eris: que tamen sunt causabilia & corruptibilia virtute creata. & etiam adinuicem conuertibilia: sʒ non immediate: multomagis sequitur q etiam virtute diuina humanitas non potest nec immediate: nec mediate conuerti in deitatem: ita q deitas succedat ipsi humanitati cum sit omnino incausabilis: et omne quod alteri succedit: siue mediate: siue immediate est causabile. Et sic patet intentio Boetii. ¶ Secundo principaliter arguit contra istam rationem quia tunc videtur sequi q deus posset immediate conuertere substantiam in accidens. cum vtrumque subsit virtuti diuine tam quo ad esse quam quo ad non esse. Et sic si substantia conuerteretur in accidens ipsa posset fieri inherens. sicut et accidens. Et similiter posset conuertere absolutum in respectiuum propter causam superius dictam. et ita absolutum posset habere duos terminos. & sic absolutum esset respectiuum. Et patet responsio ex supradictis: quia substantiam conuerti in accidens est substantiam desinere esse et accidens immediate causari succedens ipsi substantie desinenti esse: sed si substantia sic conuerteretur in accidens: ita q substantia sit realiter accidens et non desineret esse formaliter et realiter accidens: tunc substantia esset formaliter inherens: sed casus est impossibilis sicut q homo conuertatur in asinum. sic q maneat homo et sit formaliter et quidditatiue asinus: sed bene homo potest conuerti in asinum. sic q asinus potest immediate succedere homini desinenti esse. per idem patet ad illud de absoluto et respectiuo. potest enim deus conuertere lapidem in similitudinem: quia in eodem instanti quo annihilat lapidem potest immediate creare duo alba inter que oritur similitudo: & sic talis similitudo in eodem instanti quo lapis desineret esse succederet lapidi desinenti esse. ¶ Tertio principaliter instat contra illam rationem: quia q agens in virtute actiua habeat tota-

liter vtrunqȝ terminum non infert nisi ꝙ potest totaliter istũ destruere quod est annihilare et illum totaliter producere quod est creare: ⁊ illud annihilare non est conuertere hoc in illud. ¶ Respondet doct. ꝙ hec ratio non improbat specialiter conuersionem totalem quantitatis in aliquid de nouo sibi succedens. nec in aliquod preexistens: sed si aliquid improbat: improbat generaliter conuersionem totalem. scilicȝ ꝙ aliquod totum syncategorematice non possit conuerti in aliud. Sed hoc in presenti questione supponitur tanꝙ verũ scilicet ꝙ deus potest aliquod totum syncategorematice cõuertere in aliud. puta lapidem in angelum annihilando scilicet ipsum lapidem ⁊ creando angelum succedentem lapidi annihilato. hoc probatur in quarto distinct. 10. Licet ergo generaliter concedatur: ꝙ deus possit conuertere totaliter aliquid in aliud: est tamen specialis difficultas: an possit conuertere ipsum in aliquod sibi succedens: vel in aliquod p̃existens: ⁊ sic ex supradictis patet primus articulus.

De secundo articulo principali. qui est: an sit possibile ꝙ quantitas separata possit conuerti in aliquid preexistens: vt in corpus christi actu preexistens.

Scḋs articulus ꝓncipalis

Hic doc. adducit primam opinionẽ Egidij de Roma in theoro. suis theoro primo q̃ ꝯcordat cũ Doct. quo ad ꝯclusionẽ. videlicȝ ꝙ est possibile quantitatem separatam conuerti in corpus christi preexistens: sed discordat in modo probandi eandem cõclusionem: quem modum Doct. improbat. Adducit ergo primo probationem ipsius Egidij. ⁊ presupponit duo. Primo ꝙ deus non agit per motum: cum sit simpliciter primum agẽs et per consequens potest eandem formam distinctam reducere in eadem materia in qua prius fuit. nam ideo prohibetur eadem forma redire actione alicuius agentis creati: quia agens creatum agit per motum. qui motus cum sit successiuus non potest idem numero redire. Vult ergo ꝙ forma acquisita per motum: si est destructa non potest eadem numero redire. nisi ⁊ idem motus numero per quem prius fuit acquisita possit redire. Sed hoc est impossibile s̃m Egidium. Secundum est: ꝙ deus respicat materiam vt est quid: et vt sic est indistincta. Nã materia vt quid accepta s̃m hanc opinionem consideratur precise vt est omnino indistincta. ⁊ per consequens consideratur vt simpliciter prius omni forma: qua materia distinguitur per aliam et aliam formam: quia per aliam ⁊ aliam formam ponitur alia ⁊ alia materia: ⁊ vltra. materia vt quid accepta est simpliciter indifferens ad omnem formam: ⁊ sic indifferenter potest recipere quamcũqȝ formam. ⁊ per consequens agens recipiens materiam vt quid: potest inducere in eam quamcunqȝ formam. ¶ Istis presuppositis: probat Egidius ꝙ deus potest cõuertere q̃titatem separatam in corpus christi preexistens. Nam ex primo presupposito deus potest formam destructam eandem reducere in suam materiam. Et ex secundo presupposito potest illam formam in quamcunqȝ materiam inducere. Cũ omnem materiam respiciat vt quid. Et pari ratione formã manentẽ in materia proprie potest eandem in quamcunqȝ materiam inducere. Sed ad identitatem forme in numero. Sequitur ꝙ eadem sit materia. ergo deus potest facere. ꝙ quecunqȝ materia fiat hec materia. sicut potest facere ꝙ fiat sub humana forma. potest ergo deus facere ꝙ forma corporis christi ponatur in materia panis: sicut potest facere ꝙ materia panis fiat sub humana forma. Et sic illa materia conuertitur in materiam illius corporis. Et forma in formam: ⁊ totum in totum. Et vis huius rationis in hoc videtur stare compositum. puta. a. conuerti totaliter in compositum. puta. b. est potentiale. a. informari forma ipsi9. b. hoc autem est potentiale. ergo prima probatur. scilicet ꝙ si potentiale. puta materia lapidis informetur forma ligni. tunc tale potentiale fit illud. puta fit forma ligni. patet. quia idẽptitas forme numeralis concludit identitatem materie. ita ꝙ materia vt sub tali forma dicitur precise eadem numero identitate numerali talis forme. Et ita conuertitur. a. in. b. non solum forma in formam. sed materia in materiam. et econtra. scilicet. b. conuertitur in. a. nam si materia lapidis actu fiat sub forma ligni. tunc est eadem numero identitate illius forme: ⁊ sic materia que desinit eẽ sub forma lapidis dicitur conuerti in materiam ligni. pro quanto fit sub forma ligni: et habet precise eandem identitatem numeralem quam et forma ligni habet: et per consequens forma lapidis conuertitur in formam ligni: ⁊ sic totũ in totum. Et sic patet hoc primũ quomodo scilicet compositum idem numero potest cõuerti in aliud compositũ. Probatio secunde: quomodo. s. deus potest conuertere panem in corpus christi: quia materia panis et materia corporis christi considerate vt quid: sunt simpliciter quid indistinctũ. Et sic tam in materia panis q̃ in materia corporis christi potest eadem forma induci ab agente respiciente eandem materiam vt quid: et sic deus potest formam corporis christi inducere in materiam panis: ⁊ sic corpus christi fiet panis: est similiter formam panis potest inducere in materiã corporis christi: ⁊ sic panis fit corpus christi vt cõuertitur in illud. Et similiter dico de quantitate separata: quia de9 potest illam inducere in materiam corporis christi. ¶ Ibi Contra illud. Hic doc. improbat positionem illam ⁊ dicit ꝙ omnes materie. puta materia Francisci. Joannis. Benedicti ⁊ huiusmodi vt quid: vel sunt precise vnum numero: aut sunt eiusdem rationis. puta quia conueniunt in materia communi: sed numero distincte. Si primo modo instat multipliciter: probando ꝙ tales materie vt quid non sunt idem numero. Et primo: quia est contra philosophum duodecimo metaphysice. capitulo secundo. tex. com. 27. qui sic dicit. Eorum que sunt in eadem specie diuersa sunt principia non specie: sed quia singularium aliud materia tua: et species. scilicet forma: ⁊ mouens. scilicet efficiẽs: ⁊ mea materia: ratione autem vniuersali eadem. Et sic patet. quomodo materia Francisci est alia numero a materia Joannis. similiter ⁊ forma Francisci est alia nũero a forma Joãnis. Si dicatur ꝙ illa diuisio materie numeralis est precise per aliam ⁊ aliam formam. Contra hoc sic arguit: quia materia est prior forma: ergo in illo priori alia est materia Frãcisci ⁊ alia est materia Joannis. vt magis ⁊ clarius infra patebit ¶ Secundo subtiliter probat: ꝙ si materia. puta ligni. ⁊ materia puta lapidis ⁊ huiusmodi: vt quid accepte essent idem numero: tunc forma ligni non posset educi: quia eam actu habet. Quod enim educitur de potẽtia alicuius: actu non est: nec potest esse in illo: nec etiaȝ sic forma lapidis posset educi de materia ligni. patet: quia ex quo eadem materia ligni ⁊ eadem materia lapidis sunt eadeȝ numero. sequitur ꝙ materia ligni actu haberet illã supple materiam lapidis. quod est impossibile. ¶ Tertio probat ꝙ etiam si de materia panis educeretur forma corporis christi non propter hoc materia panis fieret materia corporis christi nec per consequens materia panis conuerteretur in materiam corporis christi vt iste Egidius intendit ꝙ scilȝ sic intendit ꝙ ideo materia panis conuerteretur in materiam corporis christi: quia si forma corporis christi educeretur de materia panis. ita ꝙ reciperetur in materia panis: tunc materia panis esset eadem numero cum materia corporis christi: quam identitatem numeralem haberet precise per formam corporis christi inductam in materiam panis. Et propter talem identitatem numeralem dicit materiam panis conuerti in materiam corporis christi. Sed doctor ꝓbat: ꝙ etiam si forma corporis christi educeretur de materia panis: quod non propter hoc modo materia panis esset idem numero cum materia corporis christi. Et ratio doct. stat in hoc: quia ex quo materia panis est prior forma corporis christi: in illo priori habet propriam vnitatem numeralem: et similiter materia corporis christi est prior tam forma corporis christi q̃ forma panis: et in illo priori habet ꝓpriam vnitatem numeralem: ⁊ sic materia panis: ⁊ materia corporis christi vt sunt priores forma: tam corporis christi q̃ panis: sunt numero adinuicem distincta: ergo materia panis per hoc ꝙ recipit formam corporis christi: non fit materia corporis christi: cum nec materia panis: nec materia corporis christi habet suam propriam vnitatem a tali forma: nec similiter si i materia corporis christi induceretur forma panis. non propter hoc materia corporis christi fieret materia panis: quia materia corporis christi ⁊ materia panis nõ habent propriam vnitatem numeralem ab vnitate numerali forme panis: cum materia sit prior forma: ⁊ sic in illo priori sicut habet propriam entitatem numeralem et realem: ⁊ realiter distinctam a forma: vt ꝓbat doct. in secundo distinctione duodecima questione p̃ma. Ita habet propriam vnitatem. Sicut ergo materia non habet propriam entitatem a forma: cum sit posterior: ita nec propriam vnitatem. ꝙ autem materia sit prior forma ꝓbat auctoritate ⁊ ratione. Unde Augustin9. 12. confes. c. 16. Esse vtiqȝ aliquid nõ formatum potest formari aut quod non est non põt. Vult dicere ꝙ esse materie actu non habens formam potest informari tali forma: ⁊ per consequens erit prius forma: quia omne formabile aliqua forma est prius ea. ⁊ quod non habet eẽ non formatũ: siue quod non habȝ esse formabile non potest formari: hoc idem patet li. 13. c. 18. Cum aliud indigẽ sit celi et

terre materies: aliud celi et terre species. i. forma. materia quidem de nihilo omnino supple creata est: mundi autem species de informi materia simul. tamen vtrumque fecisti. hec ille. Ex quo patet q si forma mundi est facta de materia informabili: q materia illa saltem prius natura fuit illa forma. Et secundum illud primo metaphysice. text. com. 17. in antiqua translatione. In fundamento nature non est aliquid distinctum: quod debet intelligi de distinctione que est per formam: vt satis patet in secundo di. 12. q. 1. ¶ Probatur etiam per rationem: quia illa materia. puta materia ligni est eadem sub oppositis formis: quia eadem materia que actu est sub forma ligni manens eadem potest fieri sub forma ignis: prius corrupta forma ligni. Cum ergo materia possit manere sine forma: et forma non possit manere sine materia. sequitur q materia sit prior forma: nunc autem ad variationem posterioris non sequitur variatio prioris. Non ergo si hec forma reciperetur in aliqua materia: sequeretur q illa materia fieret illa. nam ibi non est nisi inductio forme in materiam: que materia prius eam non habuit: materia autem transiens a priuatione alicuius forme ad illam formam: non propter hoc talis materia fit illa materia que prefuit sub forma ad quam transit. ¶ Si intelligatur secundo modo. scilicet q quecunque materia vt quod est eadem: hoc est eiusdem rationis patet q non sequitur: q forma que est in illa materia. puta forma panis que est in materia panis posset eadem numero simul inesse alii materie sed tantummodo vt aliqua forma eiusdem rationis cum ea: puta aliqua forma panis possit inesse alii materie: sed hoc non sufficit ad habendum intentum secundum Egidium: qui ex hoc vult q totum dicatur conuerti in totum. puta. a. in. b. quia cum potentiale. a. sit sub forma. b. tunc materia. a. sit materia b. et per consequens forma. a. sit forma. b. et sic. a. sit. b. etc. ¶ Ibi videmus quantum ad istum articulum. Hic Doct. ponit modum proprium quomodo aliquid potest conuerti in preexistens. et dicit q hoc potest dupliciter intelligi. primo. q potest conuerti in illud quod aliquando fuit; sed nunc non manet. puta. vt lapis possit conuerti in ignem q aliquando fuit: et postea annihilatus est: et hoc modo si lapis debeat conuerti in lignum preexistens: prius tamen annihilatum: oportet q in eodem instanti quo lapis desinit esse creetur idem lignum quod succedat lapidi desinenti esse. Et tunc in hoc est hec sola difficultas: an scilicet idem annihilatum possit redire per diuinam potentiam? Et hec difficultas habet prolixe videri in quarto dist. 43. Secundo modo potest intelligi conuerti in preexistens quod scilicet preexistens prefuit: et nunc in eodem esse manet. Et hoc adhuc potest dupliciter intelligi. Uno modo. q manens simpliciter in esse prehabito: tamen aliqua nouitate superaddita illi esse sit terminus noue conuersionis puta q ibi sit noua presentia illius termini alicui. cui prius non fuit presens. puta q panis conuertatur in corpus christi actu preexistens: sic q corpus christi succedens pani annihilato non acquirat nouum esse substantiale: cum prius habeat illud: sed tamen nouam presentiam: puta q pane desinente fiat presens quantitati panis: cui quantitati panis prius fuit presens: vel si quantitas panis separata conuertatur in corpus christi: ipsi quantitati desinenti esse corpus christi: fiat presens loco in quo prius erat quantitas illa. puta q fiat presens aeri continenti illam quantitatem. Et sic corpus christi diceretur terminus talis conuersionis per nouam talem presentiam. Et hic modus conuersionis est possibilis: quia corpus christi prius habens esse potest acquirere nouam presentiam quam prius non habuit: vt diffuse pertractatur a doc. in quarto. dist. 10. q. 1. et di. 11. Alio modo q posset conuerti in preexistens: ita q tale preexistens quod ponitur terminus conuersionis: fiat terminus: quia ponitur terminus talis conuersionis nulla facta nouitate in illo. Et quo ad hoc videtur difficile sustinere q aliquid possit conuerti in sic preexistens. De primo ergo intellectu principalis diuisionis: et similiter de secundo intellectu subdiuisionis Doc. aliter non curat. quia primus intellectus: vt dictum: nullam difficultatem importat nisi an idem annihilatum possit redire. Et similiter secundus intellectus subdiuisionis nullam aliam difficultatem importat nisi an idem preexistens nulla nouitate facta in illo possit esse terminus talis conuersionis. Et de hoc habet magis videri in quarto. dist. 10. vbi etiam doct. videtur tenere q deus possit facere corpus christi esse vbi panis prefuit sine noua presentia: accipiendo presentiam pro aliquo addito corpori christi. siue illud additum sit entitas realis: siue respectiua. Sed de alio intellectu subdiuisionis. videlicet q tale preexistens sit terminus conuersionis per aliquid sibi additum puta per nouam presentiam sibi additam. de hoc Doc. principaliter intendit in hoc articulo. Et possibilitas talis intellectus clarius patet a doc. in quarto dist. 10. et. 11. ¶ Ibi. Contra ista argumenta. Hic doc. instat: primo probando q corpus christi non dicatur terminus conuersionis panis per nouam presentiam. Et ratio stat in hoc: quia conuersio panis in corpus christi est vera transsubstantiatio: cum sit transitio substantie ad substantiam. ergo terminus talis conuersionis erit precise substantia corporis christi. Et similiter ratio formalis terminandi illam conuersionem erit substantia corporis christi. ergo illa presentia noua non est ratio terminandi talem conuersionem: quod tamen habet ponere: quia corpus christi non ponitur terminus talis conuersionis: nisi secundum nouam presentiam. Sed tunc aliquid dicitur esse per se terminus ad quem conuersionis secundum illud secundum quod succedit termino a quo. Cum ergo corpus christi per te secundum nouam presentiam succedat pani vt termino a quo ergo corpus christi secundum illam presentiam erit terminus ad quem talis conuersionis. ¶ Respondet doct. premittendo vnum: scilicet q loquendo de successione proprie dicta: corpus preexistens secundum suum esse substantiale non dicitur proprie: nec vere succedere alteri. nam sic posset dici q sol succedit vermi desinenti esse: quia sol secundum esse suum est quando vermis desiit esse quod esse idem prius habet. De ratione ergo successionis proprie dicte est q terminus ad quem qui succedit termino a quo capiat esse de nouo. Et sic: si in eodem instanti quo lapis desineret esse crearetur lignum: tunc lignum proprie succederet lapidi desinenti esse: et proprie lapis diceretur conuerti in lignum tale. Et conuersio talis diceretur productiua pro quanto. s. terminus ad quem talis conuersionis de nouo capit esse per productionem. et loquendo de hac conuersione productiua in qua terminus ad quem dicitur proprie succedere termino a quo: hec propositio esset vera: scilicet secundum hoc aliquid est per se terminus ad quem: secundum quod succedit termino a quo: et quia lignum secundum esse substantie sue succedit proprie lapidi desinenti esse: cum capiat illud esse de nouo. Unde sequitur q lignum secundum tale esse erit terminus ad quem illius conuersionis. Si vero terminus ad quem conuersionis non capit esse suum in illo instanti quo terminus a quo: neque enim talis conuersio dicitur productiua termini ad quem: sed tantum dicitur conuersiua termini a quo ad terminum ad quem. Et sic quando panis dicitur conuerti in corpus christi preexistens. secundum suum esse substantiale. ita q corpus christi secundum tale esse dicatur terminus illius conuersionis. tunc talis conuersio non est productiua termini ad quem conuersionis: sed est tamen conuersiua termini a quo in terminum ad quem. et talis conuersio conuersiua dicitur transsubstantiatio: ita q transsubstantiatio est duplex. Quedam que est tamen conuersio productiua termini ad quem. est sic lapis dicitur transsubstantiari in lignum quando in eodem instanti quo lapis desinit esse: lignum de nouo generatur vt vere succedens lapidi desinenti esse. Alia est tantum conuersiua: qualis est in proposito conuersio panis in corpus christi preexistens: ita q corpus christi secundum suum esse intelligitur terminus ad quem talis conuersionis. Loquendo de hac conuersione non productiua in qua terminus ad quem: non dicitur proprie succedere termino a quo: falsa est ista propositio. scilicet secundum hoc. aliquid est per se terminus ad quem secundum quod succedit termino a quo quia in proposito corpus christi secundum esse prius et nunc manens: et per consequens alteri proprie non succedens diceretur terminus ad quem transsubstantiationis panis. cum ergo corpus christi secundum esse suum sit terminus transsubstantiationis panis: et nullo modo succedens termino a quo. patet falsitas propositionis: scilicet q corpus christi secundum illud esse secundum q est terminus ad quem transsubstantiationis panis q etiam secundum illud idem esse succedat termino a quo: quia secundum tale esse nullo modo succedit. Et hoc est quod intendit Doc. et addit q ista propositio posset concedi. scilicet q secundum illud est nouitas in termino ad quem secundum quod succedit termino a quo: accipiendo proprie succedere. Et hoc modo hec esset concedenda: corpus christi secundum presentiam nouam est terminus conuersionis secundum quam vere succedit termino a quo: quia talis presentia noua que ponitur terminus ad quem acquiritur de nouo in corpore christi. Et sic patet responsio ad deductionem. ¶ Secundo principaliter arguit doc. specialiter de quantitate probando q quantitas separata nullo modo possit conuerti in corpus christi preexistens: sic q acquirat nouam presentiam secundum q fiat presens illi loco vbi quantitas separata prius fuit presens. puta superficiei aeris prius immediate continenti eam. Et arguit tripliciter. primo sic. ibi est genitum vbi prius fuit corruptum: quia ratio locandi que est quantitas manet eadem in vtroque. scilicet tam in corrupto quam in genito. Verbi gratia: si ignis generatur ex ligno

Marginal note: Quotupliciter aliquid dicatur conuerti in preexistens

ita q lignum contineatur in tali superficie aeris localiter: z quantitas ligni est ratio formalis q lignum sit in tali loco. Quando ergo dicitur q ignis genitus ex ligno est in eodem loco vbi prius fuit lignum corruptu3: hoc non videtur verum nisi eadē quantitas que fuit in ligno corrupto maneat eadem in igne genito: quia talis quātitas fuit ratio ligno essendi in tali loco. Si ergo quantitas panis conuertatur in corpus christi que fuit ratio essendi in tali loco: puta in tali superficie aeris. sequitur q corpus christi non erit presens in illo loco in quo prius fuit talis quantitas: cum illa in tali conuersione non maneat. ¶ Respondet doc. q illa ratio sci3. q genitū est vbi fuit corruptū: si tenet tm̄ tenet de loco circūscriptiuo: sicut exēplificauit de igne genito ex igne: s3 in ꝓposito non ponitur corpus christi esse presens circūscriptiue loco in quo fuit quantitas. Sicut etiam nunc ponitur ꝑsens quantitati panis. Et tamen non localiter sine circumscriptione: vt prolixe patet a Doc. i quarto di. 10. Dico etiam q ista propositio. scilicet q genitum est vbi prius fuit corruptum non dicitur vera: ex hoc q maneat eadem quātitas in genito que fuit in corrupto: quia ista q̄titas corrupti nullo modo manet in genito: vt magis patebit in quarto. i materia de eucharistia. ¶ Ultimo arguit ꝓbādo: q talis quātitas non possit conuerti in corpus christi: quia si per cōuersionem quantitatis in aliud: illud aliud fieret hic presens: sequeretur q illud tale esset presens tali modo essendi: quali modo conuersum habuit hic esse presens: sed conuersum vt hec quantitas fuit localiter circumscriptiue: quia in vltima superficie aeris immediate continentis illam. igitur corpus christi quod ponitur terminus ad quem talis cōuersionis erit in illa superficie aeris localiter. ¶ Ex quo videtur sequi duo impossibilia. ¶ Primum: q idem sit simul in duobus locis localiter. patet. quia corpus christi est i celo localiter: z vt manens ibi erit etiam hic localiter vbi prius fuit quantitas panis. Et q idem sit simul in duobus locis localiter: videtur sequi multa impossibilia: tum quia idem simul moueretur z quiesceret: quia in vno loco posset moueri z in alio quiescere. Tum quia idem simul posset calefieri z frigefieri. si in vno loco esset ignis et in alio aqua. tum quia idem simul esset continuum z non continuum: si in vno loco haberet diuidens partem a toto z in alio non. Tum quia idem simul erit mortuum z viuens: si in vno loco haberet corruptiuum inferens mortem: z in alio loco non haberet: sed haberet ibi necessaria z sufficientia ad salutem. ¶ Secundū impossibile principale sequens est: q tunc duo corpora possent esse simul in eodem loco. patet. quia si quantitas conuertatur in duo corpora: qua ratione esset hic localiter vnum z aliud. Et sic duo corpora in eodē loco. similiter si talis quantitas conuertatur in corpus maius: tunc illud maius si sit hic localiter: tunc pars erit cum parte: z sic duo corpora in eode3 loco quod est contra philosophum quarto phy. tex. cō. 76. ¶ Respondet doc. ad hoc argumentū. primo negando hāc propositionem scilicet q corpus christi eodem modo sit i loco: sicut fuit quantitas panis preexistens. Et patet instantia de facto: quia nunc corpus christi est vbi fuit substantia panis que est conuersa in illud: et tamen non eodem modo continetur sub eadem quantitate panis: sicut substantia panis ibi continebatur. patet: q2 substantia panis fuit suo modo localiter sub quantitate panis: ita q vna pars sub vna parte quātitatis: et tota substantia sub tota quātitate. S3 corpus christi sit sub sua quantitate sic q vna pars corporis non precise correspondet vni parti illius quantitatis: s3 precise est sub tota quantitate: z sic totum continetur sub illa quantitate et totum sub qualibet parte. Et de hoc magis prolixe patebit in quarto dist. 10. ¶ Concesso tamen q corpus christi sit etiam localiter vbi panis conuersus prefuit: negantur illa impossibilia que inferuntur esse impossibilia Et q non sint impossibilia: patet ex duabus propositionib' quas premittit: quarum prima est: forme priores illo vbi nō variantur propter variationem ipsius vbi: quia ad variationem posterioris non sequitur variatio prioris. Cū ergo vbi formaliter acceptum quod nihil aliud est nisi circumscriptio passiua fundata in corpore locato. z terminata ad vltimam superficiem continentis est simpliciter posterius substantia quantitate: z qualitate: z breuiter omni absoluto existente in corpore contento z per consequens non videtur implicatio contradictionis idem corpus simul habere duo et tria. immo etiam infinita vbi per diuinam potentiam. ¶ Secūda propositio est ista corpus quamcunq3 passionem ad formam substantie vel quantitatis: vel qualitatis reciperet a duobus agentibus sibi in eodem vbi approximatis illā precise z non aliam reciperet ab eisdem sibi in diuersis locis: siue in diuersis vbi approximatis. Exemplum. si circa hoc lignum approximentur ignis et aqua qualem transmutationem facerent circa istum lignum eandem z non aliam facerent circa idem lignū si habet duo vbi: z in vno approximetur sibi ignis z in alio aqua. Et illud probatur ex prima propositione precedente: quia in diuersis vbi nō variatur forma absoluta que est simpliciter prior illo vbi. Et tunc dico: q si ignis z aqua essent sibi approximata in eode3 vbi: aut ignis totaliter vinceret virtutem aque: z tunc illud corpus tm̄ calefieret: aut non totaliter vinceret: sed esset equalis in virtute. Et tunc aut nullum effectum inducerent: aut si aliquem inducerent tm̄ inducerent effectum medium in quo passum nec perfecte assimilaretur igni: nec perfecte aque. eodē modo dico: si idem corpus esset in diuersis vbi. Et in vno haberet ignē approximatum z in alio aquam: et hoc clarius patet a doc. in. 4. di. 10. q. 2. Dico tm̄ q in vno loco alteraretur. puta si calefieret ab igne et in alio loco non alteraretur ab igne: si ignis non esset sibi pn̄s accipiendo alterari pro respectu consequente illum vbi: quia vt ibi alteraretur: z vt in alio vbi: vt ibi non alteraretur. licet esset eadem caliditas in eodem corpore in vtroq3 vbi existente. ¶ Ad aliud impossibile de moueri z quiescere concedit doc. q simul moueretur z quiesceret quia respectu vnius vbi moueretur: z respectu alterius quiesceret: quia moueri z quiescere consequuntur illum vbi Et si vltra inferatur q tūc simul quiesceret z nō quiesceret z simul moueretur z non moueretur. Rn̄det doct. alibi. s. in. 2. di. 2. q. 7. z in. 4. di. 10. q. 2. q ibi est ignorātia Elenci z fallacia sm̄ quid ad simpliciter. nam lic3 sequatur quiescit in illo vbi ergo quiescit absolute. non tamen infertur absolute non moueri: sed tm̄ cum illa determinatione cum qua accipiebatur quiescere: prout antecedebat ad quiescere simplr. Et ideo nō sequitur: nisi q hoc mouetur in hoc vbi: z nō mouetur in illo vbi: que non sunt contradictoria: quia non sunt respectu eiusdem: essent tamen cōtradictoria si simul moueretur z nō moueretur in eodē vbi. ¶ Ad aliud impossibile de ꝯtinuitate soluit per idē quod dictū est de frigefieri z calefieri: q2 si agēs soluēs cōtinuitatē vinceret virtutē ꝯseruātis ꝯtinuitatē: absolute ꝯtinuitas esset diuisa vtrobiq3: non tm̄ vt ab aliquo vtrobiq3 vbi: q2 vt in vno vbi fuisset facta talis diuisio. z non vt in alio: licet illa diuisio esset in eodem corpore existēte in vtroq3: sicut etiā patet de corpore xp̄i: vt in pixide: z vt in cruce: q2 idem vuln' qd habuit in cruce: habuit etiā vt in pixide: non tm̄ vt in pixide vulnerabat: s3 vt in cruce: q2 talis vulneratio fit per motū localē qui consequit ipm̄ vbi. ¶ Ad quartū ipossibile ē facillima rn̄sio: q2 forma substantialis si virtute alicuius agentis in vno loco separaret a materia simplr in alio loco non esset vnita eidē materie: sicut diceretur de corpore xp̄i qn̄ fuit mortuū in cruce nō fuit viuū in eucharistia. ¶ Ad scd3 principale ipossibile de duobus corporibus in eodem loco: hoc patet non eē impossibile: cum vnitas loci non sit formaliter vnitas corporis quasi q si sit vnum corpus numero tm̄ sit vnus locus adequate sibi correspondens. nam corpus habet propriā vnitatē. s. intrinsece: cui accidē taliter aduenit esse in vno loco. Et per cōsequens non sequitur: si aliquod corpus est simul in eodem loco. ergo est idem corpus cum alio corpore. q2 ad vnitate3 loci continentis nō sequitur necessario vnitas corporis contenti. Et accipitur hic locus nō ꝓ respectu locantis ad corpus locatum: quia quot sunt corpora locata tot sunt respectus fundati in supficie cōtinente: sed accipitur hic locus ꝓ vltima supficie cōtinentis: q2 in eadē supficie possunt simul cōtineri plura corpa: z hoc ꝓpter penetrationem dimensionū illoꝝ corpoꝝ. Et hoc magis patebit in. 4. di. 44. q. 6. q est vltima in ordine. Et ad ph̄m dicit q ꝓbatio sua ad hoc ꝓcedit q virtute ꝓpria vl' nature create ꝓp' sui limitationē nō potest idē corpus esse in diuersis locis adequatis: nec plura corpora in eodē loco adquato: sed de virtute diuina illimitata non cōcludit. ¶ Tertius intellectus principalis. Hic doc. intendit ꝓbare quō aliqd manens in eode3 esse qd iam prius habuit nulla oīno nouitate facta circa ip3 pōt esse terminus noue conuersionis. Et hoc declarat esse possibile: nā qn̄ deus cōseruat creaturā terminus illius ꝯseruationis nō est aliquid nouū: sed idem z sm̄ idē esse manēs: qd ꝓus habuit. patet: q2 res dr̄ conseruari ꝓ quāto ponit eadem res in esse que prius posita fuit: puta in primo instanti quo cepit esse dr̄ creari: z vt ponit eadē res i esse in tpe imediate sequēti illō istās dr̄ ꝯseruari: vt supra patuit i. 2. di. 2. q. 1. z infra p3. q. 12. Cū ergo eadē res pōt i esse i tpe imediate sequēti est termin' ꝯseruationis. z tm̄ qn̄ ponit in tali eē nihil noui nec re: nec rōne ponit in ipa. q nō re/ patet: q2 est ꝑise eadē res que prius. q non rōne/ patet. q2 dum ponitur in tali esse

non causetur aliquid reale in illa. Si dicatur ꝙ res vt cōser
uatur est distīcta rōne a seipsa vt dr̄ creari: vt pꝫ a doc. infra
q. 12. ¶ Dico ꝙ dr̄ distingui rōne non actu: sed tm̄ potentia
pro quanto intellectus potest eandem rem vt accipientem
esse in tēpore imediate sequenti primum instans: compara-
re ad seipsam vt accipientē esse in illo primo instanti. ꝛ ex ta
li cōparatione causant isti respectus rōnis qui dicūtur crea-
ri ꝛ cōseruari. Ad propositum ergo: si eadem res potest esse
terminus huius actionis que dr̄ cōseruatio nulla facta mu
tatione circa ipsum. ergo similiter in ꝓposito pōt aliquid eē
terminus alicuius cōuersionis nulla mutatione facta in tali
termino. Et patet ista cōsequentia: qꝛ sicut deus volens. a.
hr̄e esse quasi post idem esse cōseruat illud: sic volens. a. hr̄e
esse post esse alterius: ꝛ sic. b. tunc cōuertit. b. in. a. ꝛ sic. a. non
dr̄ proprie succedere. b. desinenti esse: qꝛ. a. non capit esse de
nouo: nec aliquid noui fit in. a. per talē cōuersionem. tamē ali
quo mō potest dici. a. succedere. b. pro quanto. s. in eodē in-
stanti quo. b. desinit esse: in tali loco fit. a. nihil noui acquirē-
do. ¶ Si arguitur quō potest illud esse terminus cōuersiōis
positiue si per eam nullum accipiat esse: cum etiam in diui-
nis illud quod est terminus actionis accipiat esse per illam
actionem? Dicitur ꝙ nō oportet omnē terminū actionis po
sitiue habere esse acceptum per illam actionem nisi simpl'r.
Sicut etiam filius dei per generationem eternā accipit esse
simpliciter: quod in primo instanti originis prius nō habuit
vel in ordine ad aliquid aliud: ꝛ sic terminus cōuersionis pōt
dici accipere esse nō in se: cū tale esse precesserit: sed in ordi-
ne ad conuersum in quātum deus vult hoc esse post illud. Et
hoc modo corpus xp̄i pōt dici accipere esse pro quāto deus
vult ipsum esse post annihilationem panis. ¶ Aliter dicere
tur ꝙ actio positiua: vel est productiua termini simpliciter:
vl' equalenter. Et sic ista cōuersio pōt dici productiua equi
ualenter: quia q̄tum est ex parte sua: ipsa sufficeret ad hoc
quod terminus acciperet esse per eā: ꝛ si terminus ad quem
conuersionis non accipit esse per eā hoc est: qꝛ talis terminꝰ
prehabet illud esse. ¶ Contra istam declarationem arguit:
quia sm̄ hoc posset dici deus cōuertere quicquid annihilat in
solem: qꝛ vult solem manere in suo esse post esse illius anni-
hilati: sic hoc p̄existens manet post esse illius cōuersi. ¶ Aliter
ergo pōt declarari possibilitas illius intellectus. ex hoc sci-
licet quod potest esse terminus ad quē conuersionis concomitan
te illū terminū aliquo posteriore qd̄ non includit p se in tali
termino: illo posteriori circūscripto pōt eē terminus ad quē
eiusdem conuersionis: vt patet: qꝛ vt prius est terminus cō
uersionis: ꝛ a priori vt prius potest circunscribi posterius si
posteriꝰ p se nō includit in illo priori. Sed in ꝓposito substā
tia corporis xp̄i est p se terminꝰ trāsubstantiatiōis: vt supra
patuit: sꝫ concomitatur presentia illa qua de nouo est presens
speciei panis: ergo sine tali p̄sentia: ꝛ quacūqꝫ nouitate ali-
cuiꝰ posterioris illo eē corporis: posset corpꝰ eē terminus ta
lis cōuersiōis. Et si queratur: an tūc corpꝰ xp̄i eēt presens spēi
panis? Dico ꝙ sic loquēdo de presentia fundamētali: nō aūt
formali: qd̄ sic intelligo. si corpus xp̄i qd̄ est in celo illud idē
realiter esset ɔtentum sub quantitate panis: ꝛ perfecte pñs
tali q̄titati: nō tm̄ diceretur presens presentialitate formali
que est quedā relatio realis fundata in tali corpore: ꝛ termi
nata ad quantitatē: quia deus posset facere corpus illud eē
presens tali quātitati sine tali respectu presentialitatis. cū
talis respectus poneretur extrinsecus adueniens: sicut etiā
potest facere corpus reale contineri sub aliqua quantitate
sine respectu ɔmensurationis passiue tali quantitati. vt cla
re patet a doc. in. 4. di. 10. vide ibi multa singularia.

Tertiꝰ articulus principalis. De tertio principali, videlicet an illa conuersio
qua. s. panis ɔuertitur in corpus xp̄i sit necessario annihila-
tio? Et dicit ꝙ cōiter tenet ꝙ in ɔuersiōe totali nō est anni-
hilatio termini a quo. ꝛ sic talis qui totaliter ɔuertit in cor-
pus xp̄i accipiendo totū syncategorematice: vt supra expo
situ est: nō dr̄ annihilari. Et hoc expresse tenet hic et in. 4.
di. 11. Sed de mō istius annihilationis tres recitant opinio
nes: que lꝫ ɔueniant in ɔclusione: tamen in mō ꝓbandi diffe
rūt admuicē. quas opi. quo ad modū ꝓbandi. Doct. impro-
bat. ¶ Prima opi. est Henr. quol. 9. q. 9. quol. 12. q. 4. qui
Opi. Hen. dicit ꝙ post cōuersionē panis nō est nihil: qꝛ si eēt nihil opor
teret dicere ꝙ eēt annihilatus: qd̄ cōiter non cōcedit. Si er-
go post conuersionē panis nō est nihil. Sequitur ꝙ est aliq̄d
sed non est illud qd̄ prefuit. supple nō est panis post cōuer-
sionem: cū panis sit ɔuersus: nec est aliq̄d extra terminū ad
quē. i. non est aliq̄d in qd̄ cōuertit. ergo post conuersionem
est illud in qd̄ conuertit. patet: qꝛ ex quo panis post cōuersio
nem est vere aliquid. ꝛ non est illud quod prefuit: qꝛ non est
panis: nec est aliquid aliud a termino ad quē cōuersionis. er
go erit terminus ipsius cōuersionis vt sit verū dicere: quod
prefuit panis est corpus christi. i. illud aliquid qd̄ prefuit pa
nis post cōuersionem est corpus xp̄i: aut si ista negaret. s. ꝙ
illud aliquid quod prefuit panis sit corpus xp̄i: tunc necessa
rio est dare aliquid qd̄ est corpus xp̄i: sit eius quod fuit pa-
nis. Uult dicere ꝙ ex quo panis post conuersionem est vere
aliquid: ꝛ non conceditur ꝙ illud aliquid sit corpus xp̄i: saltē
oportet cōcedere ecōtra. s. ꝙ aliquitas corporis xp̄i sit eius
quod prefuit panis. i. ꝙ sit illud aliquid quod prius fuit pa-
nis. Et hoc patet: quia si post conuersionem panis est vere
aliquid: ꝛ illud tale non est panis: nec est corpus xp̄i in qd̄
panis est conuersus. ergo aliquitas corporis xp̄i erit illius
qd̄ prius fuit panis: q̄ꝫ ꝙ corpus xp̄i post conuersionem pa-
nis habuit istud aliquid quod prefuit panis: siue aliquā aliq̄
tatem post cōuersionem panis quā prius nō habuit. ¶ Ibi
cōtra hoc. doc. ꝓbat ꝙ corpus xp̄i post ɔuersionē panis nō
habet aliquam aliquitatē nouam quā supple prius non ha-
buerit. Et arguit sic. illud qd̄ nullo mō ali'r se habet in se post
conuersionē q̄ prius se habuit anteconuersionē. nec in se ali
quid aliter hꝫ: non hꝫ aliquā aliquitatē quā prius non habu
it. ista propositio est nota: sed corpus xp̄i post cōuersionem
panis nullo modo aliter se hꝫ in se: pꝫ qꝛ est illud idē corpus
post conuersionē: quod fuit ante conuersionē: nec etiā habet
in se aliquid aliter post cōuersionem panis quod prius non
habuerit ante conuersionē: sed ante conuersionē panis non
habuit in se aliquitatem panis. patet. quia nihil panis fuit
in corpore xp̄i: nec similiter ante cōuersionē aliquitas corpo
ris xp̄i erat aliquitas panis: qꝛ nō erat aliquid ipsius panis
ergo nec post cōuersionem: aliquitas corporis xp̄i erit aliq̄
tas eius qd̄ prefuit panis: siue nō erit illud aliud qd̄ prefuit
panis. Et hoc manifeste patet: qꝛ ex quo panis totaliter cō
uertit: nihil panis oīno remanet. ¶ Scdo arguit ad idē: qꝛ
esse termini ad quem conuersionis totalis requirit non esse
termini a quo. patet. si termini sint oppositi: sicut est in pro-
posito: quia esse panis ꝛ eē corporis xp̄i sunt termini oppo-
siti: sicut etiā diceremus ꝙ lignū cōuertit in ignē: terminus
ad quē. s. ignis excludit terminum a quo. i. ꝙ post conuersio
nē ligni in ignē: ignis ꝛ lignū non stant simul in eodē. ꝛ si ter
minus a quo: quo ad totū suū esse cōuertit in terminum ad
quē: sicut est in ꝓposito de conuersione panis in corpus xp̄i
tūc terminus ad quē totaliter excludit terminū a quo: quo
ad totum suū esse: ita ꝙ nihil ipsiꝰ termini a quo stat post cō
uersionem cū termino ad quem: cū esse vnius oppositi exclu
dat eē alterius oppositi: ergo corpus xp̄i qd̄ ponit terminꝰ
ad quē totalis cōuersionis panis: nō habet in se aliquā enti
tatē termini a quo. ergo post conuersionē panis nō est verū
dicere ꝙ sit aliquid ꝛc. ¶ Aliusmodꝰ dicendi est Egidij de Opi. Egi.
Ro. in suis theore. qui dicit ꝙ ideo panis in hac conuersiōe
totali non annihilat: qꝛ ꝛ si panis post cōuersionem nō ma-
neat in se: nec aliq̄d ipsius panis: qꝛ tm̄ manet in potentia in
materia corporis xp̄i: cū illa sit in potētia ad formā panis:
sicut etiam fuit in potentia ad corpus xp̄i anteq̄ informare
tur forma corporis xp̄i ꝛ ꝓpter talē potentialitatē panis post
cōuersionē nō est annihilatus. ¶ Contra hunc modū argu
it doc. deducēdo ad hoc incōueniēs: qꝛ tunc sequeret ꝙ deꝰ
nō posset annihilare aliquod materiale. nisi simul annihila-
ret oīa materialia: qꝛ quocūqꝫ materiali annihilato i semꝑ
in materia eius manet potētia ad quodcūqꝫ materiale. Sꝫ
hoc forte nō esset inconueniēs apud Egi. ¶ Preterea: vbi
totū syncategorematice trāsit in totū: ibi nō manet materia
termini a quo: cū illa transeat. Cū ergo in trāsmutationibꝰ
que requirunt materiā: quale sunt vbi totū syncategorema
tice nō trāsmutat i totū: sꝫ tm̄ categorematice in talibꝰ trāś
mutationibꝰ materia manēs ē illa q̄ fuit icorrupta: sicut q̄n
lignū trāsmutat in ignē: materia manens est materia ligni
corrupti q̄ est in potētia ad formaꝫ ignis. ꝛ iō forma ignis q̄
educit de potētia materie ligni non dr̄ creari: nec sil'r forma
ligni dr̄ annihilari. Ubi ergo totū trāsit in totū sic ꝙ nihil ip
sius maneat: seq̄t ꝙ materia termini a quo nullo mō mane- Opi. var.
at. ꝛc. ¶ Tertiꝰ modꝰ dicēdi est Uarro. in. 4. di. 11. q̄ dē ꝙ si
cut dꝫ Ari. 5. phy. t. c. 7. Trāsmutatio naturalis aliq̄ ē a nō
subiecto in subiectum: ꝛ illa est generatio. Et aliqua econ-
tra que. s. est a subiecto in nō subiectum. ꝛ illa est corruptio.
ꝛ accipitur hic subiectum pro composito quod est materia ꝛ
forma. Et aliqua est a subiecto i subiectū: vt alteratio: ꝛ ge
neraliter motus ꝓprie dictus: cū motus sit actus entis scꝫ
cōpositi: vt patet. 3. phy. Sic in transmutatiōe supnaturali
aliqua est trāsmutatio que dr̄ versio a nō subiecto in subie-
ctū: vt creatio que est a nō ente ad ens. Aliq̄ est cōuersio q̄
est ab ente in nō ens q̄ est annihilatio. Et aliq̄ est a subiecto

doc. vult i prologo. q. de subiecto theologie. q si attributa di
uina essent realiter distincta ab essentia q essent vere causa
ta etiam propria causalitate. ergo ꝛ nunc vbi relatio realr̃
distinguitur ab vtroqꝫ extremorũ: nec maior ratio videf de
vno q̃ de alio. Ex his patet quomodo habet propriam no
uitatẽ ꝛ causalitatem. ❡ Respondeo ad istas instantias ꝑ
mittendo duo. primum q doc. non negat: quin habeat imme
diatam ꝛ propriam causalitatẽ ꝛ alia a causalitate vtrius
qꝫ extremi: vt patet in secundo. dist. prima. per illud argumẽ
tum qd̃ feci nũc. Sed negat q possit immediate produci nõ
prius producto aliquo absoluto in altero extremorũ perti
nente ad rationem extremi: puta vel ad rationem fundamẽ
ti vel termini vt supra dixi. Secundo premitto q ex quo hñt
propriam causalitatem modo predicto presupposito funda
mento ꝛ termino: ita habent propriam nouitatem prius tñ
habita nouitate alicu⁹ absoluti pertinentis ad alterum ex
tremorum. Ex his premissis. patet responsio ad omnes in
stantias: nec oportet aliter soluere eas: preter quartam que
importat maiorem difficultatem: quam tamen vide in secun
do: distinc. 1. in illa. q. an creatio angeli sit idem ipsi angelo.
❡ Alie difficultates sequentes pro nunc omitto ne sim te
dio legentibus: nec nimis prolixus videar.

Questio Duodecima.

Titul⁹. q. exponitur. AN rei create sit idem re
spectus ad deuꝫ vt creantẽ ꝛ ad deũ
vt conseruantem. i. an creatio passi
ua: puta angeli ꝛ conseruatio passiua
eiusdem sint idem siue importent eũ
dem respectum. ꝛ similiter an creatio
actiua angeli et conseruatio actiua
eiusdem dicanf idem vel aliquo mo
do differãt. ❡ In ista q. sunt tres ar
De articu- ticuli principales. ❡ Primus. Si idem sit respectus realis
latio. q. in creatura ad deum vt creantem ꝛ conseruantem. ❡ Secũ
dus de eo qd̃ tangit primũ argumentum. si simul posset dici
res creari ꝛ conseruari ꝛ ista difficultas magis tãgit modũ
loquẽdi. ❡ Terti⁹ de quodã annexo qd̃ tangit idẽ argumẽ
tum. s. si posset aliqd̃ creari qd̃ tñ nõ ꝯseruef post istãs crea
Prim⁹ ar- tionis. ❡ De primo articulo. Dicit Doc. q est idẽ respect⁹
ticulus. realis creature ad deũ vt creantem ꝛ conseruantẽ. Intẽdit
enĩ ꝓbare: q sit precise vna realis dependẽtia ad deũ creã
tẽ ꝛ ꝯseruantẽ. i. q relatio dependentie qua angelus creat⁹
Expõ lre. dependet ad deũ creãtem: ꝛ relatio dependentie qua idẽ an
gelus dependet ad deuꝫ vt conseruantem: sunt in re idẽ. ita
q preter opus intellectus nullo modo differũt. ꝛ si forte rõ
ne: vt patebit in secundo articulo. Aduerte etiã q ista scilꝫ
creatio passiua angeli ꝛ depẽdẽtia formalis q̃ angelus depẽ
det ad deũ creantẽ important idem. similiter ꝯseruatio pas
siua ꝛ dependentia qua angelus dependet ad deũ vt cõser
uantem idẽ penitus importent. Et omnia ista in re sunt ꝑ
cise vna relatio realis ꝛ hoc Doc. vnico argumẽto satis euidẽ
ti intendit ꝓbare. Arguit ergo sic. Eiusdẽ re ꝛ rõne ad ideꝫ
re ꝛ rõne: non est dependẽtia essentialis nisi vnica re ꝛ rõe
Sed existentia creature ꝑmanentis est eadeꝫ oino in crea
tione ꝛ conseruatione: ꝛ ex parte termini: est oino idem re
et rõne. s. velle diuinũ ꝛ habitudo. nõ solum ad creantem:
sed ad ꝯseruantem est habitudo dependentie essentialis: et
eiusdem rõnis. Vult dicere: q ois habitudo fundata in eo
dem fundamento in se nullo modo nec re nec rõne disticta
et terminata ad terminum oino idem: et nullo modo in se
nec re nec rõne distincta est eadem re. ꝛ nullo modo preter
opus intellectus distincta. Exemplũ: si sint duo alba vt. 4.
habitudo siue similitudo erit in re tm̃ vna fundata in vno al
bo ꝛ terminata ad aliud: ꝛ erit tm̃ vna alia fũdata i alio al
bo ꝛ terminata ad primũ album. Et ratio est: q2 habitudo
dz variari ßm speciem termino variato vel fundamento vł
vtroqꝫ simul. ꝛ similiter dz variari precise ßm numeruꝫ vel
termino variato: vel fundamento: vel vtroqꝫ simul. Si er
go sit penitus idem fundamentum re: ꝛ idem terminus re
habitudo fundata in illo fundamento ꝛ terminata ad illuꝫ
terminum erit tm̃ vna. Et q dicit: q habitudo rei crea
te ad creantem ꝛ rei conseruate ad deum conseruanteꝫ est
habitudo dependentie essentialis. hoc patet: q2 omnis res
que habet esse ab alio in illo instanti quo accipit esse depẽ
det essentialiter ab illo. Et similiter res que conseruaf ab
aliquo vt conseruatur dicitur dependere essentialiter ab il
lo. Aduerte tamen: q si conseruare rem non diceret aliquã
actionem respectu rei conseruate: vel eandem continuatã:
vel aliam ꝛ aliam pro quocunqꝫ instanti res habet esse: tũc
creatura que dz conseruari: nullo modo dependeret essen
tialiter ab ipso conseruante. Sed de hoc vide que prolixe
cum bonis dubijs exposui in secundo di. 2. q. 1. de mensura
angelorꝫ. His declaratis ꝓbatur ma. a doc. ꝛ ꝑ exemplo
sit creatura que includit habitudinem ad deum vt creantẽ
et conseruantem. a. oino indistinctum re ꝛ ratione. ꝛ termi
nus huius habitudinis qui est deus sit. b. Tunc sic. si inter. a
ꝛ. b. essent plures dependentie ẽẽntiales q̃ sunt extrema oĩ
no eadem (Sicut sunt dependentie ad deum vt ad efficien
tem: ꝛ vt ad finem q̃ videntur dependentie alterius rõnis
ꝓpter aliqualem diuersitatem termini. s. deus vt effect⁹: ꝛ
deus vt efficiens.) tunc iste viderẽf eẽ alterius rõnis qd̃ nõ
videtur: q2 inter extrema oino eadẽ non possunt eẽ due de
pendentie essentiales alterius rationis: vt supra patuit. er
go si essent plures essent eiusdem rationis: ꝛ tales inter ea
dem omnino extrema sunt simpliciter incompossibiles ꝓba
tur. Quia quando aliquid dependet ad aliud aliqua depen regula no-
dentia: si illa sit sufficienter terminata non dependet ab eo tanda.
dependentia alia eiusdem rationis: quia tunc vtraqꝫ illarũ
sine alia terminaretur: ꝛ dependeret tali dependentia ꝛ nõ
dependeret: ꝛ hoc dependentia sufficienter terminata. Si
enim. a. sufficienter dependet. a. b. et per consequens dicat
vnam dependentiam essentialiter fundatam in. a. ꝛ termi
natam ad. b. si alia ponif in. a. eiusdem rationis ꝛ terminata
ad idem. b. sequitur vel q bis dependeret: ꝛ per consequẽs
idem causatum: iterum causetur stante ipso primo causato:
vel simul dependeret et non dependeret. patꝫ: quia posita
depẽdentia sufficiente ad. b. perfecte: ꝛ sufficienter dependet
a. ad. b. ꝛ circũscripta alia dependentia qua necessario ꝛ suf
ficienter dicitur dependere ad. b. tunc. a. non dependeret. et
sic posita vna dependentia: ꝛ alia circumscripta simul depen
deret ꝛ non dependeret. ꝛ tali rõne sepius Doc. vtif: vt paꝫ
in primo dist. 2. parte. 1. q. 1. ꝛ. q. de vnitate dei ꝛ p̃te. 2. q. 4.
ꝛ alibi sepe. patꝫ ergo illa ma. s. q eiusdem re ꝛ ratione ad
idem re: ꝛ ratione est tm̃ vna dependẽtia essentialis. ❡ Mi
nor probatur: que habet tres partes. prima. s. q est idem eẽ
rei permanentis in creatione ꝛ conseruatione: q2 in hoc est Differẽtia
differentia permanentis a successiuo: q2 successiuum dũ ma inter ꝑma-
net semper habet aliud ꝛ aliud esse: sicut aliaꝫ et aliam par nens ꝛ suc
tem: sed permanens semper habet idem esse nec variaf ßm cessiuum.
partem et partẽ: q2 tunc esset successiuum semꝑ in successiuo
vna pars succedit alteri: ita q qñ noua pars puta mot⁹ ad
uenit: prior desinit. et sic nunq̃ successiuuꝫ habꝫ nec oẽs nec
duas partes simul: sed semper vna succedit alteri Si ergo
permanens variaretur ßm partem et ꝑtem. id est q nunq̃
haberet omnes ꝑtes suas simul: sed vna succederet alteri: ꝑ
manens non esset ꝑmanens: sed successiuum: nec ꝑmanens
variaf ßm totum et totum: quia tũc in quolibet alio et alio
instanti haberet simpliciť aliud et aliud esse: qd̃ est absurdũ
patet ergo quo idem esse ꝑmanens puta angel⁹. manet sim
pliciter idẽ in illo instanti in quo creaf: et i toto tẽpore sequẽ
ti in quo conseruaf. Si enĩ in tẽpore imediato ad instans in
quo creaf totalit̃ desineret eẽ: et in aliquo instanti illi⁹ tẽpo

rius iterum crearetur: ⁊ in tempore imediato annihilaretur. et sic successiue quãuis deus hoc posset facere. tamen esset absurdum quia nunquam pro aliquo tempore post instans creationis conseruaretur. si ergo permanens in tempore immediate sequente ad instans creationis conseruatur. patet: quod idem est quod fuit in instanti creationis quod erit simpliciter idem in tempore sequenti in quo conseruatur. et si non esset idem non diceretur conseruari res que in primo instanti creatur in tempore imediate sequente: sed vel noua res crearetur: vel prima creata in illo tempore desineret esse. Secunda pars mi. scilicet quod velle diuinum omnino idem est ratio terminandi habitudinem rei create ⁊ cõseruate. probatur: quia velle diuinum respectu cuiuscunque volibilis semper manet idem. illud autem est ratio proxima intrinseca terminãdi quodcunque extrinsecum. ⁊ patet: quia est ratio causandi quodcunque extrinsecum. cum ergo ⁊ ratio terminãdi: vt supra patuit. q. 8. Tertia pars mi. scilicet quod vtraque habitudo est habitudo dependentie essentialis: de creatione est manifesta. de conseruatione probatur quia ad illud depẽdet essentialiter res in essendo quod est sibi ratio habendi esse. talis est conseruatio cause cõseruantis. iuxta illud Aug. 4. sup. Gen. c. 14. Creatoris namque potentia: ⁊ omnipotentis atque omnitenentis virtus causa subsistendi: est omni creature: que virtus ab eis que creata sunt regendis si aliquando cessaret / simul ⁊ illorum cessaret species. omnis namque natura cõcideret: nec enim sicut structor edium cum fabricauerit abscedit: atque illo cessante atque abscedente stat opus eius. ita mũdus nec ictu oculi stare poterit si ei deus regimen subtraxerit. hec ille. Ex ista auctoritate expresse patet. quomodo conseruare rem dicat actionem ipsius conseruantis: ita quod quando deus conseruat rem illã: vel actione continuata: vel alia ⁊ alia actione ponit ipsam rem in eodem esse quod prius habuit in instanti creationis sue. ⁊ si per aliquod instans cessaret ⁊ non poneret eandem rem in esse statim annihilaretur. Et de hoc prolixe dixit in secũdo distin. 2. q. 1. vide ibi. ❡ Ibi. Diceretur. hic Hic Doc. respondet ad illam ma. vt magis declaretur: quando dicitur in mi. quod existentia creature est imediatum fundamentum talis depẽdentie essentialis: quod hoc non videtur verum: quia fundamentũ dependentie essentialis creature ad deum creãtem est creatio passiua ⁊ fundamentum dependentie creature ad deum conseruantem est conseruatio passiua. Hoc probatur per philosophum quinto meta. capitulo ad aliquid. vbi vult quod relationes secundi modi fundentur super actionem, et passionem nunc autem licet existentia creature sit eadem in creatione ⁊ conseruatione. tamen creationem passionem ⁊ conseruationem passionem esse eadẽ. nõ est manifestius quam illud quod queritur. oporteret ergo probare quod creatio passio ⁊ conseruatio passio sint eadẽ res si postea vult inferre quod respectus creature ad deũ creantem: ⁊ deũ conseruãtem sint idem: quia propter vnitatem fundamenti ⁊ termini probatur identitas respectus. Sed diceretur forte: quod creatio passio ⁊ conseruatio passio nõ sunt penitus idem re: ⁊ sic non erit idem fundamentum. imo aliud ⁊ aliud. ⁊ per consequens respectus fundatus erit alius ⁊ alius. ❡ Dicit Doct. quod philosophus quinto meta. non intelligit quod actio ⁊ passio sint proxima fundamẽta relationis secundi modi: quia relatio non manet non manente fundamento. manet autẽ relatio secundi modi non manẽte actione vel passiõe sicut aliquis manet pater nõ manente generatione. quod autem dicit relationem de 2o modo fundari super actionem ⁊ passionem intelligẽdum est. nõ tanquam super fundamẽtum proprium vel super rationẽ proximam fundandi: sed tanquam super dispositionem mediam inter fundamẽtum proprium ⁊ ipsam relationem. ipsa autẽ potẽtia actiua ⁊ passiua possunt poni fundamẽtum imediatum relationis ipsius actiõis ⁊ passionis: licet requiratur actio et passio media: non vt ratio fundandi relationem: sed vt quoddã preuium ad hoc vt ipsa in fundamẽto tali fundetur. Specialiter autem in proposito nõ videtur concedẽdum: quod aliqua passio sit ratio fundamẽtalis huius habitudinis quam habet creatura ad deũ vt creãtem vel conseruãtem: quia nunquam proprie est passio: nisi quando est aliquod passum recipiẽs formam ab agẽte: quia secundum philosophum 5. meta. potẽtia actiua est principiũ trãsmutandi aliud in quãtum aliud. igitur potẽtia passiua est principiũ trãsmutandi ab alio talis trãsmutatio nõ inuenitur nisi vbi est passum recipiẽs esse ab agẽte. in conseruare ⁊ creare nõ est ita: sed totum creatũ ⁊ totum conseruatum: est totaliter a creante ⁊ conseruante. nõ sic vt aliquid eius vt passum recipiat formam ab agẽte. ❡ In ista litera nota. primo. quando dicit quod actio ⁊ passio sunt preuie. hoc potest habere duplicẽ intellectũ. Primũ: quod quando generatur aqua: sit aliqua actio prior aqua genita. ita quod terminetur prius ad aliquid quam intelligatur aqua genita. Secundo, quod ipsa actiõe acquiratur ⁊ generetur ipsa aqua. Primus intellectus est verus actio terminatur proprie ad passum: puta ad materiam aque. nã ipsa materia dicitur pati ab agente pro quanto ab ipso recipit formam aque. sic tamen intelligẽda quod prius forma inducitur in materia: ⁊ post imediate resultat relatio passio in ipsa materia que terminatur ad agens: agens enim habet respectum producentis ad formam productam: ⁊ habet alium respectum scilicet agentis ad passum. de istis respectibus vide prolixe in. 4. in materia de eucha. ⁊ sicut passio est prior aqua producta siue genita: quia est respectus fundatus in materia aque habet quod ipsa materia recipit formam ab agẽte. ⁊ hoc patet: quoniam passio est dispositio preuia ad relationem genitam ad generãs qua genitum dicitur essentialiter depẽdere ad generans. ⁊ ista relatio est posterior ⁊ manet manente generante ⁊ genito: sed non est sic de actione ⁊ passione. Secũdus intellectus de virtute sermonis non est verus: quia in producto non est aliqua relatio prior ipsa productione passiua: que est relatio dependẽtie essentialis ad ipsum producẽs. Secũdo nota: quod quando dicit quod fũdamentum primum actionis ⁊ passionis est potentia actiua ⁊ passiua: talis potentia actiua nõ accipitur formaliter et pro respectu: sed formaliter ⁊ pro fundamento talis respectus. vt patet a Doc. in primo dist. 7. hoc idem dico de potẽtia passiua. vide ibi Doct. Tertio nota: quomodo intelligatur illa diffinitio potẽtie actiue ⁊ passiue data a philosopho: vide Doct. in primo di. 2. parte. 2. q. 3. ⁊ vide que ibi exposuit exponẽdo rñsiones ad principalia argumenta. ❡ Ibi. Hic obijcitur per illud Augu. 11. sup. Gen. vbi vult quod aer non est factus lucidus a sole: sed fit lucidus alioquin recedente sole remaneret lucidus. eque autẽ videtur quecunque creatura dependere a deo in esse: sicut aerem in illuminato esse: quod ipse intelligit per lucidũ esse a sole. igitur nulla creatura respectu dei est facta in esse: sed continue fit in esse. ⁊ per consequens esse creature: est in continuo fieri. ❡ Rñsio. philo. 3o. physi. dicit quod aliqua sunt in fieri: que non habent completum esse: sicut successiua: ⁊ per oppositum aliquid dicitur in facto esse: quando sic habet esse completum quod non dependet in essendo ab aliquo extrinseco: creatura autem semper in essendo eque dependet a deo in esse: quia eque semper ab ipso per idem velle ipsius habet idem esse. Et hoc modo posset dici: quod productio persone diuine semper est in fieri: quia nunquam ista persona põt habere esse nisi accipiendo actualiter a producente. ⁊ tamen esse persone est maxime permanens. De hoc vide doc. in primo. di. 9. hoc modo esse creature: licet sit permanens. tamen respectu dei a cuius volitione actuali semper eque dependet: semper est quasi in fieri: hoc est actu dependens a causa dante esse: et nunquam in facto esse hoc est in actu separato: et independente a quocunque alio. non tamen est in fieri nouo et nouo. Et quod dicit philosophus de facto esse permanente nullo alio extrinseco ⁊c. intelligit quod licet non dependeat ab extrinseco producente: sed tamen dependet ab ipso deo: quia vt dicit doc. effectus per esse depẽdet a generante pro illo instanti in quo accipit esse a generante: sed in toto tempore sequẽti imediate depẽdet a deo. vide in secundo di. 2. q. 4.

De secundo arti. principali in quo videndũ est. Secundus articulus.
an eadẽ res simul possit dici creari ⁊ conseruari. Dicit Doc. Primo. quod creari vltra respectũ quẽ importat ad deũ creãtem dicit respectũ ad nõ esse imediate precedẽs ipsum esse creature quod nõ esse precedens opponitur contradictorie ipsi esse creato. ⁊ iste respectus est respectus tantum rationis: quia licet fundetur in ente reali. scilicet in ipso esse creature: quia tamen terminatur ad nõ esse precedẽs immediate est relatio rationis: quia relatio realis semper est inter extrema realia. ⁊ oritur ex natura extremorum: ⁊ res proprie vt dicit istũ respectũ rationis. siue secundum illum respectũ dicitur proprie creari: quia notatur ipsam precedere a nõ esse simpliciter ad esse. Dico secundo. quod si res creata in primo instãti in tempore sequenti comparetur ad seipsam vt in primo instãti talis comparatio est relatio rationis: quia est comparatio eiusdẽ ad seipsum licet vt in alio ⁊ alio instanti: quia iste respectus dicitur respectus quo formaliter dicitur creatura cõseruari: quia secundum illum respectum cõparatur: vt habet esse in tempore sequenti ad seipsam vt accipientem esse in primo instãti. pro primo ergo instãti in quo accipit esse immediate post non esse tantum dicitur creari: ⁊ in toto tempore sequenti in quo accipit idem esse: sed nõ immediate post non esse precedẽs: sed tamen post non esse mediate precedens / dicitur cõseruari. Tertio dicit. quod relatio creature qua ad deum comparatur: siue vt creantem: siue vt conseruantem. est relatio vere realis: quia est dependentia essentialis ⁊ realis: quia ipsa creatura realiter et essentialiter dependet ab ipso deo: que relatio est idem realiter ipsi creature: vt probat Doct. in secundo distin. 1.

q.5.z dist.2. Et est in re eadem penitus dependētia.q̄ creatura dependet ad deum vt creantem z vt conseruantem:q2 ipā in quocūq3 instanti semper a deo accipit idem esse: siue in primo: siue in toto tempore sequenti.et per consequens eadem penitus relatio realis dependentie. Ista tamen relatio fm intellectum potest diuersificari.ita q eadē relatio prout consideratur in primo instanti in quo creatura accepit esse post non esse imediate precedēs:dicitur creatio passiua.inquantū vero consideratur prout creatura accipit eē post non esse mediate tm̄ dicitur cōseruatio non eē imediate ad eē dicitur creature prout vero producit eandem re de non esse mediato ad esse dicitur conseruare. Et si in deo eēt relatio realis ad creaturam esset tantū vna relatio qua diceref creare z conseruare: sed diuersificaretur fm aliud et aliud respectū modo predicto. Quarto. Dicit q relatio rationis in creatura qua dicitur creari z qua dicitur conseruari:non identificatur realiter rei create.tum quia nulla relatio rōnis potest esse idem realiter enti reali. Tum quia relatio que terminatur ad non esse imediate precedens tantū est in creatura pro primo instanti quo accipit esse post non esse imediate. similiter relatio qua dicif conseruari in quocunq3 instanti post primum instans semper variaf.z sic realiter non potest identificari. Quinto dicit q contingit eadem voce multa distincte aliqualiter ipoztari. Et litera clara est vsq3 in finem articuli.

De tertio arti. principali:in quo videndum est.

An creatura possit precise per vnum istans durare:ita q tāto nullo primo instanti in quo accipit esse imediate post non esse duret.sic q in tempore imediato ad illud instans desinat esse. Dicit Doc. absolute q sic:z q nulla apparet ex hoc impossibilitas:q2 hoc patet de instanti tēporis qđ tm̄ habet esse pro illo instanti quo est.sed etiam de mutatione instantanea:que tantum per instans habet esse. modo non videf maior contradictio de re permanenti: q non nisi in vno instanti habeat esse q̄ de ipso instanti vel mutatione.quia etsi res permanens nō possit habere esse idē precise per instās: sed permansiue(z instans:vel mutatio possit manere p instans.imo necessario tm̄ per istans manet,tm̄ permanēs totum suū esse habet in instanti vno:quia in hoc distinguif cōtra successiuum: quia successiuū non pōt esse in instanti.non est ergo cōtradictio si pmanens nō habeat eē vltra pmū instās in quo accipit eē. ¶ Nunc Doc. arguit. pbādo q creatura pmanens non possit precise durare per instans.z primo pbat auctoritate phi qui ait. 8.phy.opponunf inquit generatio z corruptio:quare si impossibile est simul mutari s3 oppositas:non erit autem ptinua mutatio:sed erit medium ipsorum tempus. Vult dicere q generatio et corruptio non pñt esse simul.i.q si res in instanti.a.gñetur. in tempore imediate nō poterit corrumpi aliť due mutationes opposite erūt simul.nam gñari z corrumpi sint due mutationes:z si de eodem simul possent verificari in eodē instanti.sequereť q due mutationes opposite de eodem verificari possent.est ergo necesse q inter rem genitam z eandem corruptā cadat tempus medium.i.q post instans in quo generaf duret per aliquod tempus:z in vltimo istanti illius tpis poterit corrūpi. ¶ Et in fine capituli ait Arist. penitus inconueniēs videtur si factum necesse est mox corrūpi z nullo tempore manere. ¶ Preterea inferius in eodē octauo vult q non est accipere vltimū in esse ipsius corrumpendi.sed primū in esse generandi:z cum hoc etiā primum in nō esse corrūpendi signū vtriq3 cōe est.z primo z posteriorū huius aūt finis. illi⁹ aūt principiū.res aūt sp posterioris passionis est. Et idē paulo post.ipsius temporis in quo fiebat factū est in vltimo signo. Dicit phs q res pmanens nō h3 vltimū instans sui eē:s3 bñ h3 pmū instans sui esse:z h3 primū instans sui nō eē:z nō h3 vltimū instans sui non eē: que oia prolixe exposui in. 2°.di. 2.q.1.vide ibi.nō enim superius declarata z prolixe exposita amplius repeti debent. ¶ Preterea si res creata tm̄mō hēat eē in instanti.tūc in illo vez est dicere res ista icipit eē q2 tunc primo est.z simul vez est dicere res ista desinit eē:q2 tunc vltimo est:nunc autem repugnantia videf q simul res incipiat esse z desinat esse. Si enim habet esse in instanti.a. tunc incipit esse.patet:quia vez est dicere in isto instanti esse z in tempore imediato ante illud instans non fuit.ergo incipit esse. Et si in tempore imediato ad illud instans desinat eē:sequif q simul desinat esse.patet:quia verū est dicere in isto instanti est.z in tēpore imediato ad illud istans nō erit ergo desinit esse.z sic bene sequitur q si tm̄ p instans duret q simul incipiet esse:et simul desinet esse: qđ est impossibile. ¶ Rñdet Doc.ad primū:q intentio phi ibi est:q solus motus localis potest esse continuus z perpetuus:z nulI⁹ alius motus nec mutatio vt alteratio:augmentatio:generatio z corruptio. Et hoc probat: q2 omnes alij motus z mutationes sunt:ex oppositis in opposita vt generationis inquit et corruptionis esse z non esse termi sunt:vt patet. Sequif. Alterationis autem cōtrarie passiones zc. Si igitur aliqs istorum motuū vel mutationū posset eē perpetuus z continuus: hoc non eēt ab eodē termino a quo ad eūdem terminum ad quem:quia in motu sic simpliciter vno. vera est ista propositio.6.physi.mutatio autem neq3 vna ifinita.esset ergo illa continua perpetuo per cōtinuam reflexionem a termino in terminum:puta si motu finito moueretur a calido in frigidum cessaret alteratio quātum est in istis terminis:nisi statim esset reflexio a frigido in calidum: sed in tali reflexione motus prior z posterior cum sint oppositi non possunt cōtinuare nec facere vnum motum cōtinuum. cuius pbatio est quia tunc mobile simul moueref motibus vel mutationibus oppositis.hec consequentia probaf: quia in motu continuo verū ē dicere in principio mot⁹ q mobile moueť ad vltimu3 terminū.sicut si vltimus terminus motus continui est calor vez est dicere de mobili in principio motus q calefit. si igiť calefactio posset continuari frigefactioni a principio huius totalis motus continui. esset vez dicere q mobile calefit et frigefit. Pro maiori intellectu huius litere est notandum: q in motu puta intensionis continuo vt cum mobile mouetur ad calorem in toto illo motu a principio vsq3 ad vltimū instans illius motus semp est verum dicere mobile calefit z in vltimo instanti cessat motus ille.z tunc illius caloris acqsiti in vltimo instanti daf primū instans sui eē:vt patuit in 2°.di.2.q.9. Tūc vltra.si mō motus ille intēsionis nō termineť ad aliqđ mutatū eē in quo calor sit pfecte acqsit⁹:si ptinueť ille mot⁹ intēsionis motui frigefactionis. ita q mobile moueaf p medietatē hore ad calorē:z p aliā medietatē ad frigiditatē:ita q sit simpľr vnu⁹ ptinu⁹ itēsionis:tūc seqť q mobile simul fiat calidū z frigidū. pt3:q2 mot⁹ calefactionis in aliquo istanti nō est terminat⁹:s3 sp ptinuaf frigefactiōi:ergo simul calefit z frigefit. Imo si iste mot⁹ ē ppetu⁹:z hoc tm̄ p reflexionē (q2 mot⁹ calefactionis nō pōt eē ppetu⁹ q2 mobile nō pōt ppetuo moueri ad calorem. aliqñ eni3 cessaret ille motus.nō eñ agēs posset calefacere mobile neq3 intensiue in infinitū neq3 extensiue:in infinitum: vt pat3) seqtur q mobile in principio motus calefit z frigefit.pat3 per exemplum:pono q a.moueatur ad calorē per medietate3 hore z per aliam medietatē moueatur ad frigiditatē.ita q motus ad calorem cōtinuetur actui ad frigiditatem et per tertiā medietatem moueatur reflectendo ad calore3:z per quartam medietatē moueatur ad calorem:ita q totus ille motus sit vnus cōtinuus:patet:q esset verum q mobile a principio totalis motus calefit z frigefit.si eñ motus ad calorem z frigiditatem:z post ad calorem sit vnus cōtinuus motus.patet per propositionē premissam:q erit verum dicere mobile.a.in principio motus calefit et frigefit. Et sic patet:q idem motus continuus erit simul ad opposita qđ est impossibile. Sunt ergo duo in ista littera. Primū q motus alterationis puta intensionis vnus z idem nūero non posset perpetuari nisi simul calefactio cōtinuetur frigefactioni:z tūc talis motus esset ex oppositis .s. frigefactiōe intensiua z calefactiōe intensiua nec hoc solum sufficeret ad perpetuandū motū intensionis nisi talis motus cōtinuaretur z perpetuaretur per reflexionē a termino in terminu3:ita q.a.moueatur a calido ad frigidū:et a frigido ad calidum:z post a calido in frigidū.z sic continuo que oia sunt absurda. Scđm est:q si motus calefactiōis continuaretur motui frigefactionis:ita q esset vnus tm̄ mot⁹ nūero:tūc sequeretur q mobile in pricipio totalis mot⁹: simul frigefieret z calefieret:vt patet per illā propositionē. patet ergo q̄ modo mot⁹ alterationis nō posset perpetuari.z hoc:q2 talis est a cōtrario in cōtrariū:vt supra patuit. Sed nō est sic de motu locali qui potest perpetuari:vt patet:q2 si virtus durret in infinitū applicata alicui orbi moueret illū motu infinito cōtinuo:z hoc extensiue. Et de facto fm phm intelligentia applicata orbi mouet illum localiter motu cōtinuo: et ille motus erit perpetuus. ¶ Sequitur. Et propter eā similem rationez probauit ibi:q nō potest cōtinuari corruptio generationi vt sit vna mutatio:q2 tūc a principio mutaretur oppositis mutatiōibus:q2 corruptione et generatione:quod patet per exemplū. pono q materia i instāti.a. muteť ad formā ignis:z i tpe imediato:vel i alio istāti muteťur depēdenter formā ignis.ita q ipsa mutatio que ē generatio continueť mutationi q̄ est corruptio: z tm̄ sit vnica mutatio, pat3:q illa mutatio pstat ex duabus mutatiōib⁹

declaratio physicalis z pulchra.

oppositis.s.generatione ⁊ corruptiōe.et deberet perpetuo
contiguari:non posset autem continuari:nisi per cōtinuā re
flexionem termini a quo ⁊ termini ad quē.ita ꝙ moueatur
siue mutetur ab esse in non esse ⁊ a non esse ad esse.et imme
diate post ab esse in non esse.⁊ sic continue reflectendo:⁊ sic
talis mutatio componeretur continue ex mutationibus op
positis:quod est impossibile.immo in quacūq; vna mutatio
ne:sine continua/verū est dicere ꝙ a principio mutatur ad
vltimum terminum.ille autē est terminus generationis:igi
tur a principio mutatur mutatiōe generationis.⁊ tamē tūc
per positum mutatur mutatione corruptionis:quia illa po-
nitur vt continuanda generationi.Et sic patet intētio phi
¶ Sed in proposito nihil est cōtra quod dictum est rem in
vnico solo instantis creationis habere esse:quia non conce
do:ꝙ illi creationi possit cōtinuari ānihilatio vt sit vna mu
tatio:quia tunc sm argumentum phi quando creatur:verū
est dicere ꝙ annihilatur:quia si creatio ⁊ annihilatio sunt ꝓ
cise vna mutatio:⁊ quādo res mutatur ad aliquid semper
est verum dicere:ꝙ fit illud ad quod mutatur:⁊ sic esset ve-
rum dicere:ꝙ.a.quādo creatur annihilatur: vt supra patuit.
Sed tantūmodo cōcedo:ꝙ creationē sequitur annihilatio.
quia ponendo ꝙ.a precise duret per illud instās in quo crea
tur:tunc in tempore imediato ad illud instans annihilatur:
⁊ creatio non est vna mutatio cum annihilatione.imo due
mutationes:quia creatio est mutatio.a.nō esse imediate ad
esse:⁊ annihilatio est mutatio ab esse in non esse imediate.
¶ Doc.instat.probādo ꝙ si res precise duraret per instās:
ꝙ tunc creatio et annihilatio essent in instanti: quia vtrūq;
est a virtute infinita:que non potest agere in tempore:vt vi
detur philosophus probare.8.physi.igitur in ꝓposito crea
tio ⁊ annihilatio:vel esse in eodem instanti:quod est incon-
ueniens pho.s.idem sic mutari oppositis mutationibus. vel
esse in diuersis instantibus:et tunc illa instantia erunt ime
diata:quod est inconueniens apud phm.6.physicorum.
¶ Respondet doc.ꝙ ratio phi tacta.s.ꝙ idē nō pōt simul
mutari mutationibus oppositis probat corruptionem non
posse cōtinuari generationi:sic ꝙ corruptio ⁊ generatio eius
dē sit vna mutatio numero cōtinua:vt supra patuit.imo ne
cessario sunt due mutatiōes opposite. Est etiā apud phm
alia cōclusio vera.s.ꝙ generationē nō pōt imediate sed cor
ruptio.i.posito ꝙ generatio ligni ⁊ corruptio eiusdē nō sint
vna mutatio cōtinua:sed due mutatiōes.adhuc ille due mu
tationes sic se habent ꝙ corruptio ligni non potest imedia
te sequi generationem ligni:⁊ huius est alia ratio a ꝓdicta
qua probatur:ꝙ non sunt vna mutatio. Ratio enim qua ꝓ
batur:ꝙ non sint vna mutatio continua est quia talis muta
tio esset corrupta ex oppositis.⁊ sic esset verum dicere:ꝙ in
quocunq; instanti.a.est genitum:vel generatur ꝙ.a. corrū
pitur.vt supra patuit. Et ratio ꝙ imediate corruptio non
potest seq̄ est:quia vel generatio ⁊ corruptio simul essent in
eodem instāti:vel in alio ⁊ alio instāti.ita ꝙ generatio esset
in vno instāti:⁊ in instāti imediato esset corruptio.⁊ sic da-
rentur duo instantia immediata.patet hoc:quia apud phm
generatio fit ꝑcise in instāti:⁊ corruptio similiter. Si ergo
corruptio ligni fit in instāti:⁊ talis corruptio imediate seq̄
tur generationē ligni:q̄ similiter fit in instanti.aut ergo cor
ruptio ligni est in eodē instāti in quo ⁊ gn̄atio ligni.⁊ tūc se
quitur:ꝙ erit verū dicere lignū in illo instāti quo generatur
corrumpitur. patet.q̄a in eodē instāti quo ē generatio:est etiā
corruptio.si in alio instāti imediato istāti generatiōis.ergo
dātur duo instātia imediata qđ est īpossibile apud phm.4.
⁊.6.phy.Hec ꝓbatio que est sm mentē phi:licet ibi nō po-
nat eam non est cōtra ꝓpositum nostrū:q̄a ista res creata
que non manet nisi per instans generationis annihilatio
est:nō est in instanti:sed in tēpore habito instāti creationis
siquidem post instās non est aliquid in tpe indiuisibiliter im
mediatum:sed diuisibiliter.patet.quia in tpe non est aliqđ
indiuisibile nisi instans.nā quelibet pars tpis est diuisibilis
in infinitas partes.si ergo tempus imediate sequēs instās
creationis esset imediatum illo instanti sm aliquid indiuisi
bile:tunc esset imediatum sm aliquid instātis ⁊ sic instans
esset imediatū instāti.est ergo imediatū sm aliquid diuisibi
liter.s.sm aliquam partem tpis que etiam est diuisibilis in
infinitas partes. Sicut etiā dicimus:ꝙ continuum termi-
natum ad pūctū est immediatū pūcto sm aliqđ sui diuisibi
le:⁊ nō sm aliqđ indiuisibile:q̄a in cōtinuo nō est aliqđ indi
uisibile nisi punctus. Et sic si continuū eēt imediatū puncto
sm aliqđ indiuisibile:tunc eēt imediatum puncto sm aliquē
punctum.⁊ sic punctus esset imediatus puncto.qđ est con-
tra phm.6.phy.De hoc vide doc.in 2° dist.2.q.9.⁊ singula
res difficultates ibi adductas ⁊ expositas.Seqr.Et ꝓ mō
motus est immediatus vltimo quietis:q; post illud statim
est motus:sicut diuisibile post indiuisibile qđ est eius princi
pium.instans enī quietis:siue immutationis est instans ter
minans quietē que opponitur motui:puta si.a.moueatur ꝑ
horam vltimū instans illius hore:siue mutatū esse qđ men
suratur illo vltimo instanti est terminus motus.sic ꝙ totus
ille motus immediate terminaꝛ ad illud mutatū esse sm ali
quid diuisibile:⁊ non sm aliquod indiuisibile ; q; cū in motu
non sit aliquid indiuisibile nisi mutatū esse:si sm illud esset
immediatū vltimo mutato esse tunc essent duo mutata eē
immediata qđ est contra phm.6.physi. Et si post illud vl-
timum mutatū esse terminans motū vnius hore ipsum. a.
quiescat per aliā horā:tunc illa quies que mensuratur tpe
vnius hore ꝓprie opponatur motui precedēti. Et vltimū
instans illius hore mensurantis quietē dr instans quietis
siue instans immutationis.Si mō.a.immediate post illđ in
stans in quo quietabunt sub calore moueatur ad frig°:mo-
tus ille qui imediate seq̄tur instans quietis erit necessario
diuisibilis.Et cū dicat sicut diuisibile post indiuisibile qđ est
eius principiū:hoc non debet referri ad motū qui immedia
te seq̄tur instans quietis.non enī illud instans q̄etis est prī
cipium motus imediate sequentis.q; tunc sequeretur:ꝙ in
motu daretur aliquod primū:aut prima pars motus : aut
prima mutatio.principiū enī motus est mutatio continua.
si ergo illud instans esset principiū vel aliquid mensuratū
illo instanti esset principiū motus:illđ nō posset esse nisi mu
tatum esse.⁊ sic in motu daretur primū mutatū esse:qđ est
contra phz.6.phy.qui vult:ꝙ ante quodlibet moueri ē mu
tatum esse ⁊ ante quodlibet mutatū esse est aliquod moue-
ri.hoc idem ptz a doc.in.2.dist.2.q.9.⁊ vide ibi singulares
difficultates.intelligit ergo doc.absolute:ꝙ sicut continuū
non successiuū.sed ꝑmanens imediate terminaꝛ ad pūctū
indiuisibile:⁊ alia pars ꝑmanentis que imediate sequitur
est imutata post illud punctū. ⁊ sic punctus est principium
partis sequentis ⁊ finis precedentis.Sic est in motu q̄ ter
minatur ad mutatū esse:quod mutatū esse:si motus conti-
nuetur erit finis partis motus ꝓcedentis:⁊ principiū ptis
immediate sequentis.Est tñ differentia in cōtinuo perma
nenti ⁊ continuo successiuo:q; in continuo ꝑmanēte datur
primū indiuisibile:puta punctus initians ipsum continuū
ꝑmanens:datur etiā vltimū indiuisibile terminans. Sz in
motu datur vltimū mutatū esse terminans:sed non datur
primū mutatū esse initians. Et similiter in tpe datur vlti-
mum instans terminans tps:⁊ non datur primū instās ini
tians ipsū tempus.Et sicut in continuo permanēti datur
punctus continuans:qui est principiū vnius partis ⁊ finis
alterius:immo infinita puncta continuantia cū ibi sint infi
nite partes:⁊ inter quascunq; duas partes datur punctus
medians ⁊ continuans.Sicut pariformiter dicendū est de
mutato esse continuante partes motus:⁊ de instanti conti
nuante partes tpis. Hec oia subtiliter ⁊ prolixe cū multis
dubijs adiūctis sunt ꝑtractata in secundo distin.2.q̄stio.9
¶ Sequitur in littera. Cum igitur arguitur:ꝙ annihilatio
esset in instanti negandū esset de annihilatione in casu in
quo loquimur.⁊ hoc semper referendo intentionē ad instās
tpis siue in illo dicatur ꝓprie creatio ⁊ annihilatio:siue ma
gis cū illo. Uult dicere ꝙ loquendo de instanti tēporis de
quo intelligit argumentū contra.s.ꝙ.creatio ⁊ annihilatio
sunt in instanti dicit:ꝙ si creatio est in instanti. annihilatio
eiusdē non erit in instanti.nec in eodē in quo est creatio : q;
tunc esset verū dicere ꝙ.a.quando creatur annihilatur.nec
in alio instans immediato ad instans creationis:quia tunc
instans esset immediatū instanti:vt procedit ratio:sed an-
nihilatio esset in tēpore imediate ad illud instans:vt supra
patuit. Si vero non acciperetur instans tēporis.sed instās
eui posset concedi:ꝙ in vno instanti eui esset creatio:⁊ i alio
instanti eui imediato esset annihilatio:tenendo ꝙ sit succes
sio in huiusmodi instantibus.non successio continua: sz suc
cessio raptim transeundo.vt prolixe expositū est in secūdo.
di.2.q.1.vel si teneatur ꝙ euū precise dicat vnū instans in-
diuisibile.De quo vide supra in secūdo.ideo doc. restringit
se ad instans tēporis:q; si.a.creatur in instanti in tempore
imediate sequenti annihilabitur.posito ꝙ.a.tm duret ꝑ in-
stans. ¶ Et cū probatur:q; virtus infinita non agit in tpe
Dicit doc.ꝙ illā propositionē non concederet phs nisi de v̄
tute infinita naturali necessitate agente:quia de alia nō est
incōueniens illud ad quod ipse deducit.s.ꝙ virtus finita et
infinita agunt in equali mensura.patet.quia si virtus finit-
ta agit i tempore:puta vnius hore ⁊ et aliqua virtus finita
agat i tempore vnius anni:posset illa virtus finita intm au
geri ꝙ ageret in equali tpe:quia quāto virtus esset maior

tanto in minori tempore ageret. concludit ergo ibi ꝙ si virtus infinita moueret celum ꝙ ipm̄ moueret in instāti. ⁊ sic motus esset in instanti: que propositio phi est pertractata prolixe a Doct. in primo dist. 2. q. 1. in°. ad principalia argumēta. vide ibi ⁊ bene sequitur: ꝙ si est infinita ⁊ agat de necessitate nature: ꝙ tūc ageret in instāti: quia tūc ageret sm̄ totam virtutem ⁊ conatū. Sed theologi non concedūt deū agere naturali necessitate: ⁊ iō posse agere i tpe: ⁊ sic i tpe imediato ad instans creationis potest rē annihilare. ¶ Sȝ nunquid tenendo deū agere naturali necessitate. nō posset concedi aliquid posse manere tm̄ per istans cū mutatio sic tm̄ maneat etiaȝ sm̄ philosophuȝ. ¶ Dico ꝙ nō posset manere nisi daretur generatio ⁊ corruptio: vel simul in eodem instanti: vel in alio ⁊ alio instantibus immediatis: mutatio vero precise durat per instās: quia sibi formaliter repugnat durare nisi tm̄ per instans. Sicut etiam continuum successiuū necessario durat per tempus: ita mutatio necessario tm̄ per instans. Sed non est sic de permanentibus: vt patet.

¶ Ad aliam auctoritatem philosophi illa requirit alium intellectum: etiam ab vtroqȝ predictorum: quia scilicet natura nihil producit quod statim corrumpatur nec quod necesse est maxime corrumpi: sicut ipse dicit: quia natura producens sic istud ad cōseruationem producti: ꝙ possit per tēpus aliquod manere: ita ꝙ corruptiua vel nō sunt approximata vel natura vincunt virtutē generantis ⁊ conseruantis generatum: quia tunc generans impediretur generare: nec ex illo potest haberi aliqua impossibilitas respectu potētie diuine. sed tm̄ impossibilitas sm̄ causas naturales inter se cōparatas. ¶ Ad secundum dicit: ꝙ in generatione ⁊ corruptione naturali corruptū non habet vltimum sui esse: quia tunc haberet qualitates conuenientes saltem in tali gradu in quo possent stare cū forma illius: ⁊ si sic non subito abijcerentur: nec igitur corrumpētia subito corrumperētur. Vult dicere Doc. ꝙ si lignum corrumpendum haberet instās sui esse in quo scilicet esset: tunc in illo instanti haberet qualitates conuenientes tali forme ligni: puta in tāto gradu quē sibi necessario determinat. modo ille qualitates non abijcerentur subito ⁊ imediate. vt patet. ⁊ sic sequeretur: ꝙ lignū corrumpēdū non subito ⁊ in instanti corrumperetur sed in tempore habito: ⁊ sic esset verū dicere lignum in instanti. a. est ⁊ imediate post hoc nō erit. ⁊ sic in tēpore imediato corrumperetur. modo corruptio semper fit in instanti. ergo nō datur vltimū instans corrūpendi. Sequitur. Et sicut corrūpendū non habet vltimum instans sui esse: sic habet primū instans sui non esse: quia cū esse geniti concurrit nō esse corrupti. genitum autē in instāti generatiōis habet esse: q̄a tūc forma eius est in materia ⁊ habet tūc primū esse: quia tunc forma imediate succedit priuationi. ⁊ sicut genitum habet primum in esse. sic corruptū habet primum in nō esse. hoc patet: quia ex quo generatio est in instanti in eodem instanti quo forma inducitur in materia genitum est: ⁊ tunc sic exponitur per positionem de presenti ⁊ negationem de preterito: genituȝ in isto instanti est: ⁊ in tempore imediato nō fuit ergo incipit esse. Et quia in eodem instanti in quo forma geniti inducitur in materia. forma corrumpēdi expellit᷑ a materia, aliter simul in eodem instanti essent due forme repugnantes sequitur ꝙ ipsum corrumpendum non sit ⁊ sic datur primum instans sui non esse siue primū instās in quo nō est. patet. quia in toto tempore precedenti fuit: ⁊ in isto instāti non est. ergo datur primum instans in quo non sit. Et sic exponitur per negationem de presenti ⁊ positionem de preterito a nunc siue in isto instanti non est. ⁊ in tēpore imediato fuit: ergo. a. desinit esse. Sequitur. Sed si aliqua virtute conseruaretur puta. a. in esse in aliquo instanti vltimo. tunc non esset dare primum non esse. patet. quia si. a habet vltimum instans sui esse in illo instanti non corrumpitur. q̄ tunc in eodem instanti simul esset ⁊ non esset. nec in alio instanti imediato: quia tunc daretur instans immediatum instanti. ergo corrūperetur in tempore imediato ad illud vltimum instans in quo haberet esse: ⁊ si in tempore corrumpitur: sequitur ꝙ non habet primum instās sui non esse: quia tunc in instanti esset corruptum ⁊ non in tempore. Et sic cōcedo. ꝙ si creatura tm̄ per instans duraret ꝙ haberet vltimum instans sui esse. patet quia tm̄ in tempore immediate sequenti desineret esse: vt supra patuit: nec etiam haberet primum instans sui non esse: quia precise haberet non esse in tempore. ¶ Sequitur. vniuersaliter autem dico ꝙ in succedentibus sibi inuicem siue sint opposita priuatiue siue cōtradictorie: siue quasi contrarie: quia ambo positiua nunq̄ est dare vltimū precedentis: ⁊ cū hoc primum consequētis. q̄a tunc opposita essent in codē instāti: vel duo instātia imediata. semp tn̄ alterū est dare. s. vel vltimū prioris vel primū posterioris: quia diuisibile non est imediatum nisi indiuisibili: ⁊ succedentia sibi inuicem sunt opposita immediata. Expono istam litteram pmittendo. Exemplum: de priuatiue oppositis contrarie: contradictorie priuatio forme in materia ⁊ forma: esse simpliciter ⁊ nō esse simpliciter: forma substantialis aque ⁊ forma substantialis terre. Prima in eodem subiecto priuatiue opponuntur. Secunda cōtradictorie. Tertia quasi contrarie: q̄ inter formas substātiales: non est ppie contrarietas. Dicit ergo: ꝙ in hmōi sibi inuicem succedentibus nō est vltimum precedentis: ⁊ cum hoc primū consequentis. patet de priuatiue oppositis: q̄ si materia in isto vltimo instanti est priuata forma: ita q̄ i illo instanti sit priuatio: ⁊ postea detur primū instans i quo forma sit: aut dabitur illud idē instans in quo est priuatio forme: ⁊ tunc in codē instanti erit forma ⁊ priuatio eius: aut dabitur aliud instans immediatū. ⁊ tunc erunt duo instantia immediata aut in tpe immediato: ⁊ tūc nō habebit aliquod instans sui esse: sed precise in tpe. Similiter si daretur vltimum instans forme nō posset dari primū instans priuationis opposite imediate sequētis: ⁊ arguatur sicut prius. Et de cōtradictorijs idem patet: q̄ si daretur vltimū instans non esse. a. puta ꝙ nō omne. a. duretur per annū: ⁊ in vltimo instanti illius anni tunc. a. nō posset habere primū instans sui esse: q̄ aut haberet in codē instanti: aut in alio immediato: aut in tpe imediate sequenti: ⁊ arguatur vt prius. Et similiter si. a. haberet vltimū instans sui esse: tunc nō esse sequens nō posset habere primū instans sui esse: ⁊ arguat᷑ vt prius. Similiter patet de quasi cōtrarijs sibi inuiceȝ succedentibus: ⁊ sint forma terre ⁊ forma aque: ita ꝙ forma aque succedat forme terre i eadē materia. Si forma terre haberet vltimū instans sui esse: tunc forma aque imediate succedens nō haberet primū instans sui esse. patet: quia forma aque succedens: aut haberet esse in codē instanti in quo hȝ esse forma terre: ⁊ tunc in codē instanti materia simul eēt sub forma terre ⁊ sub forma aque: aut haberet forma aque esse in alio instanti imediato. ⁊ tunc essent duo instantia imediata: aut haberet esse in tpe immediato. et tunc nō haberet primū instans sui esse. Si dicat᷑ ꝙ haberet esse in alio instanti. nō immediato: sed mediato. Contra: q̄ tunc sequitur: ꝙ forma terre nō haberet esse in aliquo vltimo instāti: sed in tpe. Sequitur in littera. s. ꝙ tn̄ alterū est dare. s. vel vltimum prioris: vel primū posterioris. ⁊ nunq̄ vtrūqȝ simul. s. vltimū instans prioris ⁊ primū posterioris. Si em̄ datur vltimū instans forme terre. primū instans nō potest dari forme aque imediate succedentis. vt supra patuit. Et si datur primū instans forme aque succedentis forme terre: vltimum instans forme terre precedentis dari nō poterit ppter rationem supius factam: q̄ scilicet tūc oporteret dari duo opposita simul in codē instanti: vel duo instantia imediata. vt patuit. Et assignat rationē quare in oppositis sibi inuicem succedentibus: si datur primū posterioris nō dabitur vltimū prioris. Sed si datur vltimū prioris oppositi: nō dabitur primū posterioris oppositi. ⁊ si datur primū posterioris oppositi: nō dabitur vltimū prioris oppositi. ratio: q̄ diuisibile nō est immediatū nisi indiuisibili. si em̄. a. habet vltimum sui esse: ad illud instans vltimū immediate sequitur tpa diuisibile. Si etiam datur primū instans forme succedentis: illud instans imediate sequitur tpa in quo fuit forma precedens. ⁊ sic patet: quomodo diuisibile est tm̄ immediatum indiuisibili ⁊ similiter indiuisibile est tm̄ immediatum diuisibili ⁊ nō indiuisibili. Et addit ꝙ succedentia sūt imediate opposita. succedentia dico sibi inuicem. ⁊ per ꝯñs si vnius succedentis datur vltimū instans sui esse. imediate alterius succedentis non dabitur primū instans sui esse et si illius posterioris succedentis priori datur primū istās sui esse tunc prioris non dabitur vltimum instans sui esse.

¶ Sequitur. Cum igitur illa que accipiunt nō eē post eē: quedam sunt raptim transeuntia vt mutata esse instantis, quedā permanentia naturaliter genita vel corrupta. quedam aūt possunt esse entia pmanentia virtute diuina pducta vel corrupta. In primis. s. raptim transeuntibus est dare tam primū q̄ vltimū in esse: q̄ z. s. illud instans in quo solo hēt eē. ⁊ ideo nec ē dare primū nec vltimū in non eē: q̄ tā in toto tpe terminato ad hoc instans. q̄ in toto tpe sequente hoc instans habent non eē. Exemplū: ꝙ mutatio siue instans habeat primū sui eē: quia verū ē dicere in hoc instanti est ⁊ in tpe imediato non fuit. ergo habet primū instās sui eē: de vltimo instanti. patet: quia verū ē dicere: ꝙ in isto instanti ē ⁊ in tpe imediato non erit. ergo habet vltimum instans sui esse. Sed non habet primū instans sui non eē. ptz

quia tunc eēt verū dicere in isto instanti non ē: ⁊ in tempore immediato fuit. sed hoc ē falsum. ergo non habet primum instans sui non esse. nec similiter habet vltimum instans sui nō esse: quia tunc esset verum dicere: in isto instanti non est: ⁊ in tempore imediato ad hoc instās erit: sed hoc est falsuz quia mutatio nec instās possunt esse in tempore. Et hoc est qđ Doc. dicit. s. ideo nō habent nec primum nec vltimuz sui non esse. quia in toto tēpore precedēte terminato ad hoc instans: nec in toto tēpore imediate sequente hoc instās habēt esse. Sequitur. In secundis. s. permanētib⁹ virtute naturali. est dare primum inesse: sed non vltimū. de primo patet: qr verum est dicere: ꝙ genitum in isto instanti est: cum generatio sit in instanti: ⁊ in tempore imediato nō fuit. ergo habet primum sui esse. de secundo patet: quia si corrumpenduz haberet vltimum sui esse in illo instanti vltimo haberet qualitates conuenientes ⁊ dic vt supra. Addit ꝙ huiusmodi permanentia habent primum instans sui non esse. ⁊ non habēt vltimum instans sui non esse. primum patet: quia de corrupto verum est dicere: nunc nō est ⁊ in tēpore imediato fuit. ergo corruptum habet primum instans sui non esse. secundum patet: quia si haberet vltimum sui non esse: esset verū dicere: genitum in isto instanti non est in tempore imediato erit. hoc autem est falsum quia generatio nō est in tempore sed precise in instanti. Sequitur. In alijs autez que virtute diuina producuntur ⁊ corrumpuntur potest esse vterqꝫ istorum modorum: ⁊ accipio angelum ⁊ dicatur. a. potest primo habere primum sui esse: quia verum est dicere ꝙ. a. nunc est ⁊ in tempore imediato non fuit. ergo habet primum sui esse potest etiam habere vltimum sui esse: quia verum est dicere angelus nūc est: et imediate post hoc nō erit: quia deus: vt supra patuit potest ipsum in tempore immediato annihilare. ergo habet vltimum sui esse: ⁊ si habet vltimum sui esse non poterit autem habere primum sui non esse. patet: quia ad vltimum inesse immediate sequitur tempus. ⁊ sic nō habebit primum instans sui nō esse cū in tempore imediato ad instans in quo habet vltimum sui esse corrūpetur vel annihiletur. Si tamen non haberet vltimum sui esse: poterit habere primum sui non esse: quia deus post aliquod tēpus pōt in vltimo instanti illius temporis annihilare. ⁊ tūc esset verum dicere. a. nūc non est ⁊ in tempore imediato fuit. ergo habet primum sui non esse. potest etiam habere vltimum sui non esse. quia si deus in isto instanti non creet angelum: sed in tempore imediato ad illud instans creet: quia hoc potest facere: tunc habebit vltimum sui non esse: quia verum esset dicere. a. in isto instanti non est: ⁊ in tempore imediato post scilicet hoc instans erit. ergo habet vltimum sui nō esse. Et ratio istorū est: quia virtus diuina potest in quēcunqꝫ modū successionis vnius ad alterum qui non includit cōtradictionē. Sed i modis p̄dictis nulla apparet ꝯtradictio. eēt bñ cōtradictio ꝙ. a. haberet vltimū sui eē: ⁊ imediate post hoc haberet p̄mū sui nō eē: vt supra patuit. Esset etiā ꝯtradictio ꝙ a haberet vltimū sui non esse ⁊ ꝙ haberet primum sui esse patet: quia si haberet primū sui eē nō haberet in eodē instāti quo habet vltimū sui non eē: ⁊ tunc est verū dicere: ꝙ. a. in eodē instāti sit ⁊ non sit: aut in alio instāti: ⁊ tūc eē duo instātia imediata. Et aliquis alius modus posset inueniri quez modo trāseo. ❡ Ad aliud de incipit ⁊ desinit dicit: ꝙ dupliciter exponitur. nā incipit exponit' per positionē de presenti ⁊ negationē de preterito: ⁊ tunc habet primū sui eē: vt. a. in isto instāti est ⁊ in tēpore imediato non fuit. ergo. a. incipit eē. secūdo per negationē de presenti ⁊ positionē de futuro: ⁊ hoc quando habet vltimum sui non eē vt. a. nūc nō est ⁊ in tēpore imediato post hoc erit. ergo incipit esse. Similiter desinit exponitur dupliciter. primo. per negationem de presenti ⁊ positionē de preterito: vt qñ habet primū sui nō esse vt. a. in isto instanti nō est ⁊ in tēpore imediato fuit ergo desinit eē. Secundo per positionē de presenti ⁊ negationē de futuro: ⁊ hoc quando habet vltimum sui esse: vt. a. in isto instanti est ⁊ in tempore imediato post hoc nō erit. ergo. a. desinit esse. Dicit ergo Doc. ꝙ raptim transeuntia que precise durant per instans exponūtur ⁊ per incipit ⁊ desinit. per incipit vno modo tm̄. s. per positionē de presenti ⁊ negationē de p̄terito: vt instās nūc est et in tempore imediato nō fuit ergo incipit esse: sed nō potest exponi per negationē de presenti et positionē de futuro: quia nō valet: instans nunc nō est et in tempore immediato erit. quia repugnat instās esse in tempore. Similiter exponitur per desinit: vno modo: scilicet per positionē de presenti et negationē de futuro vt mutatio vel instans nūc est: et in tēpore imediato nō erit ergo desinit esse. Sed non potest exponi per negationem de presenti et positionem de preterito: quia non sequitur: instans

Incipit et desinit dupliciter exponitur. Et est logica realium singularē nocēda cō tra garrulos nominales.

nunc non est ⁊ in tempore immediato ante hoc fuit non sequitur quia instans nec mutatio sunt in tempore. Et sic cōcedo: ꝙ si angelus tm̄ per instans duraret ꝙ haberet p̄mū et vltimum sui esse. ⁊ simul inciperet esse per position: m de presenti ⁊ negationem de preterito ⁊ desineret esse. exponēdo desinit ꝑ positionem de presenti ⁊ negationez de futuro eodem modo precise. vt dixi de raptim transeuntibus. Hec exposui ꝓ iunioribus ⁊ inexpertis.

Ad argumentum principale doc. facit vnuz argumentum in principio questionis. ꝓbando: ꝙ respect⁹ ad deum vt creantem ⁊ conseruantem. non sit idem: qr respectus ad deum vt creantē separabilis est a respectu ad deū vt conseruantem. Et ratio huius est: qr si creatura tm̄ duret per instans sicut p̄t: tunc tm̄ erit respectus ad deum vt creantem cum in primo instanti tm̄ creatur: ⁊ nullo mō habebit respectum ad deum vt conseruantem. patet qr dr̄ cōseruari tm̄ post primuz instans creationis: vt supra patuit ergo. ❡ Respondet doc. ⁊ responsio stat in aliquib⁹ dictis. Primo. si creatura tm̄ durat per instans: tunc in ipsa ē vn⁹ respectus realis ad deum vt creantem: ⁊ est alius respect⁹ rationis: qui fundatur in ipsa ⁊ terminatur ad non esse imediate precedens: vt supra patuit. Secundo. si vero creatura duret per aliquod tempus vltra primum instans creationis: dicit ꝙ ipsa habet eundem respectum realem ad ipsuz deum causantem ⁊ dantem esse pro tempore sequenti ⁊ est realiter simpliciter idem respectus realis: siue eadez depēdentia realis que est ipsius vt ad deum creantem: qr in re ꝓ quocunqꝫ instanti eadem creatura realiter ponitur in eē et creatur. respectus tm̄ qui fundatur in ipsa vt existente in tempore sequenti ⁊ terminat' ad ipsam: vt existentem in p̄mo instanti bene est alius a primo ⁊ vere separabilis: sꝫ realis dependētia semꝑ est eadem quantumcūqꝫ duret. Et de hoc patuit aliqualiter supra: sed clarius in difficultatibus quas in secundo dist. 2. q. 1. posui.

Ad argumentū principale.

Circa multa dicta in hac. q. insurgunt nōnulla dubia. Primo circa hoc. eiusdē re ⁊ rōne ad idē re ⁊ rōne nō ē depēdētia eēntialis: nisi vnius ⁊ eiusdē rationis. ❡ Secundo circa hoc. existentia creature ꝑmanentis est eadē oīno in ratione ⁊ conseruatione. ⁊ ex ꝑte termini est oīno idē re ⁊ rōne. s. velle diuinū. ⁊ habitudo nō solū ad creantē. sꝫ ad cōseruātē est habitudo depēdētie essentialis ⁊ eiusdē rōnis. ❡ Tertio circa hoc: velle diuinum omnino idem est ratio terminandi habitudinem rei create ⁊ conseruate: qr velle diuinum respectu cuiuscunqꝫ volibilis semꝑ manet idem. ❡ Quarto circa hoc: ꝑsona diuīa sp est in fieri: qr nūqꝫ ista ꝑsona p̄t habere esse: nisi accipiendo actualiter a ꝓducēte. ❡ Quinto circa hoc. respectus qui est ipsius esse ad non eē immediate precedens non est realis: quia non est ad terminum positiuum: et respectus qui est ipsius esse ad esse idem quasi preexistens: vel magis cum illo prius existens non est realis pro quanto est eiusdem ad idem. respectus autem ipsius esse ad causam a qua est: est realis. ❡ Sexto circa hoc: res ꝑmanens potest esse precise per instans. ❡ Septimo circa hoc: instās ⁊ mutatio tm̄ durāt ꝑ instās. ❡ Octauo circa hoc: ꝑmanentia hñt primū sui eē ⁊ primū sui non esse: ⁊ hñtia vltimū sui esse: non pñt habere p̄mū sui nō esse. ❡ Nono circa hoc: in gñatione ⁊ corruptione naturali: corruptum non hꝫ vltimum sui esse: qr tunc haberet qualitates conuenientes: saltem in tali gradu in quo possent stare: ⁊ si sic non subito abijcerentur. ❡ Decimo contra hoc: ⁊ raptim transeuntibus est dare: tam primuz ꝙ vltimum. s. inesse: sed non est dare primum ⁊ vltimum in non esse: quia non hñt: nec primum sui non esse. nec similiter vltimum sui non esse. ❡ Contra primum instatur multipliciter probando ꝙ eiusdē re ⁊ ratione: ad idem omnino re et ratione: sit multiplex dependentia essentialis. Et primo. sic eadem creatura puta angelus omnino indistincta re ē fundamētum dependētie eēntialis causati ad causaz: finiti ad finem: mēsurati ad mēsuram: que dependētie terminantur ad aliquid omnino idem re et ratione. ergo eiusdem re et ratione ad idem re ⁊ ratione: est multiplex dependētia eēntialis. consequētia patꝫ: quia ille depēdētie sunt ex natura rei distincte: vt patet. Antecedens probat' quo ad omnes illas dependētias eēntiales. De prima patꝫ: ꝙ idē angel⁹ omnino re indistinctus eēntialiter dependet dependentia causati: quia immediate creat' a deo: q dependētia terminatur ad ipsum deum omnino indistinctum. De scđa patꝫ: qr idem angelus omnino indistinctus: est ens finitum ordinatum ad vltimum finem. ⁊ sic idem angelus dependet ab vl-

Dubia occurrentia circa dicta in. q.

Contra p̄mū dictū.

timo fine: vt a causa finali: que dependentis immediate terminatur ad eundem deum omnino indistinctum: quia omnino idem sub eadem ratione formali est causa efficiens et causa finalis omnium. loquendo de primo efficiente et vltimo fine: hoc patet a doc. in primo dist. 2. q. 1. Similiter tertia patet: quia idem angelus indistinctus a parte rei est perfectio limitata: et per consequens necessario includens imperfectionem: et omne imperfectum essentialiter dependet a perfecto: et mensurat ab eo: et talis dependentia mensuratur. s. secundum perfectionem immediate terminatur ad vltimum perfectum et vltimum perfectum est simpliciter idem a parte rei cum primo efficiente et vltimo fine: vt probat doc. in primo di. 2. q. 1. Cum ergo iste dependentie essentiales adinuicem differant etiam preter omne opus intellectus: sequitur quod in eodem indistincto ex parte rei fundantur immediate plures dependentie essentiales: que etiam terminantur ad idem omnino indistinctum a parte rei. Et dico indistinctum a parte rei: quia non est necesse ponere indistinctum ratione: quia dependentia realis et essentialis requirit precise extrema realia. non enim variatur ex natura rei propter variationem respectus rationis: siue in fundamento siue in termino. Et hoc dico: quia forte posset responderi quod licet idem angelus ex parte rei sit fundamentum omnino indistinctum respectu harum relationum essentialium: tamen secundum alium et alium respectum rationis fundat aliam et aliam relationem. Et similiter licet sit idem terminus ex parte rei omnino indistinctus: tamen secundum alium et alium respectum est ratio terminandi aliam et aliam relationem essentialem. Sed hoc vt non videtur impedit: quia hic loquimur de alia et alia relatione reali: et illa semper requirit: tam fundamentum proximum: quam terminum ex natura rei. ¶ Secundo principaliter instatur. quia eiusdem omnino indistinctum a parte rei ad idem indistinctum a parte rei possunt esse plures relationes reales: et adinuicem realiter distincte. ergo non videtur impossibile: quod etiam possint plures dependentie ex natura rei adinuicem distincte. consequentia videtur nota: quia quecunque relatio realis eque requirit extrema realia et realiter distincta. eque etiam videtur repugnantia: quod inter duo alba precise sint plures similitudines. sicut quod inter. a. et b. sint plures dependentie essentiales eiusdem rationis. et similiter videtur eque impossibile: quod inter duo alba sint plures relationes reales alterius rationis: puta quod inter ea sit relatio similitudinis et dissimilitudinis vel equalitatis: sicut quod inter. a. et b sint plures dependentie: vel eiusdem rationis: vel alterius rationis. antecedens probatur: quia productum vniuoce includit relationem essentialis dependentie: quia dependet vt causatum ad causam: includit etiam relationem similitudinis: quia idem productum est simile producenti: includit etiam relationem equalitatis: quia productum vniuoce est equale secundum perfectionem essentialem ipsi producenti: includit etiam relationem realem identitatis: cum sit idem ipsi producenti saltem specifice: et econtra: et omnes iste relationes differunt adinuicem preter opus intellectus: vt patet. ¶ Si dicatur: quod non est impossibile plures relationes alterius rationis fundari in eodem indistincto ex parte rei et terminari ad idem: ex parte rei omnino indistinctum. Sed est impossibile: quod plures eiusdem rationis sint in eodem omnino indistincto: et ad idem omnino indistinctum. Contra: quia relationes alterius rationis maiorem distinctionem requirunt fundamento: vel in termino: quam relationes eiusdem rationis. patet: quia philosophus quinto metaphysice capi. ad aliquid assignat distincta fundamenta respectu relationum primi secundi tertii modi. vt patet: ergo sequitur. quod relatio primi modi et secundi modi magis repugnent in eodem fundamento quam due relationes eiusdem modi. et sic non videtur valere illa responsio: vt patet intuenti.

¶ Tertio principaliter instatur: quia videtur maior repugnantia simpliciter quod in eodem respectu eiusdem possint fundari due relationes opposite: quam quod in eodem indistincto ad aliud indistinctum possint fundari due relationes essentialis dependentie eiusdem rationis. patet: quia non ita formaliter repugnant: sicut relationes opposite. Sed in eodem penitus indistincto et respectu eiusdem: fundantur plures relationes opposite: vt patet de intellectu mouente se ad sui cognitionem: qui tunc simul fundat relationes oppositas: scilicet relationem mouentis ad mobile et relationem mobilis ad seipsum mouentem: vt patet a Doct. in primo. distin. tertia. q. septim 1. Hoc idem patet de voluntate mouente se: in quo tunc fundantur due relationes opposite: vt patet a doct. in primo distin. 2. parte secunda. q. 3. et dist. 26. et in secundo distin. 26. ergo si due tales possunt esse in eodem respectu eiusdem: multo magis possunt esse due eiusdem rationis in aliquo vno indistincto: que non terminentur ad illud idem. sed ad aliud sicut in primo vbi ponitur idem omnino indistinctum esse fundamentum et terminus. ¶ Quarto instatur. est magis impossibile: quod idem dependentia essentiali et reali dependeat a se ipso: ita quod immediate fundet relationem essentialis dependentie: que etiam terminetur ad se ipsum quam quod idem habeat plures relationes essentialis dependentie ad aliud terminatas: siue quam quod simul dependeat ab alio pluribus dependentiis eiusdem rationis. patet: quia primum includit manifestam repugnantiam apud omnes. s. quod idem a se essentialiter dependeat. secundum vero non ita manifestam repugnantiam cum ab aliquibus negetur illa propositio. Doc. s. quod idem non possit dependere ab alio pluribus dependentiis vt patet in primo Ochã. Sed idem realiter potest a seipso dependere dependentia reali et essentiali. patet quia mobile vt mobile essentialiter dependet a motore: vt patet. Sed idem omnino indistinctum potest mouere seipsum: vt probat Doc. in primo dist. 3. q. . et in secundo dist. 2. q. 10. et dist. 25. q. vnica. et alibi etiam. ¶ Quinto instatur et redit quasi in idem: quia simpliciter videtur maior impossibilitas: quod due relationes reales et realiter opposite: simul possint esse inter extrema omnino ex parte rei indistincta quam quod due relationes eiusdem rationis fundentur in vno et terminentur ad aliud realiter et essentialiter distinctum. patet: quia de natura relationis realis est: vel quod preexigat duo extrema realiter distincta: vel quod efficiat extrema realiter distincta. Sicut sunt relationes originis in diuinis constituentes personas diuinas: sed non est de ratione formali. quod due relationes essentialis dependentie eiusdem rationis possint esse in eodem quia si idem actu a pluribus dependeret haberet plures eiusdem rationis. Sicut etiam in eodem albo simul possunt esse plures similitudines eiusdem rationis licet ad plura alba.

¶ Respondeo ad omnes instantias premittendo aliqua. Nota hoc valde. Primum quod Doc in presenti conclusione loquitur tantum de pluribus dependentiis eiusdem rationis ad idem omnino indistinctum: non quod ille sint formaliter adinuicem repugnantes: sed quia inferunt incompossibilia: quia inferunt idem simul posse esse et non esse: vt patet in litera: quia si. a. essentialiter dependet. a. b. pluribus dependentiis et sufficienter ab vtraque seorsum sumpta. sequitur quod. a. vel sit bis causatus: vel simul sit causatus et non causatus: que sunt incompossibilia. Secundum est quod istud dictum Doc. non dicitur simpliciter impossibile: ex hoc quidem dependeat pluribus dependentiis totalibus et sufficientibus ab eodem. Sed est simpliciter impossibile: quod idem simul dependeat pluribus dependentiis eiusdem rationis: et totalibus a pluribus: non tamen essentialiter ordinatis. vt exponit in primo dist. 2 parte prima. q. 1. quia si sic dependeret. sequeretur illud idem impossibile quod Doc. hic infert. vt patet ab ipso in primo dist. 2. q. 2. et q. de vnitate dei: et in secundo: et quolibet. et in tertio di. 1. et alibi sepe. et hoc Doc. intendit. Tertium premittendum non tamen pro nunc immorandum est: quod forte idem omnino ex parte rei indistinctum. potest fundare plures relationes essentialis dependentie alterius et alterius rationis terminatas precise ad aliud omnino ex parte rei indistinctum: quia dicit Doct. in litera. Sic si essent plures dependentie omnino essentiales inter extrema omnino eadem: sicut dependentia creature ad deum vt efficientem: et vt ad finem tamen iste videntur esse alterius rationis. Si enim essent eiusdem rationis essent sibi incompossibiles in eodem et secundum idem: ex quo videtur non esse apud ipsum incompossibile esse plures relationes dependentie essentiales alterius rationis in eodem et terminatas ad aliud omnino indistinctum. Et hoc videtur mens Doc. His premissis patet responsio ad duas primas instantias pro quanto concludunt compossibilitatem plurium relationum essentialium eiusdem rationis ad aliud omnino indistinctum quia hoc non videtur impossibile: nec esse contra conclusionem premissam: quia ipsa loquitur tantum de dependentiis eiusdem rationis. Et cum vltra probatur: quod videtur maior repugnantia quod plures sint alterius rationis in eodem cum Arist. assignet diuersa fundamenta. Dico quod omnes relationes que fundantur in creatura ad deum: vt relatio causati ad causam primam: relatio finiti ad vltimum finem: relatio mensurati ad primam mensuram sunt relationes precise tertii modi cum non sint mutue: et hoc patet a Doc. in primo dist. 3. q. 5. arti. primo contra Henri. vide ibi: modo relationes tam primi modi: quam secundi modi: sunt relationes reales et mutue vt patet ibi a philosopho. ¶ Si dicatur quod hoc posito adhuc non soluitur ratio: quia idem potest ab eodem indistincto dependere pluribus dependentiis alterius rationis: patet quia aliquis effectus productus a sole: vt a causa totali potest de- Instat expositor: contra se.

pendere ⁊ dependentia causati: ⁊ dependentia mensurati
perfectionaliter. licet ergo iste relationes vt comparate ad
deum: sint relationes tertij modi: quia deus non refertur re
latione reali ad creaturā: vt probat Doc. in primo dist. 30.
tamen vt comparate ad creaturā que potest referri relatio
ne mutua erunt secundi modi. s. relationes causati ad cau-
sam: ⁊ relationes similitudinis ⁊ equalitatis primi modi: et
mensurati ad mensuram tertij modi. Dico ergo ꝙ huiusmo
Solutio eiusdem. di relationes non fundantur immediate super eodem fun-
damento proximo: ⁊ sub eadem ratione considerato. nam
relatio causati ad causam fundatur. vel in supposito produ
cto: vel in termino formali sic ꝙ productio passiua magis re
quirit distinctionem fundamenti a producente: siue a rōne
formali producentis. relatio vero mēsurati fundatur imme
diate super magnitudine fundamenti: ita ꝙ causatum vt ab
solute consideratur habere esse ab alio fundat relationem
producti ad producens vt vero consideratur habere talem
magnitudinem perfectionis fundat relationem mensurati
⁊ sic non ponitur precise idem fundamentum proximum. Si
volumus etiam hoc applicare relatiōibus creature ad deū
Dico ꝙ non ponitur precise idem fundamentum proximum
siue eadem ratio fundandi. Ratio enim fundandi relationē
dependentie causati ad causam primam in ipsa creatura est
existentia absoluta ipsius creature prout ab alio accipit eē.
Ratio vero proxima fundandi relationem finiti ad vltimū
finē est entitas: vt sic limitata. Et si possent in ea distingui
ille entitates certum esset: ꝙ sm aliam ⁊ aliam entitatē fun
daret aliam ⁊ aliam relationem. ❡ Dico vltra ꝙ posito ꝙ
plures relationes dependētie essentialis possent esse in eo-
dem fundamento proximo: ⁊ sub eadem ratione formali ad
huc non sequitur ꝙ due dependentie eiusdem rationis pos-
sint esse in eodem omnino indistincto ex natura rei: quia ad
secundum sequitur incompossibilitas: quia vel idē esset bis
productum: vel simul esset causatum ⁊ incausatū: vt supra
patuit. Sed ad primum nullum istorum sequitur. quia bene
posset poni: ꝙ idem omnino indistinctum ex natura rei esset
productum. puta ab. a. ⁊ esset mensuratum perfectionaliter
ab ipso: ⁊ sic de alijs. ❡ Ad secundum tenendo opini. philo
sophi. diceretur ꝙ inter Franciscum productum: ⁊ ipsum pro
ducēs non esset proprie: nec similitudo: nec equalitas: quia
similitudo fundatur super qualitate: ⁊ equalitas super quā
titate. vt patet. 5. meta. c. ad aliquid. tamen ponendo simili
tudinem ⁊ equalitatem transumptiue in alijs predicamen
tis: vt patuit in. q. 6. huius. tunc dico ꝙ fundamentum pro
ximum equalitatis producti ad producens est vnitas ma-
gnitudinis pfectionalis in vtroqꝫ extremo: vnitas dico spe
cifica. Et fundamentum proximum similitudinis est vnitas
perfectionis accidētalis in vtroqꝫ extremo. proximum vero
fundamentum identitatis est vnitas nature inter producēs
⁊ productum: vnitas. s. specifica. Sed fundamentum proxi
mum productionis passiue ad producens est entitas produ
cti absolute considerata pro quanto a producente accepit
esse ad qđ esse sic acceptum: sequitur talis relatio dependē
tie. Et de istis prolixe dictum est supra. q. 6. ❡ Ad tertiū.
Dico ꝙ si in eodē respectu eiusdē in se ⁊ absolute cōsidera-
to essent due relationes opposite esset simpliciter repugnā-
tia. si enī in eodē albo absolute considerato essent simul si-
militudo ⁊ dissimilitudo respectu eiusdē albi sequerentur incō
possibilia. s. q idē simul esset ⁊ nō esset cū similitudo ⁊ dissi-
militudo necessario requirāt diuersa fundamenta: qa simili
tudo fundatur super vnū ⁊ dissimilitudo sup pluribꝰ: vt patet
quinto meta. simile proprie fundatur super vnitate specifica
qualitatis vt exposui in scdo dist. 3. q. 1. dissimile vero super
pluralitate specifica qualitatis. vt patet. Similiter si idē re
spectu eiusdē absolute consideratum ⁊ non respectu alicu-
ius tertij dependeret a se: siue fundaret relationes opposi-
tas. s. mobilis ⁊ mouētis. nō causando aliquid i seipso esset
repugnantia modo in proposito: idē intellectꝰ respectu ter-
tij realiter distincti dicitur mouens ⁊ mobilis. mouens pro
quanto causat actum intelligendi in seipso: ⁊ mobilis pro
quanto recipit illum. Similiter voluntas dicitur mouēs se
pro quanto in se causat actum: ⁊ dicitur mobilis pro quan-
to recipit: ⁊ sic iste relationes opposite non insunt absolute
sed tm̄ respectu alicuiꝰ tertij realiter distincti causati ab eo-
dem: ⁊ similiter ab eodem recepti. ❡ Ad quartum. Dico ꝙ
ratio concluderet si idem absolute ⁊ sm se essentialiter de-
penderet ab eodem: sicut ꝙ idem seipsum causaret quia hoc
est impossibile. Sed ꝙ idem quasi virtualiter a seipso depē
deat. puta respectu alicuiꝰ tertij causati ⁊ recepti: nullū ap
paret īpossibile ⁊ sic hoc mō mobile pōt dependere a seipso
Sꝫ q̄n dicit ꝙ idem non potest dependere pluribus depēdē

tijs eiusdem rationis. puta causati ad causam: intelligit ꝙ
sm se dependeat: ⁊ non sm aliquod accidens sibi. ❡ Ad
quintum: Dico ꝙ tales relationes si ponuntur in eodem sꝫ
sunt respectu alicuius realiter distincti: vt quando idē mo-
uet se: hoc est precise qꝛ causat aliquid realiter distinctum a
se: ⁊ illud idem causatum recipit. ⁊ sic hoc modo dꝫ fundare
relationes oppositas. de hoc vide in scdo dist. 25. q. vnica.
❡ Contra scdm dictum instatur. ⁊ primo contra primā par
tem. pbando: ꝙ non sit eadem existentia respectu creantis Cōtra scdm dictum.
et conseruantis ex natura rei: illa non sunt penitus idem ex
natura rei que preter opus intellectus possunt fūdare duo
contradictoria. Sed existentia creature vt cōparatur ad cre-
antem ⁊ ad conseruantem potest fundare duo contradicto
ria ex natura rei ergo. ma. est doc. in primo di. 2. parte. 2. q
1. ⁊ in secundo distin. 1. q. 5. mi. pbatur supponendo ꝙ instā-
tia habeant esse preter opus intellectus: ⁊ vnum imme-
diate succedat alteri. tenendo opi. quam videtur tenere doc.
in secundo dist. 2. q. 1. ⁊ ꝙ talia instantia insint formaliter eui-
terno: tunc sit. a. vt creatur ex natura rei conuenit precise
vnum instans eui qđ non conuenit sibi vt conseruatur. ptꝫ:
non enī in eodem instanti eui: in quo accipitur. primo esse dꝫ
conseruari: sed precise in alijs instantibꝰ sequentibus: vt etiā
patet a Doc. ergo ex natura rei aliqđ sibi conuenit vt crea
tur qđ repugnat vt conseruatur. ergo in creatione ⁊ cōser-
uatione non est omnino eadem existentia preter omne opꝰ
intellectus indistincta. ❡ Secundo ex eodem medio insta
tur: quia in primo instanti in quo creatur aliquid preter om
ne opus intellectus necessario conuenit: qđ in toto tempo-
re immediate sequenti in quo dicitur conseruari nō necessa
rio competit. ergo vt creatur ⁊ conseruatur: non est penitꝰ
eadem existentia ex natura rei. consequentia patet: quia il-
la non sunt penitus eadem ex natura rei: quando ex natu-
ra rei: aliquid conuenit vni qđ non conuenit siue repugnat
alteri. antecedens pbatur: quia. a. quando creatur est ne-
cesse eē. ita ꝙ est impossibile: quin illo instanti in quo creatur
non habeat eē existentie: quia omne quod est quādo est ne-
cesse est eē. primo peri her. in fine. ⁊ vltra. si in illo instanti in
quo accipit eē: non conueniret sibi necessario eē: sequeretur
ꝙ in eodem instanti posset non eē quod est simpliciter ipos-
sibile: qꝛ tunc de eodem simul verificarentur duo contradi-
ctoria: qꝛ tunc in eodem instanti simul eēt ⁊ nō eēt. Sed in
tempore immediate sequenti ad instans creationis: nō cō-
uenit sibi necessario eē. ptꝫ qꝛ deus in tempore immediate
sequenti potest ipsam annihilare: vt probat doc. i presenti. q
et in secundo dist. 2. q. 1. potest enim precise durare p instās
in quo creatur. ⁊ sic tm̄ haberet primum ⁊ vltimum instans
sui eē: vt supra patuit. ❡ Tertio instatur sic: ex eodem me
dio: qꝛ in primo instanti in quo accipit eē: ⁊ in quo dꝫ creari Bonus ar gumenta.
preter omne opus intellectus: conuenit sibi habitudo rea-
lis ad ipsum deum creantem: ⁊ in tempore immediate se-
quenti in quo dꝫ conseruari: non conuenit eadem habitudo
ad deum creantem. ergo existentia creature in creatione ⁊
conseruatione non est penitus eadem ex natura rei. Con-
sequentia patet: qꝛ aliquid ex natura rei conuenit sibi i illo
instanti in quo vere creatur qđ non conuenit in tempore in
quo dꝫ conseruari: vt supra patuit. Antecedens probatur:
quia in primo instanti in quo vere creatur precise realiter
dependet dependentia reali ad ipsum deum: ita ꝙ talis de
pendentia pro illo instanti quo creatur: necessario sibi cōue
nit cum sit idem realiter ipsi creature: vt probat doc. in se-
cundo dist. 1. q. illa an creatio angeli sit idem qđ existentia
angeli. ⁊ similiter dist. 2. q. 1. Sed talis habitudo siue realis
dependētia: nō conuenit necessario ipsi creature pro tempore
immediate sequēti: in quo dicitur cōseruari. patet: quia tūc
potest nō esse: sicut ⁊ ipsa existētia creature. ❡ Quarto in
statur sic. Si eadem est existētia creature quādo creatur. ⁊
quādo cōseruatur. tūc sequitur ꝙ ipsa bis producatur. ⁊ bis
habeat eē: supponēdo ꝙ cōseruare realiter sit idem ꝙ crea-
re realiter: siue idem qđ efficere illđ idem eē. vt patꝫ a doc.
in secūdo dist. 2. q. 1. ⁊ hoc idem supponit in presenti. q. tūc
sic. i primo istāti creatur ⁊ immediate accepit esse a deo. ⁊ in
tempore immediate sequēti cōseruatur. quero quomō cō-
seruatur. si cōseruatur quia in illo tempore accipit p veram
actionem diuinam illđ idem esse: qđ habuit i primo istāti: ⁊
vere tūc dicitur creari sicut doc. cōcedit. ergo creatura idem
esse bis accipit ⁊ bis creatur: qđ videtur omnino impossibile. nō
enī est itelligibile ꝙ. a. habēs nūc verum eē qđ iterum acci-
piat illđ idem eē: siue eadem actione qua primo habuit eē.
siue alia ⁊ alia actione: quia pducere eē: est illđ simpliciter
pducere de non eē ad eē. si enim prefuit quomō iterum fit
de nouo eē: ipso nō prius destructo: sꝫ eodē simpliciter ma-

nente. ¶ Quinto instatur: q non sit eadem existentia in creatione & cōseruatione omnino indistincta sm rationem: vt supponit ipse & vt accipit minorē sub maiori. Maior. p positio fuit ista eiusdem re & ratione ad idem re & ratione. est vnica dependentia essentialis eiusdem rationis. Et mi. fuit ista. Sed existentia creature in creatione & conseruatione est vna re & ratione &c. pbo modo q non sit vna ratione. hoc patz p ipsum qui vult: q etsi creatio passiua & cōseruatio sint idem ex natura rei. tamē ratione distinguunt: quia existentia creature vt creat proprie includit respectū rationis ad non eē immediate precedēs. & vt conseruat includit respectum ad seipsam vt accipientem eē in primo instanti. & isti respectus sunt alij & alij: quia & termini alij et alij. nam terminus primi respectus est nihil immediate pcedens. & terminus secundi respectus est existentia creature vt habēs eē in primo instanti: vel ponit nihil non immediate: sed mediate precedens. ¶ Sexto instat sic. illa non sunt penitus eadem ratione que possunt fundare duo contradictoria sm rationem: siue p actum collatiuum intellectus. Hoc patz a Doc. Sed creature existentia vt comparatur ad deum vt creantem: & ipsa eadem vt comparat ad deum: vt conseruantem includūt contradictoria sm rationem: patz. quia vt ipsa comparat ad deum vt creantem includit respectum rationis ad ipsum deum vt dantem esse immediate post non esse. & vt comparat ad deū vt cōseruātem dicit respectum ad deum vt dantem esse post eē: vel vt dantem esse post non esse mediate. & isti respectus sunt necessario alij & alij. ergo ipa existentia creature non est omnino eadem sm rationē in creatione & conseruatione.

Q. non sit idē velle diuinū respectu creare et cōserua re, arguit.

¶ Septimo instatur contra secundam partem conclusionis. probando. s. q non sit idem velle diuinum. saltem rōne respectu creature vt create et conseruate. Et instatur sic. nihil est omnino idem ratione quod potest includere diuersa: comparationes passiuas p actum intellectus diuini. pz istas quia alia & alia comparatio passiua dicit alium & aliū respectum rationis: vt patet a Doc. in pluribus locis. Sed intellectus diuinus comparando deum ad creaturam: & vt creantem & vt conseruantem: siue cōparando ipsum velle diuinum necessario comparat sm aliam & aliam comparationem probatur istaqz est impossibile idem eadem cōparatione passiua comparari ad diuersos terminos: vt patz. sed creatura vt conseruata differt a seipsa vt creata. saltē sm rationē. ergo vt sic dicit quasi duos terminos. sunt eni distincta esse cognita. patet: quia vt cognoscitur habere eē immediate post non esse distinguitur ab alio esse cognito: quo cognoscitur habere esse immediate p9 esse: siue habere esse mediate post non esse. Si ergo intellectus diuinus comparat idem velle diuinum ad existentiam creature sm aliud et aliud esse cognitum in ea: sequitur q alio respectu comparat velle diuinum ad creaturam cognitam habere esse immediate post non esse: siue vt dantem eī esse immediate post non esse: et alio respectu comparat vt dantem ei esse immediate post esse: siue mediate post non esse. ergo velle diuinum vt sic necessario includit alium et alium respectum. et sic non erit idem omnino indistinctum re et ratione. ¶ Octauo instatur. et redit quasi in idem qd prius Supponendo vnum scilicet q respectus rationis: non tm potest causari per actum intellectus: sed etiam per actum voluntatis: vt patet a Doct. in primo distinct. quadragesima quinta. Tunc sic. quando aliquid alia et alia comparatione passiua comparatur: illud necessario includit alium et alium respectum rationis: quia comparatio passiua: siue esse comparatum dicit respectum rationis. Sed voluntas diuina comparando velle suum quo vult existentiam creature esse immediate post non esse. et similiter quo vult eandem existentiam esse immediate post esse prehabitum: siue mediate post non esse comparat ipsum sm alium et alium respectum. hoc patet. ¶ Nono instatur. supponendo dictum Doct. in pluribus locis: q esse cognitum vt cognitum dicit precise respectum rationis. et similiter esse volitum vt volitum. Tunc si includens necessario aliud et aliud esse cognitum necessario: includit alium et alium respectum rationis. vt patet: sed velle diuinum vt dantem eē creature immediate post non esse: et vt dantem esse immediate post esse: siue mediate post non eē. includit vel includere potest aliud et aliud esse cognitum. patet: quia aliter cognoscitur velle diuinum vt dat eē immediate post non eē et aliter cognoscitur vt dat esse mediate post non esse: siue immediate post eē. ergo non erit idem esse cognitum. et per consequens non erit idem velle omnino indistinctum sm rationem. ¶ Decimo instatur contra tertiam partem, scilicet q conseruari siue relatio creature ad deum vt cōseruantem non sit relatio dependentie essentialis: quia relatio dependentie essentialis qua ipsa sm suum esse dicitur depēdere ad aliud essentialiter a quo accipit esse imediate. fundatur in esse absolute pro quanto illud imediate causatur post non esse: quia si prehabuisset esse: non diceretur proprie depēdere ad aliud essentialiter: vt patet. modo relatio creature vt cōseruate non est huiusmodi. patet: quia non fundatur in existentia nisi precise vt prius habentie esse. s. per creationem. ergo relatio creature ad deum conseruantem non est essentialis dependentia.

Ad rōnes sambulis declaratio cū respōsionibus.

¶ Respondeo ad omnes instātias premittendo aliqua. Primo. q illa propositio Doc. s. que possunt fundare duo contradictoria &c. intelligitur absolute: sic qd realiter potest cōuenire vni simpliciter & absolute repugnat alteri: & non comparādo ad diuersa. & patet: quia eidē lapidi in vno tempore potest sibi competere esse simpliciter album: & in alio sibi repugnat. patet: quia in isto tempore quo non ponitur actu esse niger potest esse alb9. et tamē albedo sibi in alio tempore repugnabit: puta in illo tēpore quo actu ponitur sub nigredine: & tamē erit idem omnino lapis ex natura rei. quicquid ergo absolute potest competere vni preter opus intellectus: absolute nō repugnabit illi preter opus intellectus. Sicut dicimus q essentia diuina distinguitur ex natura rei a proprietate: quia preter opus intellectus necessario ɔuenit essentie cōmunicabilitas: & illa necessario repugnat proprietati. Sic dico in proposito de instanti &c. nam quocunqz instans cui qd cōuenit alicui omnino in distincto ex natura rei: et etiam absolute poterit cōuenire: licet vnum instans cōueniat pro vna duratione & nō conueniet pro alia duratiōe. Et sic patet responsio ad primam instantiam. ¶ Ad secundam. Dico breuiter q illud idem esse in primo instanti non cōuenit creature necessario sic q in illo instanti sit necessario. patet: quia in eodem instāti quo creatur potuit simpliciter non creari: quia voluntas diuina etiam in eodem instanti quo elicit actum adhuc consideratur vt prior natura actu elicito: vt patet a Doc. in primo dist. 39. & dist. 40. hoc idem patet de voluntate nostra a Doc. in secundo dist. 25. & per consequens in eodem instāti in quo ipsaz creat. adhuc intelligitur vt prior natura ipsa creatura: & per consequens quādo creat pōt ipsam nō creare. ergo non conuenit sibi esse necessario pro illo instanti. verū tamen est q quando in instanti: puta. a. in quo intelligit iam habere esse & actu existere: q tunc pro illo instāti necessario est: quia tunc habet primum instans sui esse: quia verum est dicere in isto instanti est & immediate ante hoc non fuit. Et propositio philosophi scilicet omne qd est &c. est p lixe exposita in primo dist. 39. & aliqualiter in secundo dist. 1. vide ibi. ¶ Et cum infertur q in tempore imediato potest non esse: concedo eodem modo sicut & in primo instanti: quia sicut in primo instāti potuit non & esse in illo instanti quando est iam necessario est: quia in illo instanti vt iam est non potest non esse: sic in eodem tempore quo ponitur in esse potuit non poni: sed vt precise consideratur in illo tempore immediato habere esse & actu esse: tunc necessario est: quia vt est in tali tempore in illo tempore non potest non esse. & tamen immediate post illud potest non esse. & sic debet intelligi propositio philosophi q precise quando est vt est non potest non esse. si enim est in instanti. a. vt est in illo instanti nō potest non esse. similiter vt consideratur esse in tempore. b. vt est in tali tempore non potest non esse. ¶ Ad tertium. Dico q eadem habitudo realiter conuenit creature ad deū vt conseruantem que conuenit eidem ad deum vt creantē: quia ex quo est eadem realiter ipsa habitudo realis cum natura creata: stante eadem existentia omnino ex parte rei indistincta semper stat eadem habitudo realis: modo existentia creature semper est eadem: & ad deum creantē & ad deū conseruantem. Et cum probatur: q non est eadem &c. Dico q non diuersificatur illa habitudo realis sm aliū & aliū respectum rationis: quia vt est ad deum vt dantem esse immediate post non esse dicit alium respectum a se ipsa: vt considerata ad deum vt dantem esse immediate post esse: siue mediate post non esse. ¶ Ad quartum. dico q bis accipere esse: est proprie accipere illud idem esse immediate post non esse: sic q. a. immediate accipiat esse post non esse. ita q non esse imediate precedat ipsum esse: & illud idem. a. accipiat idem esse post illud idem non esse immediate precedens. et hoc est manifeste impossibile. Sed in proposito in tempore immediate sequenti dicitur accipere idem esse quod prius fuit: quia si deus illud idem non poneret in esse annihilaretur. est ergo idem esse pluries positum. De hoc vide que exposui in secundo dist. 2. q. 1. vbi eandem difficultatē adduxi

Optima solutio

Bis accipere esse quid sit.

Optima de claratio et doctrinalis.

¶ Ad quintū ꝛ sextū. Dico ꝯcedendo ꝙ non sit eadem existentia oīno indistincta ſm rōnem vt comparaṫ ad deuȝ vt creantem ꝛ vt cōſirmantem. ꝛ cōcedo illam rōnem. Sed expono illam ꝓpositionem. nō. n. intelligit Doct. ꝙ existentia in creatione ꝛ conſeruatione: non poſſit diuerſificari ſm aliū ꝛ aliū respectum: ſed intelligit ꝙ ipſa exiſtentia omnino indiſtincta re ꝛ rōne ſit imediatum fundamentum dependentie eſſentialis ad deum vt creantem ꝛ conſeruātem. Et ꝗuis ſint plures respectus rōnis: tamen illi respectus non ſunt rō: nec proxima nec remota fundandi huiuſmodi depēdentiam eſſentialem: ſed ſola exiſtentia creature que ſimpliciter eſt eadem quantūcunq; duret. Et ſic debet intelligi dictum Doc. ¶ Ad ſeptimum. octauū ꝛ nonum ſimul. Reſpōdeo ꝯcedendo abſolute illas tres rationes: nec ſunt contra verum ſenſum propoſitionis. Intelligiṫ enim propoſitio. ſic ſcȝ ꝙ eſt idem velle diuinum reſpectu conſeruationis ꝛ creationis paſſiue. i. ꝙ dependentia eſſentialis ad deum vt creātem ꝛ vt conſeruantem terminaṫ ſimpliciter ad idem velle diuinum omnino indiſtinctū re ꝛ rōne. i. ꝙ quāuis in tali velle ſint plures reſpectus rōnis. tamen illi reſpect⁹ nullo modo ſunt ratio nec proxima nec remota terminādi talem dependentiam creature ad deum: ſed eſt ipſum velle diuinum abſolute conſideratum. ¶ Ad decimum. Dico vt dicit Doctor declarando illam partem concluſionis: ꝙ ideo diciṫ eſſentialis: quia per ipſam creatura accipit eſſe. ꝛ non eſt neceſſe ꝙ accipiat imediate poſt non eſſe: vt ptȝ.

Contra tertiū dictum.

¶ Contra tertium dictum inſtaṫ. probando: ꝙ velle diuinum non ſit rō formalis terminandi relationem creature: quia ex hoc ſequuntur plura inconuenientia. ¶ Primum eſt: quia ſequiṫ ꝙ creatura neceſſario creetur. probatur ſic. ſupponendo duo dicta. Doc. Primum quod eſt ratio formalis terminandi dependentiam cauſati ad cauſam eſt ratio formalis cauſandi. hoc patet a Doc. ſupra. q. 8. Secundū eſt: ꝙ ꝗuis velle vel nolle libere eliciatur. tamen ipſo poſito non agit libere: vt ptȝ a Doc. in ſecundo. ꝛ tertio. ſola enim voluntas eſt que libere agit. Tunc ſic: nullus actus voluntatis diuine eſt rō formalis cauſandi aliquid libere: vt patet per ſcōm preſuppoſitum: ſed ſi eſt ratio cauſandi: erit ſimpliciter ratio cauſandi neceſſario. Sed velle diuinū eſt rō cauſandi creaturā. patet: qꝛ eſt ratio terminandi eius dependētiā: vt patet ꝑ primū preſuppoſitum. ergo velle diuinum erit ratio cauſandi creaturā mere neceſſario: ꝛ ſic creatura habebit neceſſe eē.

Ad rōnes ꝯtra tertiū dictum.

¶ Rñdeo ꝯcedendo rationem iſtam cum ſuis preſuppoſitis. Sed dico: ꝙ dictū Doct. debet ſane intelligi. nō em̄ vult ꝙ velle abſolute ꝯſideratum ſit ratio formalis cauſandi: ſȝ qꝛ volūtas diuina ꝑ velle quo vult creaturā eſſe: libere vult ipſam: ideo dicit Doct. ꝙ eſt ratio terminandi: ꝛ per ꝯñs ratio cauſandi. tamen in veritate: ſicut etiam patȝ ſupra. q. 8. ſola voluntas eſt rō cauſandi ꝛ ſimiliter terminandi: ꝛ multotiens Doct. accipit velle pro voluntate: ſicut etiam aliqñ accipit voluntatem pro ipſo velle. Sed de hoc alias.

ꝯtra quartum dictū.

¶ Contra quartum dictum inſtatur. probādo: ꝙ ſecunda perſona non accipiat eſſe a prima pro quocunq; inſtanti: quia ſequerentur duo inconuenientia. Primum qđ tunc diceretur conſeruari: quia in ſecundo inſtanti comparatur ad ſeipſam vt accipientem eſſe in primo inſtanti ſicut etiam patet de creatura que dicitur conſeruari in tempore īmediate ſequēti ad inſtans in quo creatur. Secundum eſt: quia perſona ſecunda in primo inſtanti quo accipit eſſe a prima: eſt ſimpliciter neceſſe eſſe. ergo pro inſtantibus ſeqñtibus non accipit amplius eſſe: quia tunc non fuiſſet in primo inſtanti ſimpliciter neceſſe eſſe. patet: quia ſi per impoſſibile non produceretur in eſſe in ſecundo inſtanti tunc non eſſet. ergo. ¶ Ad primū Dico ꝙ conſeruari proprie dicit dependentiam eſſentialem: qualis non eſt in ſecunda perſona.

¶ Queſtio Tertiadecima.

Titul⁹. q. īgenioſe exponitur.

AN actus cognoſcēdi et appetendi ſint eēntialiter abſoluti: vł eſſentialiter relatiui. Queſtio iſta non q̄rit de actu terminato ad cognitionē quo ꝓducitur vel eliciṫ vel inducitur ipſa cognitio: ſed querit de actu cognoſcendi qui. ſ. eſt ipſa cognitio actualis. ita ꝙ iſte actus ſi dicaṫ actio non intelligiṫ ꝙ ſit de genere actionis: qꝛ ipſa eſt ſemꝑ ad terminū aliquē accipientem aliquo mō eſſe per ipſam actionem: ſed ītelligiṫ ꝙ ſit actio: hoc eſt opatio qua agens tanq̄ actu vltimo perficitur. Et breuiter ad cautius loquendū. in tota iſta. q. intelligiṫ hoc nomen actio pro actione de gñe actionis que. ſ. eſt actio ꝓductiua vel ſaltem aliquo mō ad eē termini per ipſam ponendi. Et hoc nomen opatio intelligiṫ pro actu intrinſeco quo ipſum operās perficiṫ vltimate. Eſt igitur intellectus. q. An actualis cognitio ſit eſſentialiter relatio ad obiectum cognitum. ꝛ ſimiliter de actuali appetere. ſ. de actuali volitiōe: vbi tria ſunt videnda.

De articulatio. q.

Primo ꝙ in omni intellectione ꝛ generaliter operatione quacūq; de qua loquimur eſt aliqua entitas abſoluta. Secundo qualiter illud abſolutum habeat aliquam relationem ad obiectum ſibi annexam. Tertio an illa relatio ſit actui iſti eſſentialis.

prima. ꝯ. doctoris ꝓbatur. Expō lre.

¶ Prima concluſio probatur tripliciter. Primo ſic vltima perfectio (accipiendo perfectionem q̄ eſt in actu ſecundo) ſubſtantie viue non eſt ſola relatio. Sȝ operatio eſt huiōi vltima perfectio qua ſupple coniungitur optimo. igitur talis operatio non eſt relatio. ma. probatur: quia ſola relatio non ſumme appetitur appetitu naturali hoc eſt inclinatione naturali que non eſt operatio: vt patȝ a Doct. in ſecundo diſt. 6. q. 2. ꝛ in quarto diſti. 49. q. illa. an quis velit neceſſario beatitudinē vel appetitu electiuo. i. actu elicito voluntatis nature ſumme appetentis. Sed vltiā perfectio nature viuentis: a tali natura ſumme deſideratur deſiderio naturali. De quo intelligi poteſt illud Aug. 13. de tri. c. 4. beati omnes eſſe volumus qđ ſemper verum eſt: ſiue de beatitudine actu cogitemus ſiue nō: qꝛ appetit⁹ ſiue naturalis iclinatio nō ꝑſupponit neceſſario cognitionē aliquam: vt ptȝ a Doct. in pluribus locis. Ibidē etiā vult ꝙ quicquid aliud quiſq; latenter velit ab hac voluntate cōi. ſ. deſiderio naturali nō recedit. Deſideraṫ etiā ſummo deſiderio electiuo bñ diſpoſito. i. actu voluntatis elicito. ꝛ ſi voluntas ſit bñ diſpoſita: tunc actu elicito vult ipſam beatitudineȝ ꝛ ſumme vult eam: lȝ non neceſſario. Minor ꝓbaṫ (. ſ. ꝙ vltima perfectio ſubſtantie viue ſit operatio optima: ꝛ dr̄ operatio optima propter hoc: qꝛ terminatur ad optimum appetibile.) per philoſophū primo ꝛ decimo ethico. vbi vult ꝙ felicitas q̄ eſt finis vltimus nature intellectualis. ꝛ per ꝯſeq̄ns ſumme deſiderabilis eſt operatio optima: vł cōſiſtit in operōne optima. Idem vult. 12. metaphyſice. capitulo. 6. vbi de deo loquens dt: ꝙ ſi non intelligat quid [illegible] eſt inſigne. et ſtatim poſt: ſi nō eſt hoc qđ ſua intelli[illegible]. actualis intellectio: ſed potētia nō eſt vtiq; optim[illegible]ntia. nam ad ꝓbationē dicte ꝯſequentie ſtatim ſubdi[illegible]. per intelligere enim ei honorabile ineſt. Idē habeṫ. 9. meta. c. 7. vbi vult ꝙ act⁹ ſit prior potentia non ſolū tempore ꝛ ratione. i. diffinitione quia potentia diffinitur per actū: ſed etiam ſubſtantia. i. ꝑfectione: vnde in ꝓbatione illius membri: ꝙ actus ē prior potentia. ſubſtantia em̄ perfectione. exemplificat ipſe vt vir puero ꝛ homo ſpermate: qꝛ vir eſt perfectior puero ꝛ homo perfectior ſpermate: ꝛ concluſionem ſic intellectam. ſ. ꝙ actus eſt prior potent[illegible] perfectione ibi probat: qꝛ gratia act⁹ tanq̄ finis ſunt ali[illegible]dinata ad actum. ꝛ per ꝯñs erit prior ſm perfectionem p[illegible]entia. ꝛ omnia ordinata ad actū ſunt quaſi in potentia ad actū. Sed felicitas ſubſtantie intellectualis eſt vltimus actus ſiue vltima operatio ad quam homo ordinatur. ergo vt ſic erit prior perfectione cum ſit vltimus finis ad quem natura intellectualis ordinatur. et per ꝯñs non erit eſſentialiter relatio: ſed entitas abſoluta. Siue illa btitudo accipiatur pro viſione ſicut dicit vna auctoritas Aug. viſio inquit eſt tota merces: ſiue accipiatur pro fruitione ſiue dilectione: ſicut dicit Aug. de doctri. chriſtiana. ſumma merces eſt vt ipſo perfruamur. Saltem in hoc oēs conueniunt ꝙ finem vltimum ꝛ maxime deſiderabileȝ dicunt eſſe operationem: vel in operatione ꝯſiſtere. ꝛ ſic pȝ prima ratio. ¶ Secundo principaliter probatur eadem cōcluſio ſic. relatio ꝓprie dicta non eſt noua ſine nouitate fundamenti vel termini: vt patet per phm̄. 5. phyſi. vbi negat motum ad relationeȝ. que auctoritas expoſita eſt ſupra. q. 12. Sed operatio poteſt eſſe noua ſine nouitate fundamēti ꝛ termini. De fundamento ptȝ qꝛ illud qđ exit de potentia accidentali ſiue ꝓpinqua ad actum non recipit aliquam formam nouam priorē ipſa operatione: qꝛ tunc non fuiſſet prius in potentia accidentali: ſed eſſentiali: ſicut etiam ptȝ de intellectu qñ recipit ſpeciem intelligibilem ante actualē intellectionem: qꝛ reſpectu ſpeciei intelligibilis eſt in potētia eſſentiali ſiue remota ad operandum ꝛ recepta ſpecie intelligibili eſt in potentia accidentali ſiue propinqua ad operandum: vt declaraui in primo diſtin. 3. q. 6. ſequiṫ ergo ꝙ quando intellectus immediate exit ad operationeȝ: ꝙ tunc nihil noui recipit vltra illam operationem. ꝛ ſic patet quomodo poteſt eſſe noua ſine nouitate in fundamento Secūda pars minoris eſt manifeſta: patet enim ꝙ nihil abſolutum aduenit viſibili quando videtur actu. nec intelligibili quando intelligitur actu. ꝛ ſimiliter de alijs. ergo talis operatio non eſt eſſentialiter ſiue formaliter relatio. ¶ Tertio principaliter arguitur ad idem: qꝛ omnis relatio realis ꝓpe

accepta necessario ⁊ ex natura rei consequitur posito fundamento proximo ⁊ termino. Sed intellectio nō necessario cōsequitur positis potentia intellectiua ⁊ obiecto etiā approximatis: ⁊ nullo modo impeditis patet. Si dicatur q fundamentum proximum est aliquid medium inter potentiam et operationem: quod est posterius ipsa potentia. Sed ptra: q tale quid non potest dari nisi ipsa operatio: quod enim est proximum fundamentum aut est absolutū iuxta illud. 7. de tri. c. 2. omne quod relatiue dicitur: est aliquid excepto relatiuo que auctoritas est exposita in primo dist. 1. q. 2. ⁊ in. q. 1. quolib. vide ibi: aut precise non est illa relatio: cuius est fundamentum vel ratio fundandi. patet: q operatio non erit precise illa relatio cuius ponitur fundamentum: vel ratio fundandi quia fundamentum vel ratio fundandi relationem necessario distinguitur ab illa cuz necessario presupponatur illi. igitur operatio non est precise relatio ad obiectum. ¶ Ex hac conclusione sic probata: concluditur vlterius propositum sic si hec operatio essz precise respectus: tunc esset relatio quia respectus quem philosophus concedit aliquo modo conuenire operationi est proprie de genere relationis: et pertinet ad tertium modum relatiuorum: vt patet ex. 5. meta. cū igitur operatio non sit precise relatio: vt probant rationes iaz posite: sequitur q non sit precise respectus: ⁊ per ɔñs est ibi aliqua entitas absoluta: qd est propositum in isto articulo.

Dubia ingeniosa. cū solutionibus circa primū articulum doctoris. ⁊ primo circa primam rōnem doctoris.

In isto articulo circa tria principaliter occurrunt aliqua dubia. Primū non videtur q prima rō concludat propositum. s. q operatio sit entitas absoluta: ex hoc q vltima perfectio substantie viue non est sola relatio ⁊ vltima perfectio est felicitas. instatur probando: q vltima perfectio substantie viue non sit necessario entitas absoluta. Et primo sic. presupponendo qd dicit Doc. in primo dist. 2. parte. 2. q. 1. probando per dictum phi. 12. meta. deum esse intelligentem: q vltima perfectio eius est in actu secundo quo perfecte vnif obiecto perfectissimo: puta obiecto beatifico. ita q tota eius perfectio est coniungi tali obiecto. Suppono secundo quod ipse dicit in quarto dist. 49. q. 2. q beatitudo cōsistit in operatione que cōiungit imediate obiecto beatifico: ⁊ breuiter ex hoc potentia dicitur perfecte beata quando actu vnitur siue coniungitur obiectō beatifico. Tunc arguo sic. quāto potentia imediatius attingit obiectum beatificum: tanto est perfectior loquendo de eius perfectione vltimata. Sed si ponatur operatio relatio formaliter qua attigitur obiectum beatificum: tunc potentia operans per ipsam imediatius attingit illud. ergo talis operatio magis debz poni formaliter relatio q̄ entitas absoluta. ma. est nota ex presuppositis: ex hoc enim dicitur vltima pfectio substantie viue: quia per ipsam ɔiungitur obiecto perfectissimo. ergo quanto imediatius tanto erit vltima eius perfectio. mi. similiter patet: quia ponendo operationem entitatem absolutam. tunc potentia per ipsam non attingit imediate obiectum: sed ponendo ipsam esse relationem operantis ad obiectum: imediate per illam attingit obiectum cum ipsa imediate terminef ad illd vt ad terminum. ¶ Secundo ex eodem quasi medio instatur. Sicut se habet perfectio creature vltimata vt ɔsistit in actu primo. Sic se habet perfectio eius secunda vltimata que consistit in actu secundo. Sed perfectio prima vniuscuiusq ɔsistit in hoc q magis appropiquat primo enti: siue enti perfectissimo vt patet a Doc. in quarto disti. 12. ⁊ quanto magis ei appropinquat sm suam entitatem essentialem: tanto essentialiter erit perfectior. ergo eius perfectio secunda vltimata. tanto erit perfectior quanto imediatius attingit obiectū perfectissimum. Sed precise imediate attigitur per relationem operantis que imediate terminatur ad obiectum perfectissimum: ⁊ per te ⁊ per phm talis perfectio secunda vltimata consistit in operatione. ergo illa operatio erit formaliter relatio. ¶ Confirmaf. q intellectus quātūs habeat deum perfecte presentem in ratione entitatis: siue tm entitatiue eo modo quo dicitur perfecte p̄sens omni creature ex hoc non est beatus: vt patet. Et posito etiam q talis intellectus habeat habitum perfectissime inclinantem ad ipsum adhuc non erit beatus: quia vt sic non imediate attingit illud in ratione obiecti perfectissime attingibilis. Cum ergo precise attingatur per aliqd qd imediate terminaf ad illud: et illud non potest poni nisi respectus siue relatio operantis: et per operationē imediate accipitur: ⁊ vt est entitas absoluta nō imediate terminatur ad illud. ergo operatio erit formaliter relatio que terminatur ad illud. ¶ Quarto instatur sic. Sicut se habet materia prima ad formam perfectissimam virtualiter continentem perfectionem oim aliarum formarum (si aliqua talis esset dabilis) ⁊ hoc quantum ad perfectā repletionem sue capacitatis: siue quo ad eius vltimam perfectam quietem. Sic se habet potentia beatificabilis ad obiectum vltimate beatificum: patet ista similitudo: quia vtrobique fit comparatio ad vltimam perfectionem secundam. Sz materia prima dicif perfectissime quietari: ex hoc q immediate suo modo attingit formam pfectissimam: siue ex hoc q perfectissime vnitur illi: sed non perfectissime vnitur nisi mediante vnione fundata in materia ⁊ terminata ad formā illā ergo ⁊ potentia beatificabilis erit perfecte beata ⁊ quietata: ex hoc q perfectissime vnitur obiecto beatifico: ⁊ hoc non ɔtingit nisi per relationem fundatam in illa ⁊ terminata immediate ad tale obiectum. Sed ɔmuniter conceditur: ⁊ specialiter a Doc. in quarto dist. 49. q. 2. q vltima perfectio nature beatificabilis consistit in operatione qua vnitur obiecto beatifico ⁊ nō imediate per ipsam vnitur nisi ponatur q sit formaliter relatio. ¶ Quinto instaf sic. appetitus naturalis ponif pfectissime quietari in obiecto eius pfectissimo: ex hoc solo q pfecte coniungitur illi. ⁊ non per aliquam entitatem absolutam mediam: vt patet. ergo hoc idem erit de appetitu rationali. ¶ Sexto instatur sic. quia Doc. in secundo articulo. probat q operatio vt ponitur entitas absoluta nō erit vltima perfectio substantie viue: nisi pro quanto includit relationem terminatam ad obiectum beatificum. ergo debet poni operatio circa obiectum beatificum esse relationem mediam inter potentiam operantem ⁊ obiectum circa qd est opatio. magis ergo ɔcludif ex illa ratione Doc. q vltima operatio substantie viue sit formaliter relatio q̄ entitas absoluta. ¶ Confirmatur ratio ista sexta: q ponendo operationē circa obiectum beatificum eē entitatem absolutam: ⁊ necessario includere relationem ad tale obiectum ad hoc vt dicatur vltima perfectio substantie viue est simpliciter ponere vltimam felicitatem hois eē ens per accidens: quia dicit opationē cum relatione: siue entitatem absolutam cuz relatione. ¶ Confirmaf iterum: q si opatio substantie viuentis elicita circa obiectū beatificum: non dicif vltima perfectio eius. nisi pro quanto includit relationē imediate terminatam ad tale obiectū. sequif q talis relatio erit magis pfectio eius vltima: tum q imediatius per ipsam substantia viuens attingit obiectū. tum quia operatio sine ista non est vltima perfectio: ⁊ cū ista ponif vltima perfectio. ergo illa relatio erit magis vltima pfectio. Ad euitanda ergo ista inɔuenientia videf melius ponere opationem substantie viuentis esse formaliter relationem: q̄ entitatem absolutaz.

Bonum argumētū ad hominem.

¶ Nono instatur sic. q si vltima pfectio substantie viue ponitur entitas absoluta: ⁊ illa nō immediate attigit obiectū vt supra patuit. magis ergo videtur ponere ipsam in aliq̄ entitate absoluta perfectiore: puta in aliquo habitu pfectissimo: q tunc magis illo pficitur q̄ aliqua opatione absoluta ⁊ ex illa vt absoluta nullo mō attingit obiectum: sed ponitur tm pfectio intrinseca ⁊ denominās. Et si vltra ista requiritur aliqd aliud quo immediate attingif obiectum illud erit pcise relatio. ¶ Decimo ⁊ vltimo: patet de aliis q̄ suo modo quietanf in obiectis eoꝝ quietatiuis. nam lapis in centro pfectissime quietatur: loquendo de quiete ptinente nature eius: ⁊ non dr perfecte ibi quietari nisi pro quanto vnitur illi: qd precise fit mediante relatione fundata in ipso et terminata immediate ad centrum: ergo sicr videtur dicendum in pposito: ⁊ sic magis videtur esse ponendum opationem hois perfectam circa obiectum beatificum esse formaliter relationem q̄ entitatem absolutaz. ¶ Respondeo ad istas instantias: premittendo aliqua. Primo q aliquid alteri vniri potest multipliciter itelligi. Primo q vniatur sibi vt perfectioni eius intrinsece: qua formaliter perficitur: sicut materia vnitur forme: ita q talis vnio precise terminaf ad formam vt est eius simpliciter perfectio: hoc modo nulla potentia substantie viue dicitur vniri obiecto eius: quia obiectum vt obiectum non ponif perfectio intrinseca potentie cuius est obiectum. ⁊ si aliquādo contingat aliquod obiectum intrinsece perficere potentiam: tamen sub ratione qua est obiectum actu intelligibile non perficit eam formaliter: ⁊ sic potētia beatificabilis nullo modo est vnibilis obiecto beatifico vt perfectioni eius intrinsece: sed vt perfectioni extrinsece: vt patet a Doct. in quarto distin. 49. q. 1. ¶ Secundo premitto: q aliquid vniri obiecto vt perfectioni extrinsece potest dupliciter intelligi. vel q vniatur naturaliter. puta quia habet naturalem inclinationem ad illud: sicut graue vnitur centro: vel q vniaf attingendo illud l rōne vere a tali potentia preceptibili: ita q talis potentia vere percipiat illud in se vel in aliquo representatiuo. Primo modo potest vniri mediante sola relatione que terminetur ad illud. Sed secundo modo est impossibile vniri

Rñdet ad rōnes dīni dubiī.

Aliqd alīi vniri/multipliciter ɔtingit.

mediante sola relatione: quia nulla relatio vt relatio precise est perceptiua formaliter obiecti. isto secundo modo ponatur potentia substantie viue vniri obiecto vt perceptibili ab ipsa actu suo elicito. ¶ Tertio premitto: q licet relatio immediate possit terminari ad obiectum perfectum ita q precise terminetur ad ipsum in ratione entitatis perfectissime, non tamen terminatur sub illa ratione qua actu est intelligibile vel amabile a potentia: sed precise terminatur ad ipsũ vt ad terminum talis relationis: sed operatio que ponit vltima perfectio substantie viue terminatur ad obiectum vt per ipsam a potentia eius est intelligibile & vere perceptibile: & per consequens talis operatio non est precise relatio de genere relationis: cum per ipsam precise habeat obiectum vt terminus relationis: & non vt perceptibile. ¶ Quarto premitto: q non est de ratione operationis substantie viue coniungi obiecto in ratione perceptibilis: q includat aliquã relationem ad ipsum: nec realiter nec rationis. patz in deo vbi intellectio diuina perfectissime & imediatissime attingit eẽntiam diuinam in ratione obiecti vere beatifici & vere perceptibilis a potentia cuius est talis operatio que nullam iclu dit relationem nec realem nec rationis ad ipsam terminatã vt patet a Doc. in quol. q. 15. sed quãdo operatio distinguitur ab obiecto: tunc includit relationẽ ad ipsum: sed hoc accidit. Et posito q ipsa relatio requiratur vt aliquid necessario preuium non tamen aliquid tribuit operationi vt dicat formaliter perceptiua obiecti: sicut etiam vnio partium essentialium necessario requiritur vt quoddam preuium composito essentiali: tamen nullo modo est de essentia compositi. Sic in proposito dico: non enim potentia per intellectionem actu percipit obiectum: nisi talis intellectio actu terminetur ad ipsum: sed ipsam intellectionem actu terminari est ipsam dicere aliquam relationem ad ipsum. requiritur ergo talis relatio vt dispositio preuia: sz nullo modo pertinet ad esse formale operationis. ¶ Quinto premitto: q ex quo dantur gradus perfectionales in operationibus: ita q vna intrinsece est perfectior alia & non precise ratione termini vel fundamenti. sicut vna relatio dicatur intendi vel remitti. Sequitur q perfectio vltima intrinseca substantie viue: que ponit operatio circa perfectissimum obiectum erit entitas absoluta intrinsece & formaliter sic perfecta aliter non diceretur talis substantia viua perfecte beata beatitudine formaliter inherente. Et vltra sequeretur: q omnes beati in patria: saltem illi qui sunt eiusdem speciei essent simpliciter equaliter beati beatitudine formali & inherente patet: quia si visio deitatis in se esset formaliter relatio: certum est q nõ potest formaliter nec intendi nec remitti: cum intensio & remissio relationis fit precise ratione vel fundamenti vel termini: sed in patria remanet semper idem obiectum & eadem potentia eque intensa et sic visio omnium eiusdem speciei esset simpliciter equalis si ipsa poneretur precise relatio. ex quo ergo ponitur substantia viuens vere beata et beatitudo extrinseca & intrinseca. beatitudo intrinseca erit aliquid absolutum. Et vltra sicut omnis substantia creata suo modo est perfectibilis vltimate aliqua forma absoluta. vt patz de elementis: quia ignis formaliter perficitur calore: aqua frigiditate: corpora mixta suis coloribus &c. a fortiori perfectio vltimata substãtie viue: loquendo de perfectione intrinseca & inherente debet poni aliqua entitas absoluta in se formaliter perfecta: quam perfectionẽ habet principaliter ab obiecto vt a causa extrinseca: & quia perfectio vltimata talis substãtie ponitur operatio circa obiectũ eius pfectissimũ: vt supra patuit per phm & Aug. merito talis perfectio debet esse entitas absoluta. ¶ His premissis respondeo ad argumenta. Ad primum dico q ma. est vera qñ imediatius cõiungitur obiecto in ratione perceptibilis: ita q ei coniungatur percipiendo illud si est potentia perceptiua siue cognitiua: vel si est appetitiua actu elicito: vera est si coniungitur et attingendo illud in rõne amabilis siue fruibilis Et tunc mi. est falsa. s. q mediante relatione coniungatur eo modo predicto: q per relationem precise non attingit in ratione obiecti perceptibilis & beatifici: sed tñ per actum intelligendi vel volendi: non vt ponuntur precise relationes: sed vt qualitates absolute: vñ doc. in quarto dist. 49. vult q potentia potest dupliciter coniungi obiecto beatifico. s. formaliter hoc est cõiunctione formali que ponitur relatio: & fundamẽtaliter hoc est actu elicito potentie beatificabilis: secũdo modo est beatitudo formaliter non primo modo. ¶ Ad secundũ. Dico concedendo ma. recte intelligẽdo ipsam: q nõ habetur nisi q potentia vt beatificabilis non coniungitur imediatius q per operationẽ vt entitatem absolutam que ponitur actus secũdus: sicut & creatura nõ coniungitur imediatius q per aliquam entitatem absolutã in ipso: q homo imediatius appropinquat deo per intellectualitatem: q per substantiam vel q per viuens absolute & in hoc cõsistit perfectio hominis in actu primo. Si vero intelligatur de coniunctione formaliter: siue de appropinquitate formaliter que ponitur relatio. concedo q homo immediatius coniungitur deo per relationem que imediate terminatur ad ipsum. sic dicendo cõiunctione cõiungitur siue appropinquitate appropinquat: sicut & potentia beatificabilis cõiunctione coniungitur. Sed sicut in tali relatiõe formaliter non cõsistit vltima perfectio hominis intrinseca in actu primo: sed simpliciter in actu secundo: sic & vltima perfectio potentie beatificabilis non consistit in aliqua relatione qua imediatius coniungitur: sed simpliciter in actu secundo absolute qui actus est operatio formaliter perceptiua obiecti.

¶ Ad confir. Dico q requiritur coniunctio perceptiua obiecti que est in sola operatione actuali: vt supra patuit & ideo non sufficit sola presentia obiecti in rõne obiecti intelligibilis: sz requiritur q sit presens in rõne obiecti actu perceptibilis a potentia cuius est tale obiectum: & vltra requiritur q vt sic presens actu attingat percipiendo illud qđ non potest fieri per aliquam relationem formaliter & neq per habitum etiam pfectissimũ: q per illum tñ habitualiter cõiungitur. ¶ Ad quartum. Dico q ratio concludit pro me: q vltima perfectio intrinseca & inherens materie non est vnio media inter ipsam & formam: sed est principaliter ipsa forma que vere perficit. Sic vltima perfectio nature beatificabilis que cõsistit in actu secundo erit aliqua perfectio absoluta inherens formaliter illi & nõ relatio que nullam addit perfectionẽ formalẽ. Et hoc est qđ dicit Doc. in primo dist. 1. q. 1. q sicut materia satiatur intrinsece aliqua forma finita: sic potentia beatificabilis satiatur intrinsece & formaliter aliquo finito. s. ipsa operatione qua attingit obiectũ beatificum & extrinsece nõ satiatur nisi aliquo formaliter infinito. ¶ Ad quintũ de appetitu naturali. Dico q appetitus naturalis ad btitudinẽ non satiatur nec quietatur illa naturali inclinatione: q cũ semper & necessario & summe habeat eã: vt patet a Doc. in quarto dist. 49. necessario p quocũq instanti eẽt sũme beatus. Sed dicitur satiari qñ habet illud ad qđ summe inclinatur eo modo quo natũ est haberi: non põt aũt haberi vt perfectio intrinseca cũ primũ ens nullius creati possit esse perfectio itrinseca: sz tñ natũ est haberi vt cognitũ in cognoscente: siue vt amatum in amante: qđ precise fit per actum quo attingitur. Et appetitus naturalis est ad hẽdum summum bonũ vt summe sibi commodũ: & summe sibi delectabile: & per cõñs inclinatur etiam ad actum q immediate pt attingi vt summus delectabile: & sic vltima perfectio eius intrinseca erit entitas absoluta. vcz perfectissima operatio & perfectio eius extrinseca erit summũ delectabile. ¶ Ad sextũ. Dico q doct. non vult ibi q talis relatio media aliquo mõ pertineat ad formalem rationem btitudinis formalis & inherentis cum ponat eam simpliciter in operatione pfectissima que formaliter & intrinsece dicitur operatio vere perceptiua obiecti: siue est illud quo formaliter potentia attingit obiectum percipiẽdo illud: licet actu per ipsam absolute acceptam non attingat illud. requiritur ergo precise vt dispositio preuia: sicut etiã humanitas nõ pt immediate esse a corpore organico: & ala intellectiua vt absolute sumptis: que tñ sunt tota eius perfectio intrinseca essentialis: sed prerequiritur vnio eorum adinuicem: que tñ nullo modo pertinet ad perfectionem intrinsecam & essentialẽ ipsius hois. Sic doc. intelligit i pposito.

¶ Ad cõfir. Dico q vltia felicitas hois nõ erit ẽs p accñs q non ponitur aggregatum ex operatione et relatione: sic q hoc totum sit felicitas hois: sed ponatur precise ipa operatio circa obiectum btificum & relatio media ponitur precise vt dispositio. Sicut materia et forma sunt vere cause p se compositi: & tñ non causant nisi prius vnite. non est forma causat vt vnita: ita q vnio aliquo modo pertineat ad rõnez causandi: sed dicitur causare vt vnita: sic intelligendo actu non causat nisi prius vniatur. Sic in proposito. ¶ Ad aliã confirmationem patet responsio ex superius dictis. — *Visio hois vltia felicitas non sit ens p accidens.*

¶ Ad nonum. Dico q vltima perfectio substantie viue nõ ponitur absolute in entitate absoluta perfectiore: sed precise ponitur que est actus secundus quo substantia viua possit actu attingere obiectum beatificum: & sic bene concedo q ponitur in actu secundo perfectissimo qualis est operatio circa obiectum: & sic debet Doctor intelligi. ¶ Ad decimum & vltimum patet responsio ex dictis in illis preambulis. Similiter ex dictis respondendo ad obiectiones. Et sic patet resolutio dubiorum.

Secundo principaliter dubitatur de ratione se-

Nota bñ q sequũtur qñ cõfunde ex positos profundus loquitur.

Dubiū scḋʒ circa scḋaʒ rōnē docto risicū argumentis.

cunda que pncipaliter consistit in hoc ꝙ non potest esse relatio de genere relationis noua nisi ꝑ aliqḋ nouū absolutum: vel in fundamento vel in termino: sed intellectio potest esse noua stante precise eodem fundamento ⁊ termino. Instatur. probando ꝙ relatio proprie dicta possit eē noua nullo absoluto nouo pertinente ad rationem fundamenti vl' termini. Et primo sic. equalitas potest esse noua nullo absoluto prius acquisito: ⁊ pono casum ꝙ modo sint due quantitates inequales. ita ꝙ vna sit cubitalis: ⁊ alia bicubitalis: et post illa que est bicubitalis fiat cubitalis per ablationem ꝑtium: tunc iste due quantitates essent equales. ita ꝙ equalitas erit noua: ⁊ tamen nullum absolutum nouum est prius acquisitum: vt patet. per ablationem enim partis nihil absolutum nouum causatur in eo cui fit ablatio: vt patet experimentaliter. ¶ Secundo instatur: quia similitudo potest eē noua sine nouitate alicu' extremi: ⁊ presuppono ꝙ ratio ꝓxima fundandi similitudinem est vnitas qualitatis cum similitudo fundetur super vno: vt patet. 5. meta. c. ad aliquid. fundatur ergo super vnitate specifica alicuius qualitatis puta super vnitate albedinis. sicut ergo albedo est ratio formalis fundandi similitudinē ad aliud album: ita albedo in alio albo est ratio formalis terminandi similitudinē: ita ꝙ non est ratio formalis terminandi vt actu existens: ita ꝙ existentia in ipsa sit ratio formalis terminandi vel fundandi: sed entitas formaliter quiditatiua. Sed talis fuit ab eterno: ⁊ tamē ab eterno non fuit similitudo: sed ex tpe: quia causato alio ⁊ alio albo in esse existentie fit noua ⁊ noua similitudo: ⁊ tamē quicquid pertinet ad rationem formalem fundandi ⁊ terminandi similitudinem fuit ab eterno: cum omne ens fm esse quiditatiuum sit eternum. ¶ Tertio instatur: quia si nō potest esse noua sine nouitate alicuius absoluti sequitur ꝙ i. diuinis similitudo: equalitas. ⁊ identitas: sint penitus idem: qꝛ erit precise idem fundamentū ⁊ eadem ratio fundandi. s. vnitas essentia perfectissima: ⁊ vltra sequit'. ꝙ vna nullo modo erit prior alia: ⁊ si vna est prior ⁊ alia posterior stante eodem precise fundamēto ⁊ termino: sequitur ꝙ vna potest eē noua sine nouitate extremi. ¶ Quarto instatur. ⁊ pono ꝙ sint duo alba vnum vt quatuor ⁊ aliud vt octo: inter que ē aliqualis similitudo: ⁊ post album vt octo fiat album vt quatuor: tunc inter illa erit perfecta similitudo. ⁊ tamen nō erit aliquod absolutū de nouo acquisitum: ⁊ illa erit noua. vt patet. Tum etiam quia quero aut ista similitudo est eadem ꝙ prius. aut alia. non primo: qꝛ illa fuit imperfecta. si alia: habetur propositum. s. ꝙ nullo absoluto acquisito fit noua relatio. Et vltra quero de illa similitudine que erat albi vt octo ad album vt quatuor: ⁊ post fit album vt quatuor: posito ꝙ illa imperfecta que erat fundata in albo vt octo non sit. ꝙ eo modo quo album vt quatuor remanēs fit simile alteri albo vt quatuor: aut noua similitudine ⁊ habetur ꝓpositum: aut antiqua. ergo simul album vt octo fuit simile albo vt quatuor perfecte ⁊ imperfecte: imperfecte quia album vt octo. perfecte quia album vt quatuor. ¶ Quinto instatur. ⁊ pono ꝙ nunc sit perfecta similitudo inter album. a. ⁊ album. b. ⁊ b. annihiletur: ⁊ post idem. b. reparetur stante eodem. a. tunc inter. a. ⁊ b. erit vera similitudo: ⁊ tñ erit precise idem fundamentum ⁊ idem terminus: vt patet intuenti. ¶ Respondeo ad primum. ꝙ dictum Doc. debet intelligi. s. ꝙ nō possit esse noua relatio nisi facta aliq̄ nouitate in extremis: ⁊ hoc acquirendo vel nouum absolutum: vel deperdēdo aliquod absolutum prius. Dico secundo ꝙ fieri nouum absolutū pōt pro nunc dupliciter intelligi: vel ꝙ totaliter de nouo acq̄rat' vel ꝙ habeat nouum modū essendi. ⁊ sic quātitas cubitalis separata a quātitate bicubitali est per se existens ⁊ habꝫ rōnem totius: sed vt exñs in quātitate bicubitali hꝫ precise rationem ptis: ⁊ sic nō est noua relatio nisi nouo absoluto acq̄sito aliquo istorum modorum. prima tñ responsio magis vr' ad propositū. ¶ Ad secundū dico. primo ꝙ posito ꝙ existentia non requirat' nec vt ratio formalis terminandi: nec vt rō formalis proxima fundādi relationē. requiritur tñ vt cōditio requisita: ⁊ hoc sufficit. Dico secūdo ⁊ melius ꝙ nūq̄ ē similitudo realis actualis inter aliqua extrema: nisi rō formalis terminandi in vno extremo. ⁊ rō formalis fundandi relationē similitudinis in altero extremo sint in actu: nec est noua nisi sint noua. ¶ Et cū dr ꝙ fuerūt ab eterno. dico ꝙ albedo fm suū eē reale actuale ⁊ eēntiale nō fuit ab eterno: fuit bñ tñ fm quid. s. fm esse cognitum vel possibile: vt patet a Doc. in primo di. 36. ⁊ vide singularia que exposui in secundo dist. 3. q. 1. modo nō est ratio formalis terminādi vel fundandi similitudinē realeꝫ actualē nisi sint in esse eēntiali actuali ad qḋ imediate sequit' actualis existentia vt gradus intrinsecus. ¶ Ad tertium patet responsio ex hisque exposui supra. q. 6. quoli. vbi similis difficultas posita est. ¶ Ad q̄rtum patet responsio ex dictis ad primum argumētū. ¶ Ad quintum. Dico ꝙ redeunte eodem extremo redit simpliciter eadē similitudo: vt patet a Doc. in tertio dist. 8. ⁊ in quarto dist. 43. vide ibi multa ad hanc materiam pertinentia.

Ad argumenta contra scḋm dubium.

Aduer. circa hanc distinctioneꝫ

Tertiū dubiū circa tertiā rōnē doctoris.

Tertio principaliter dubitatur de tertia ratione principali que cōsistit in hoc ꝙ ad fundamētū proximū posito termino necessario sequitur relatio intrinsecus adueniēs sed operatio non est hmōi ⁊c. Instatur primo: qꝛ ad prius essentialiter non videtur necessario sequi posterius a quo tale prius nullo modo dependet. ¶ Instatur 2°: quia adhuc non est probatum ꝙ stante perfecta presentia obiecti potētie ꝙ non necessario sequatur operatio: sicut stante perfecta presentia visibilis potentie visiue ⁊ amoto omni impedimēto videtur necessario sequi visio. ¶ Tertio instat': quia operatio est in continuo fluxu: qꝛ continue fit. ergo formaliter relatio. ¶ Quarto instatur. contra hoc qḋ dicit ꝙ poneretur operatio relatio intrinsecus adueniens. Contra. tum qꝛ cōmuniter ponitur actio imanens. Tum qꝛ tertio de anima intelligere est pati. ergo videtur ꝙ sit passio. ¶ Respōdeo ad primum. patet responsio supra. q. 11. ¶ Ad secundum patet responsio a Doct. in. 4°. dist. 49. quia deus potest suspendere omnem actionem. ¶ Ad tertium patet responsio in ꝑmo dist. 3. q. vltima in responsione ad vltimum argumentuꝫ principale. ⁊ etiam in presenti. q. ¶ Ad quartum patet responsio hic in presenti. q. articulo 2°. ¶ Ad vltimum vide responsionem ad illam auctoritatem p'i datam a Doc. in primo dist. 3. q. 7. ⁊ etiam in 2° dist. 3. ⁊c.

Scḋs articulus principalis.

De secundo principali (. s. qualiter absolutum in operatione aliquam relationē ad obiectū habeat) sunt tria principaliter vidēda ⁊c. Doct. primo adducit tres rōnes q̄bus ꝓbat ꝙ opatio necessario īcludit relationē ad obiectū. Secundo ostendit qualiter hoc sit intelligēdum. Tertio respondet illis tribus rōnibus exponēdo q̄ō intelligant'. Circa primū. Prīa ratio stat ī hoc. vltima pfectio nature operatiue non pōt esse sine reali relatione ad obiectū pfectissimū circa qḋ ipsa nata est operari operatio aūt est summa pfectio talis nature ꝗ. ma. ꝓbat: qꝛ si sūma pfectio nature viue diceretur aliq̄d vt ad se ipsa substantia rei hoc mō eēt summa pfectio: qꝛ substantia est pfectior quocūq̄ accidēte: vt pꝫ. 7 meta. t. c. 4. vltima ergo pfectio substātie viue est ī hoc ꝙ vnit' obiecto pfectissimo ꝑ opationem: sed nō pt sic vniri nisi includat necessario relationem realem ad illud. ¶ Confirmatur hoc: per illud Aug. 13. de tri. c. 5. vel. 15. vbi aliis diffinitionibus reprobatis ꝯcludit quasi ꝓ vera diffinitiōe beat' igr' non est nisi habeat oīa que vult ⁊ nihil mali vult. Ex hoc arguitur quādo in ꝯcretis est predicatio ꝑ se ꝑmo modo: sequit' ꝙ abstractum predicatur de abstracto. pꝫ in exemplo album est coloratum. ergo albedo est color: qꝛ prīma est vera ꝑ se primo modo: ⁊ per ꝯseq̄ns nō rōne subiecti igitur si hec est vera primo modo. beatus hꝫ quicquid bene vult: sequitur ꝙ beatitudo est vt ita dicam habitio cuiuscunq̄ bene voliti. nunc aūt habitio vel habere videtur ꝑ se importare relationem. ¶ De ista regl'a a cōcreto per se ꝑmo modo ad abstracta q̄ tenet precise: qꝛ concretum nō est verum de cōcreto rōne sub ecti: sicut album est dulce est ꝑ se verum rōne subiecti in quo tam albedo q̄ dulcedo fundantur: vt pꝫ in lacte: ⁊ ideo non est vera ꝑ se rōne extremorꝫ: sicut hic album est coloratum: est precise vera: qꝛ albedo includit formaliter colorem. Si dicatur hec est vera prīo mō albedo est color. ⁊ tamen non sequit'. ergo albedeneitas est coloreitas siue q̄ditas albedinis est quiditas coloris: ⁊ tamen arguit' a cōcretis per se primo mō ad abstracta. Dico ꝙ prīma est vera: qꝛ etsi albedo non concernat subiectū nec similiter color vtrunq̄ tamē concernit suppositum ꝓpe nature: ⁊ ideo vnum predicatur de alio in primo modo. secunda vero est falsa: qꝛ neutrum concernit suppositum ꝓpe nature. immo est totaliter abstractuꝫ ideo non pt vnū de alio formaliter predicari cū vt sic sint vltimate abstracta. Sed de hac materia vide que plur' exposui in primo dist. 5. q. 1. Semp tamē tenet a ꝯcretis. per se primo mō ad abstracta vbi abstracta ꝯcernunt supposita ꝓprie nature. ¶ Scḋo ꝑncipaliter arguit sic. Ad formam absolutam nouam pōt esse per se mutatio: ad operationem puta ad intelligere et hmōi. non pt esse per se mutatio ergo. ma. probatur: qꝛ forma absoluta pt acq̄ri subiecto. non tñ per accidēs ad acquisitionem alterius: sed per se ꝓpria acquisitione: qꝛ pt ꝑmo per se succedere sue ꝓprie priuationi. mi. ꝓbatur ꝑ phm. 7 physi. dicē. neq̄ intellectiua parte anīe est alteratio. sciens

Vide expositio. s. ꝑmo vbi se remittit hic.

enim maxime ad aliquid dicitur: et multa ibidem tam in litera phi quam in commento videntur esse ad hanc intentionem. ¶ Tertio principaliter arguitur sic. In cuius substantia est relatio illud non est aliquid absolutum: sed in tertio modo relatiuorum in substantia vnius extremi. s. mensurati est relatio. operatio enim refertur ad obiectum illo tertio modo. igitur. ma. probatur: quia absolutum non includit in sua ratione formali relationem: quia tunc esset per se ad alterum per illum respectum inclusum: et esset per se non ad alterum sed ad se quia ponitur absolutum. mi. patet per commen. 5. met. vbi vult quod in tertio modo relatiuorum relatio est in substantia alterius extremi tantum: sicut in ratione intellectus. i. actus intelligendi: et non in ratione intellecti siue intelligibilis. i. obiecti: relatio includitur non est in substantia intellecti. s. obiecti: sicut est in substantia intellectus. i. actus intelligendi etc. Ibi etiam illud verbum phi idem bis diceretur exponit sic. intellectus. i. actus intelligendi non refertur ad intelligentem. s. ad potentiam intellectiuam: sed ad intellectum. i. obiectum quia si ita esset. s. quod simul referretur ad obiectum et potentiam: tunc intellectus constitueretur per intelligentem. i. quod actus intelligendi esset relatio per intelligentem vt per terminum. imo videtur esse econuerso. s. quod intelligens vt intelligens constituatur in tali esse per actum intelligendi: ex quo sequeretur quod illud quod constituitur per aliud constituat illud: sicut ipse arguit quod intellectus si diceretur ad intelligentem constitueretur per ipsum ita intelligit quod constituitur per intelligibile ad quod dicitur. non autem constitueretur per illud si esset in se aliquod absolutum quia absolutum non includit necessario quod sit ad aliud vt ad terminum: sicut relatiuum includit: vt patet: et sic patent ille rationes que postea soluentur.

De secundo principali huius secundi articuli in

quo Doctor declarat quomodo operatio includat relationem ad obiectum. Et recito istam literam vbi sunt alique difficultates annexe. licet alibi pro maiori parte sint exposite. Distinguo ergo de operatione et est distinctio manifestior in actu cognoscendi. potest tamen forte poni in actu appetendi: aliqua est per se existentis: sicut que attingit obiectum in sua propria existentia actuali. Exemplum de visione coloris et communiter in sensatione sensus exterioris. aliqua etiam est cognitio obiecti non vt existentis in se: sed vt obiectum non existit: vel saltem illa cognitio non est eius vt actualiter existentis. Exemplum vt imaginatio coloris: quia contingit imaginari rem quando non existit. sicut quando existit. Consimilis distinctio probari potest in cognitione intellectiua. hoc probatur. primo: quia patet quod aliqua intellectio potest esse non existentis: aliqua etiam potest esse obiecti existentis vt existentis: quia talem habebit beatus de obiecto beatifico: alioquin aliquis posset esse beatus in obiecto: esto per impossibile quod ipsum non esset existens de quo dicitur habere claram visionem siue facialem propter hoc quod actus eius cognoscendi tendit in illud vt in se presens in propria existentia actuali. ¶ Secundo probatur idem: quia quicquid est perfectionis in cognitione magis potest competere cognitioni intellectiue quam sensitiue. nunc autem posse attingere obiectum in se realiter perfectionis est. vbi non vilesceret potentia attingens propter imperfectionem obiecti. ergo intellectus potest habere actum quo sic attingat obiectum in sua reali existentia: saltem illud obiectum quod est nobilius tali intellectu: vel eque nobile. Et si conceditur de intellectu nostro: ipsum. s. posse habere talem actum cognitionis quo attingat rem vt existentem in se pari ratione potest concedi de quocunque obiecto: quia intellectus noster est potentialis respectu cuiuscunque intelligibilis. ¶ Contra istam distinctionem arguitur primo: per hoc quod intellectus noster in cognoscendo abstrahit ab hic et nunc et pari ratione ab omni conditione existentis vt existentis: igitur non competit sibi aliquid intelligere vt existentis. Preterea. si sint due tales intellectiones possibiles intellectui nostro: tunc pari ratione eiusdem obiecti poterunt esse due tales: quero tunc quomodo distinguuntur. non numero tantum: quia duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto: nec specie: quia siue actus cognitionis accipiat speciem a potentia siue ab obiecto cum hic sit eadem potentia et idem obiectum non poterit poni differentia specifica. ¶ Ad primum illorum dici potest: quod distinctio que communiter ponitur inter cognitionem intellectiuam et sensitiuam ex parte obiecti: puta quod intelligimus vniuersale sentimus singulare: et quecunque distinctio alia correspondens isti non debet intelligi tanquam inter potentias disparatas ex equo: sicut est distinctio visus in videndo colores ab auditu in audiendo sonos: sed debet intelligi distinctio intellectus a sensu: sicut potentie superioris cognitiue ab aliqua cognitiua subordinata sibi: et per consequens quod potentia superior potest cognoscere aliquod obiectum sub aliqua ratione: quod obiectum vel sub qua ratione potentia inferior non potest cognoscere. non tamen oportet econuerso quod inferior possit aliquod obiectum: vel sub aliqua ratione cognoscere quin superior possit etiam perfectiori modo obiectum illud cognoscere: et sub eadem ratione cognoscibilitatis ex parte obiecti: et sic potest concedi quod intellectus non potest cognoscere obiectum. non vt hic et nunc: quia sub ratione quiditatiua absoluta. sensus autem non potest sic cognoscere obiectum: quia est virtus limitata ad cognoscendum ipsum sub ratione existentie: sed non propter hoc intellectus determinatur ad cognoscendum obiectum sub modo opposito: quia indifferens est ad cognoscendum ipsum sub vtroque modo. ¶ Ad secundum concedi potest: quod sint due cognitiones eiusdem obiecti simul sic: quod non distinguatur obiectum ab obiecto: sicut essentia ab existentia: quia licet inter ista sit aliqua distinctio obiecti: tamen non sufficiens ad propositum: quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractiua sicut. n. essentiam sic et existentiam possum intelligere: licet non sit realiter extra intellectum. Dicentur igitur cognitiones distincte: et hoc secundum speciem propter rationes formales motiuas hinc inde: quia in cognitione intuitiua res in propria existentia est per se motiua obiectiue. in cognitione autem abstractiua. est per se motiuum aliquid in quo res habet esse cognoscibile: siue sit causa virtualiter continens rem: siue sit effectus puta species vel similitudo representatiue continens ipsum cuius est similitudo. ¶ Ista distinctione actus cognoscendi supposita: potest dici quod primus. s. qui est rei existentis in se necessario habet annexam relationem realem et actualem ad ipsum obiectum. Et ratio est. quia non potest esse talis cognitio nisi cognoscens habeat actualiter ad obiectum talem habitudinem que necessario requirit extrema in actu et realiter distincta. et que etiam naturam extremorum necessario consequitur. ¶ In speciali autem videtur esse duplex relatio actualis in isto actu ad obiectum. vna potest dici ratio mensurati vel verius mensurabilis ad mensuram. alia potest dici relatio vnientis formaliter in ratione medii ad terminum ad quem vnit. et ista ratio medii vnientis: specialiori nomine potest dici relatio attingentie alterius vt termini vel tendentie in alterum vt in terminum. ¶ Ista autem distinctio duarum relationum. s. mensurabilis ad mensuram et attingentie ad terminum comparatiuis videtur manifesta: quia vtraque ab alia separari potest: sicut in essentiis superior habet rationem mensure respectu inferioris: nec tamen semper inferior habet respectu superioris relationem attingentie de qua loquimur. Actus etiam voluntatis vel intellectus causantis totaliter obiectum videtur habere relationem attingentie respectu eius vt termini intellectionis vel volitionis: siue ista relatio sit realis siue tantum rationis. non tamen talis intellectio vel volitio habet respectu talis obiecti relationem mensurabilis. sed magis mensure.

Pro maiori declaratione huius litere insurgunt ali

qua dubia. Et primo de sensatione sensus exterioris: quia cognitio intuitiua non fit per aliquod representatiuum: sed per presentiam obiecti in se. modo cognitio sensitiua exterior causatur a sensu et a specie sensibili existente in organo: vt patet a doc. in quol. q. 15. immo si species sensibilis non esset in organo sensus nulla esset sensatio exterior: vt patet. Tum etiam quia si in tali sensatione requiritur presentia obiecti existentis vt existens in actuali existentia. aut requiritur vt causa effectiua talis sensationis: aut vt prorsus terminatiua. non primo quia tunc non poneretur species causa effectiua. Tum etiam quia non videtur quod sensibile distans puta per miliare possit immediate immutare sensum ad suam sensationem. non secundo: quia si tantum requiritur vt terminus: et nullo modo vt causa effectiua posset esse perfecta sensatio ipsius etiam ipso non existente. patet: quia causa totalis illius esset sensus et species sensibilis: et causa receptiua immediata esset ipse sensus. Sic enim arguit doc. in primo di. 3. q. 6. contra Henri. c. qui ponebat etiam esse totalem causam intellectionis vide ibi. ¶ Respondeo. primo quod forte non videtur inconueniens sensibile extra esse causam partialem sensationis exterioris: et cum dicitur quod non potest immediate immutare potentiam distantem nisi immutet medium. Dico vt dixi in 2°. di. 9. de locutione angelorum: vide ibi. ¶ Dico. 2°. et forte melius: quod talis sensatio causatur a sensu et a specie sensibilis tunc requiritur obiectum vt actu existens in propria existentia. ¶ Et cum dicitur quod sufficit causa totalis sensationis que est species cum sensu et causa receptiua eiusdem sensationis per rationem doc. contra Henri. ¶ Dico quod ratio illa ibi valet et non hic: quia hic species sensibilis representat totum sensibile cum conditionibus materialibus. ibi vero non. et ideo si sensibile non esset in se presens nulla est sensatio. De hoc vide doc. in primo di. 3. q. 6. Et de hoc alias erit sermo plurior. ¶ Secundo dubitatur. ibi posse attingere obiectum in se realiter perfectionis est vbi non vilesceret po

Insurgunt dubia et primo de sensatione.

Solutio.

Secundum dubium

tentia attingens propter imperfectionem obiecti: hoc vide
tur dubium: quia aut ponitur obiectum causa motiua poten
tie ad sui visionem aut precise terminatiua. Si primo. patz
ꝙ potentia etiam vilesceret recipiendo notitiam intuitiuam
ab obiecto perfectissimo: quia tunc se haberet in potentia re
ceptiua: Et posito ꝙ illud obiectũ eẽt formaliter infinitũ. vñ si
essent duo formaliter infinita ⁊ realiter distincta: ⁊ vnũ mo
ueret aliud ad sui notitiã illud aliud vilesceret: q̃z tũc nõ tm̃
se haberet in potentia receptiua qđ est imperfectionis: sed
etiã dependeret ab illo alio in recipiendo perfectionẽ ab il-
lo. Si 2° tunc nihil recipit ab obiecto. Si. n. notitia diuina
terminaretur ad obiecta scđaria: sicut etiam forte terminaẽ
ꝓpter hoc non dicitur imperfecta. Et qđ addit ꝙ intellect⁹
potest hr̃e actum quo attingat obiectum in sua reali exiẽ-
tia. saltem illud obiectum qđ est nobili⁹ tali intellectu: vl̃ sal-
tem eque nobile. hoc videtur dubiũ: q̃z ipse Doc. vult exp̃sse
in 2° dist. 3. q. vltima. ⁊ in 4° dist. 45. ꝙ angelus põt intui-
tiue cognoscere: puta lapidem ita ꝙ lapis concurrat effecti
ue saltem partialiter ad hmõi notitiam. ⁊ tm̃ lapis est valde
ignobilior intellectu angeli. Et hic non oportet multum in-
Solutio. sistere cum ipse expresse hoc asserat. ¶ Rñdeo ad primã ob
iectionẽ: ⁊ dico ꝙ posito ꝙ intellectus vt receptiuus perfe-
ctionis ab alio. aliquo mõ vilesceret: q̃z esset potentialis ad
illud: q̃z tamen intellectio nobilioris obiecti: sic intellectum
perficit ꝙ ipse intellect⁹ quietaẽ ⁊ perficitur in tali obiecto.
ideo quantum ad hoc non diceretẽ vilescere: sicut si hr̃et ab
obiecto ignobiliori. Dico 2° ⁊ magis ad mentez doctoris ꝙ
hic Doc. non loquitur sm̃ opi. propriam de notitia intuitiua
respectu cuiuscunqz intellectus creati: quia multi negant ꝙ
intellect⁹ angeli possit acquirere notitiam intuitiuam alicu
ius inferioris: quia nõ est potentialis ab aliquo inferiori: vt
patet in secundo dist. 3. ⁊ in quarto dist. 45. vide ibi. Et iđ
Doc. dicit ꝙ potest saltem habere intuitiuam respectu ob-
iecti perfectioris vel equalis: quia hoc modo non videẽ vi-
lescere ratione obiecti cum sit vel nobilius vel eque nobile.
Et quia intellectus noster est potentialis respectu cuiuscũ
qz obiecti. ideo potest habere notitiam intuitiuam respectu
cuiuscunqz obiecti intelligibilis. Et tamen sm̃ rei veritatẽ
⁊ sm̃ intentionem Doc. etiam q̃lz intellectus angelicus ẽ
potentialis respectu cuiuscunqz obiecti intelligibilis: vt pz
Rñsio sin-gularis no tanda. a Doct. in 2° di. 3. q. ii. ¶ Si ẽt tertio volum⁹ alr̃ dicere pos
sum⁹ dicere ꝙ Doc. hic loqẽ de itellectu ex natura itellect⁹
quia vt sic nullam necessario includit iperfectionem: cũ sit
perfectio simpliciter: ꝙ talis intellectus vbi inuenitur perfe
ctissima rõ intellectus (sicut est de intellectu diuino: vbi inue
nitur perfectissima ratio intellectus) potest habere notitiã
intuitiuam respectu cuiuscunqz obiecti. dũmodo non vilesce
ret propter imperfectionez obiecti: quia si moueretur ab ali
quo ente creato: tunc reciperet perfectionem ab illo. Nec va
let dicere: ꝙ etiam vilesceret ab alio infinito realiter distin-
cto. Dico ꝙ hoc verum est: sed Doct. presupponit incompos
sibilitatem plurium infinitorum: vt patet in prima dist. 2. q.
1. partis prime. ⁊ q. de vnitate dei. Sed quando obiectum ẽ
simpliciter idem potentie: tunc potentia non vilescat respe-
ctu illius: quia nullo modo est in potentia receptiua: quia ta
lis notitia esset perfecte idem realiter illi potẽtie. Sed si ob
iectum etiam infinitum esset realiter distinctum a potentia
⁊ moueret illã ad sui notitiã ĩtuitiuã: tũc causaret necessa-
rio notitiã realiter distinctã ⁊ ab obiecto ⁊ a potẽtia: vt cla-
re expositum in primo distin. 2. ⁊ in. q. de vnitate dei. ¶ Et qđ
dicit Doct. hic respondendo ad primam obiectionem: ꝙ sen
sus necessario est obiecti existentis vt existens: ⁊ per conse-
quens vt habentis esse hic ⁊ nunc: videtur satis dubium: q̃z
videtur ꝙ sensatio non terminetur ad singulare vt singulare
cum nulla potentia etiam intellectiua pro statu isto cogno-
scat aliquod singulare sub ratiõe propria: vt patet a Doc. ⁊
tamen si notitia sensitiua sic terminetur ad existens vt actu
existens ⁊ cum omnibus conditionibus materialibus: vide-
tur ꝙ terminetur ad singulare sub ratione propria singula-
ritatis. ¶ Respõdeo vt dixi in secundo dist. 3. vide ibi singu
nota de co gnitione in tellectus ⁊ sensus. larem glosam pro ista materia. ¶ Nota etiam in ista respõ
sione ꝙ Doct. vult ꝙ intellectus cum sit potentia superior
sensu ꝙ possit intelligere omne obiectũ sensus ⁊ precise eti-
am sub eisdem conditionibus sub quibus etiam sensus co-
gnoscit et non econtra: quia intellectus põt cognoscere et
plura obiecta numero: et idem obiectum sub alia et alia ra-
tione sub quibus rationibus nullo modo cognoscit sensus:
vt patet inuenti.

Dubiũ val de notabi-. Deinde occurrit dubium de notitia intuitiua scz
ꝙ illa dicitur intuitiua que est existentis vt existens actuali

existentia: ita ꝙ sit in se presens in actuali existentia: quero
aut existentia precise requiritur vt ratio formalis terminan
di notitiam intuitiuam: aut vt ratio formalis mouendi intel
lectum ad notitiã intuitiuam: aut nec sic nec sic: sz tm̃ vt con
ditio obiecti siue vt dispositio obiecti. Et instatur pro nullo
istorum modorum potest poni ipsa existentia. Non primo
modo. Et arguitur sic primo. quia ratio formalis terminan
di est ratio quidditatiua: vt patet a Doct. in primo distin. 1. q.
2. vbi dicit de fruitione: ꝙ ratio formalis terminandi talem
actum est ratio quidditatiua: hoc idem videtur de visione ob-
iecti. Sed existentia non est ratio quidditatiua: patet: quia ẽ
gradus intrinsecus quidditatis. ¶ Secundo instatur: quia si
existentia lapidis est ratio formalis terminandi notitiam in
tuitiuam ipsius: sequitur ꝙ intellectus diuinus non cogno-
uerit eam ab eterno intuitiue: quia non fuit existens ab eter
no. Sequitur etiam ꝙ beatus non cognoscat eam in verbo
cum ibi non existat. ¶ Tertio instatur: quia sunt multa en-
tia que non habent propriam existentiam: vt ẽtia rationis
vt priuationes negationes ⁊ huiusmodi que tamen intuiti-
ue cognoscuntur ab intellectu diuino. patet: quia quicquid
cognoscit intuitiue cognoscit cum cognitio abstractiua sit i-
perfecta. ¶ Quarto instatur ⁊ pono per possibile vel impos
sibile: ꝙ essentia lapidis vt prior existentia sua sit realiter p̃
sens intellectui ⁊ non per aliquam speciez sed in se presens
certum est ꝙ tunc non cognoscitur abstractiue: quia cognitio
abstractiua fit per aliquid representatiuum vt patet a Doc.
si ergo intuitiue cognoscitur: sequitur ꝙ intuitiua non termĩ
natur ad existentiam vt existentia. ¶ Quinto instatur: quia
Doct. hic vult ꝙ in cognitione intuitiua res in propria exi-
stentia moueat obiectiue. ergo non requiritur existentia pre
cise vt ratio terminandi. ¶ Sexto instatur: quia Doctor in
quarto dist. 10. dicit ꝙ non requiritur obiectum vt existens
vt precise in rõne termini: sed requiritur vt sit motiuũ. vide
ibi. ¶ Septimo instaẽ: quia sicut ratio formalis obiecti de-
tatiui voluntatis est rõ perfectissima: que est rõ quidditatiua.
ergo similiter rõ formalis terminandi visionem beatificam
erit rõ quidditatiua: quia in tali intellectus beati perfecte de
tatur. ¶ Octauo instaẽ: quia Doctor hic dicit ꝙ intuitiua ⁊
abstractiua sunt eiusdẽ obiecti: sic ꝙ non distinguitur obie-
ctũ ab obiecto: sicut essentia ab existentia: quia licz inter ista
sit aliqua distinctio obiecti: tñ non est sufficiens ad ꝓposi-
tum: quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione
abstractiua. sicut enim essentiam sic ⁊ existentiam possum
intelligere: licet non sit realiter existentem. hec ibi. ex quo
sequitur ꝙ sicut existentia potest cognosci intuitiue et ab-
stractiue: sic ⁊ essentia potest cognosci intuitiue ⁊ abstracti
ue. ergo existentia non erit precisa ratio terminandi.

¶ Deinde instatur contra secundum membrum. ꝓbando
ꝙ existentia non sit ratio causandi cognitionem intuitiuaz. Qz existia nõ sit ratio cãndi noti tiam intui tiuam.
Et primo sic. Ratio formalis causandi est entitas quiddita-
tiua ergo non existentia. añs patet p doc. in primo di. 3. q.
6. ⁊ alibi sepe: consequentia patet: q̃z existentia non perti-
net ad quidditatem cum sit gradus eius intrinsecus: et per
consequens posterior. ¶ Secundo instatur: q̃z doc. in p̃mo
di. 3. q. 7. probat ꝙ si obiectũ non concurreret actiue ad co-
gnitionem ꝙ cognitio nõ specificaretur ab obiecto nec vna
distingueretur specie ab alia. Sed talis specificatio non pt
esse ab existentia vt existentia. patet: quia existentie non di-
stinguuntur specie cũz sint gradus intrinseci. distinguũtur
enim concomitanter. videlicet quia quidditates quarũ sunt.
sunt distincte specie. ¶ Tertio instatur. quia si existentia
lapidis necessario requiritur ad notitiam intuitiuam vt ra
tio mouendi: sequitur ꝙ beatus non poterit intuitiue ipsum
cognoscere in verbo: quia vt ibi lapis non existit ꝓpria ex-
istentia et tamen ipsum vt ibi intuitiue ipse beatus cogno-
scit. ¶ Quarto instatur: quia non est ratio terminandi no-
titiam intuitiuam ergo nec ratio causandi. antecedens pz
supra. consequentia probatur per Doc. supra. q. octaua vbi
vult ꝙ ratio formalis causandi aliquid: sit etiam ratio for-
malis terminandi ⁊ econtra. ¶ Quinto instatur: quia sunt
multa entia que habent propriam existentiam: que tamen
nullo modo possunt mouere intellectum: vt sunt relatiões
reales que non possunt mouere intellectum: vt patet a doc.
et tamen cognoscuntur intuitiue. ¶ Sexto instatur: quia
si existentia esset ratio formalis mouendi sequeretur ꝙ non
posset de obiecto haberi notitia intuitiua perfectissima: q̃z
notitia intuitiua quidditatis in se est nobilior notitia intuiti
ua existentie eiusdem. modo ratio mouendi in obiecto est
ratio perfectissima. et sic si existentia esset ratio mouendi
esset ratio perfectissima. ¶ Septimo instatur sic. obiectum

le de noti tia ĩtuitia.

ſm ſuam entitatem quiditatiuam realem actualem eſt cognoſcibile intuitiue: ⁊ tunc quero a quo cauſatur partialiter talis notitia intuitiua: aut a quiditate obiecti: aut ab eius exiſtentia. Si primo habetur propoſitum: quia tunc exiſtētia non erit ratio formalis cauſandi. Si ſecundo contra: quia tunc exiſtentia contineret virtualiter quiditatem obiecti. patet: quia contineret virtualiter eius notitiam intuitiuam ergo ⁊ eius entitatem. patet per Docto. in primo diſtin. 3. q prima. ⁊ in ſecundo diſtinctio. tertia. ¶ Octaua inſtatur: quia reſpectu cognitionis intuitiue ſenſus exterioris. exiſtentia obiecti ſenſibilis extra non eſt ratio formalis mouēdi ſenſum exteriorem ad ſenſationem: vt ſupra patuit. ergo nec ſimiliter reſpectu cognitionis intuitiue reſpectu intellectus: cum non videatur maior ratio hic et ibi: vt patet.

q̄ ĩ notitia intuitiua nō req̄rit̄ exiſtentia ⁊c.

¶ Deinde inſtatur contra tertium membrum videlicet probando q̄ nō requiritur exiſtentia vt conditio obiecti nec in ratione mouendi nec terminādi: quia conditio talis obiecti ponitur proprie ſingularitas vt patuit in primo. d. 3. q. 6. vide ibi. Tum etiam: quia ſi obiectum in ſe vt prior exiſtentia eſt ratio mouendi vel terminandi ⁊ ſit perfecte preſens potentie: patet q̄ nihil aliō neceſſario requiritur ad hoc vt habeatur notitia intuitiua. Tum etiam patet q̄ contra hoc facit ratio docto. in primo. di. 3. q 7. contra Hen. ponentem animam intellectiuam eē totalem cauſam intellectionis.

¶ Si dicatur q̄ illa diuiſio non eſt ſufficiens: quia oportet addere aut quiditas eſt ratio terminandi ⁊ exiſtentia ratio cauſandi aut econtra. ſ. aut quiditas erit ratio cauſandi et exiſtētia ratio terminandi. Dico q̄ hoc nihil eſt: quia in cognitione intuitiua qō ponitur ratio cauſandi notitiam tale ponitur etiam ratio terminandi. vt patz ex multis dictis doc.

Notabilis doctrina de notitia intuitiua vbi q̄s ponderanda.

¶ Reſpondeo ad omnes inſtantias premittendo aliqua. primo q̄ eſſentia rei ſm ſuam entitatem realem actualem eſt prior exiſtētia reali actuali ita q̄ talis eſſentia eſt vera res habens eſſe ſimpliciter ⁊ verum eſſe actuale vt diſtinguit̄ contra eſſe poſſibile ſiue potentiale ſiue contra eſſe eius obiectiuum ⁊ ſimpliciter eſt perfectior ſua exiſtia reali actuali ita q̄ non eſt imaginandum q̄ lapis ſm ſuam entitatē quiditatiuam actualem extra intellectum precise dicatur vera res ratione exiſtentie eius immo ſi per impoſſibile talis exiſtentia nō eēt: eēt vera res realiter ⁊ ſimpliciter. De hoc vide que prolixe expoſui in ſecundo. d. 3. q. prima: vbi multa ſingularia adduxi de eēntia ⁊ exiſtentia. ¶ Secundo premitto q̄ eēntia lapidis vt habens eē actuale et prius ipſa exiſtentia actuali eſt perfectiſſima ratio mouendi intellectum ad ſui notitiam intuitiuam ⁊ ſimiliter ratio terminandi. Et ſi per impoſſibile eēt ſeparata ab omni exiſtentia adhuc eēt perfecta ratio tam mouendi q̄ terminādi. ¶ Tertio premitto q̄ de eadem quiditate vt priore exiſtentia poteſt haberi notitia abſtractiua ⁊ intuitiua aliter et aliter. ſi erit in ſe ſimpliciter preſens propria preſentialitate: tunc moueret intellectum ad notitiam ſui intuitiuam ⁊ tunc illa intuitiua eēt obiecti in ſe preſentis habentis verum eē reale actuale etiā poſito per impoſſibile q̄ actu non exiſteret. Si vero non eēt in ſe preſens: ſed in aliquo repreſentatiuo puta in ſpecie intelligibili: tunc mediāte illa ſpecie poſſet haberi notitia abſtractiua illius: et tunc talis notitia non requirit q̄ obiectum habeat eē actuale ſufficit enim habere eē potentiale: hoc idem dico de exiſtentia. quando enim eſt in ſe preſens ſm ſuum eē actuale tunc habetur notitia intuitiua. quando vero eſt tm̄ pn̄s non in ſe ſed in aliquo repreſentatiuo: tunc de ea poteſt haberi notitia abſtractiua. Sicut enim eēntia poteſt conſiderari ſm eſſe potentiale et ſm eē actuale: ſic ſimiliter eſt exiſtentia ſm eē tm̄ poſſibile ſiue obiectiuum ⁊ eſt illa que ponitur gradus intrinſecus quiditatis habentis precise eē potentiale ⁊ obiectiuum. eſt etiam exiſtentia ſm eē actuale ⁊ eſt q̄ ponit̄ grad⁹ intrinſecus quiditatis ſm eē actuale. De hoc vide in ſecūdo. di. 3. q. 1. reſpondendo ad. q. principalem. ¶ Quarto premitto q̄ eēntia puta lapidis quando eſt in ſe preſens intellectui ſm ſuum eē actuale cauſat notitiam intuitiuam ſui ſpē diſtinctam a notitia abſtractiua eiuſdem non vt in ſe preſentis ſed preſentis in aliquo repreſentatiuo. ¶ Quinto premitto q̄ quiditas lapidis non poteſt eē pn̄s in ſe intellectui ſm eē actuale quin neceſſario ſit preſens ſm eē exiſtētie cū ſit mod⁹ eius intrinſecus non tn̄ exiſtentia erit ratio nec mouendi nec terminandi nec conditio obiecti neceſſaria ſed vt gradus intrinſecus neceſſario ꝯn̄s ipſam quiditatem: patz: quia ſi talis exiſtētia per impoſſibile non eēt adhuc quiditas vt in ſe preſens poſſet intuitiue cognoſci. Quando ergo doct. dicit q̄ notitia intuitiua eſt obiecti exiſtētis vt exiſtēs eſt non intelligit q̄ exiſtentia actualis obiecti ſit ratio formalis vel mouendi vel terminandi nec q̄ ſit cōditio neceſſario requiſita vel in ratione mouendi vel in ratione terminādi reſpectu notitie obiecti ſm eſſe quiditatiuum eius actuale: ſed intelligit ſic q̄ eſt impoſſibile eſſe preſens ſm eſſe reale qui neceſſario ſit preſens ſm eſſe exiſtentie actuale. His premiſſis: patet reſponſio ad inſtantias.

Uide q̄ño dı̄ eē obiecti exiſtens vt exiſtens: q̄r p̄funde loq̄r̄ expoſitor reuerendiſſimus.

Ad primā contra primum mēbrum diuiſionis concedo q̄ exiſtentia non eſt ratio terminādi ſed ipſa eſſentia ſm eſſet actuale ¶ Ad ſecūdum patet ⁊ dico breuiter: quia poſſet eſſe argumentū etiā de quiditate ſecundum eſſe reale q̄ etiam ſm tale eſſe non eſt ratio formalis terminandi notitiam intuitiuam intellectus diuini: ſed precise eſt eſſentia diuina ita q̄ non terminatur ad lapidem: ſed mediate terminatur ad lapidez vt in eſſentia diuina relucentem vt patebit infra. q. 14. arti. 3.
¶ Ad tertium patet: ⁊ quomodo illa cognoſcat deus intuitiue expoſui in primo. di. 39. vide ibi quedam ſingularia.
¶ Ad quartum concedo argumentum illud ſi caſus eſſet poſſibilis ſed eſt ſimpliciter impoſſibilis. ¶ Ad quintum dico q̄ hic Doc. non vult q̄ exiſtentia ſit ratio mouendi ſed bene vult q̄ nunq̄ res actu moueat ad notitiam intuitiuam niſi actu exiſtat non q̄ exiſtētia ſit aliquo modo ratio formalis ſed ipſa res ſm eſſe ſuuz actuale vt prior exiſtētia actuali. eſt tamen impoſſibile ipſam mouere niſi actu exiſtat propter neceſſariam concomitantiam exiſtētie ad rem. ¶ Ad ſextum concedo argumentum recte intellectum: nam ipſa entitas quiditatiua actualis nō neceſſario requiritur vt ſic ſit preſens vt precise terminans: quia ſi non eſſet in tali eſſe adhuc poſſet terminare: ſed requiritur vt mouēs ⁊ actu nō mouet niſi quando exiſtit propter concomitantiam neceſſariam modo predicto. ¶ Ad ſeptimum concedo argumentū illud. Et vltra dico q̄ bene concludit ſi exiſtentia non ponat̄ ratio quiditatiua primi obiecti. modo ponitur de ratiōe ei⁹ intrinſeca ⁊ formali: vt patet a doc. in primo. di. 2. q. 1. ⁊. 5. q. 1. art. 1. ¶ Ad octauum. patet reſponſio ex premiſſis.
¶ Ad primum contra ſecundum membrum diuiſionis concedo illud. ¶ Ad ſecundum ſimiliter concedo. ¶ Ad tertiū dico vt dixi ad ſecundum contra primuz membrū diuiſionis ¶ Ad quartum dico q̄ exiſtentia non eſt ratio terminandi notitiam intuitiuam ipſius eſſentie: ſed eſt ipſa eſſentia: eſt tamen ratio terminandi notitiam ſuimet. quia ipſa imediate terminatur ad exiſtentiam. ¶ Cum dicitur q̄ tunc eſſet ratio mouendi. ¶ Dico breuiter q̄ quiditas actualis eſt rō mouendi intellectum ad notitiam non tm̄ ſui intuitiuaz ſed etiam omnium virtualiter contentorum in ea. ⁊ ſic eſt ratiō mouendi intellectum ad notitiam intuitiuam ipſius exiſtentie: quia continet eam vt gradum ſibi intrinſecum: ⁊ tamen illa notitia immediate terminatur ad exiſtentiam. Concedō tamen q̄ ipſa quiditas ſicut eſt ratio mouēdi ſiue cauſandi notitiam exiſtentie q̄ etiam eſt ratio terminandi dependentiam eius vt. ſ. cauſati ad cauſam: ⁊ ſic intelligitur propoſitio doc. vt patuit ſupra. q. 8. vide que ibi expoſui. ¶ Ad quintum dico q̄ ſufficit q̄ talia entia virtualiter contineātur in aliquo qō poſſit mouere vt expoſui in primo: di. 3. q. 3. Concedō tamen q̄ exiſtentia non eſt ratio mouendi: nec ſimiliter quiditas actualis talium entium ſed virtualiter ꝯtinēs talia entia eſt ratio cauſandi notitiam intuitiuam eorum et quantum ad eſſe eorum quiditatiuum actuale et quantum ad eſſe exiſtentie. ¶ Ad ſextū: patet quid dicendū. ¶ Ad ſeptimum. patet ſimiliter reſponſio ex ſupradictis. ¶ Ad octauū: patz reſpōſio ex his que dixi ad illud dubiū de ſenſatiōe. vide ibi. ¶ Si volumus tenere tertium membrum diuiſionis. ſ. q̄ exiſtentia ſit conditio requiſita ſic intelligendo q̄ res ipſa actu non moueret intellectum ad ſui notitiam intuitiuam niſi actu exiſteret: quia omnis motiō realis ⁊ omnis actio realis neceſſario preſupponit exiſtentiam rei mouentis. ⁊ agentis ⁊ ſimiliter nihil poteſt terminare dependētiam realem alicuius niſi actu exiſtēs non q̄ exiſtētia ſit aliquo modo ratio terminandi: ſed tm̄ neceſſario preſuppoſita ipſi rationi terminandi ſicut etiam doc. in primo. d. 36. ⁊ in tertio. d. 2. dicit q̄ creatio terminatur ad exiſtens vt exiſtēs non q̄ exiſtentia actualis ſit ratio formalis ſiue termin⁹ formalis creationis: immo eſt ſimpliciter ipſa natura ſm entitatem ſuam realem actualem ad quam concomitatur exiſtentia realis actualis vt gradus intrinſecus. ſic dico in propoſito. ¶ Ad primam rationem dico q̄ licet ſingularitas ſit conditio agentis ſiue producentis ⁊ ſimiliter conditio producti: quia nihil eſt producens niſi actu ſingulare. nec ſimiliter nihil eſt productum niſi vt ſingulare non tamen ipſa ſola dicitur conditio agentis ſed etiam exiſtentia actualis eſt conditio requiſita: quia niſi res actu exiſteret actu non poſſet agere: imo exiſtētia ē magis intrinſeca nature q̄ ſingu-

Exiſtentia nō ē ratio terminādi notitiā intuitiuā eſſentie.

Quiditas actualis ē rō mouēdi intellectuz ad notitiā intuitiuam ſui ⁊ omniū īcluſorū in ipſa.

Alius modus reſpōdendi ſm tertiuz mēbrū diuiſionis pri⁹ poſite

tanto in minori tempore ageret. concludit ergo ibi ꝙ si virtus infinita moueret celum ꝙ ipsum moueret in instāti. ⁊ sic motus esset in instanti: que propositio phi est pertractata prolixe a Doct. in primo dist. 2. q. 1. rn°. ad principalia argumēta. vide ibi ⁊ bene sequitur: ꝙ si est infinita ⁊ agat de necessitate nature: ꝙ tūc ageret in instāti: quia tūc ageret sm̄ totam virtutem ⁊ conatū. Sed theologi non concedūt deū agere naturali necessitate: ⁊ iō posse agere i tpe: ⁊ sic i tpe immediato ad instans creationis potest rē annihilare. ¶ Sz nunquid tenendo deū agere naturali necessitate. nō posset concedi aliquid posse manere tm̄ per istans cū mutatio sic tm̄ maneat etiā sm̄ philosophū. ¶ Dico ꝙ nō posset manere nisi daretur generatio ⁊ corruptio: vel simul in eodem instanti: vel in alio ⁊ alio instantibus immediatis: mutatio vero precise durat per instās: quia sibi formaliter repugnat durare nisi tm̄ per instans. Sicut etiam continuum successiuū necessario durat per tempus: ita mutatio necessaria tm̄ per instans. Sed non est sic de permanentibus: vt patet.

¶ Ad aliam auctoritatem philosophi illa requirit alium intellectum: etiam ab vtroq3 predictorum: quia scilicet natura nihil producit quod statim corrumpatur nec quod necesse est maxime corrumpi: sicut ipse dicit: quia natura producens sic instituit ad cōseruationem producti: ꝙ possit per tēp⁹ aliquod manere: ita ꝙ corruptiua vel nō sunt approximata vel natura vincunt virtutē generantis ⁊ conseruantis generatum: quia tunc generans impediretur generare: nec ex tali potest haberi aliqua impossibilitas respectu potētie diuine. sed tm̄ impossibilitas sm̄ causas naturales inter se cōparatas. ¶ Ad secundum dicit: ꝙ in generatione ⁊ corruptione naturali corruptū non habet vltimum sui esse: quia tunc haberet qualitates conuenientes saltem in tali gradu in quo possent stare cū forma illius: ⁊ si sic non subito abijcerentur: nec igitur corrumpētia subito corrumperētur. Vult dicere Doc. ꝙ si lignum corrumpendum haberet instās sui esse in quo scilicet esset: tunc in illo instanti haberet qualitates conueniēt ea tali forme ligni: puta in tāto gradu quē sibi necessario determinat. modo ille qualitates non abijcerentur subito ⁊ immediate. vt patet. ⁊ sic sequeretur: ꝙ lignū corrumpēdū non subito ⁊ in instanti corrumperetur sed in tempore habito: ⁊ sic esset verū dicere lignum in instanti. a. est ⁊ imediate post hoc nō erit. ⁊ sic in tēpore imediato corrumperetur. modo corruptio semper fit in instanti. ergo nō datur vltimū instans corrūpendi. Sequitur. Et sicut corrūpendū non habet vltimum instans sui esse: sic habet primū instans sui non esse: quia cū esse geniti concurrit nō esse corrupti. genitum autē in instāti generatiōis habet esse: qꝛ tūc forma eius est in materia ⁊ habet tūc primū esse: quia tunc forma imediate succedit priuationi. ⁊ sicut genitum habet primum in esse. sic corruptū habet primum in nō esse. hoc patet: quia ex quo generatio est in instanti in eodem instanti quo forma inducitur in materia genitum est: ⁊ tunc sic exponitur per positionem de presenti ⁊ negationem de preterito: genitū in isto instanti est: ⁊ in tempore imediato nō fuit ergo incipit esse. Et quia in eodem instanti in quo forma geniti inducitur in materia. forma corrumpēdi expellitur a materia, aliter simul in eodem instanti essent due forme repugnantes sequitur ꝙ ipsum corrumpendum non sit ⁊ sic datur primum instans sui non esse siue primū instās in quo nō est. patet. quia in toto tempore precedenti fuit: ⁊ in isto instāti non est. ergo datur primum instans in quo non sit. Et sic exponitur per negationem de presenti ⁊ positionem de preterito a nunc siue in isto instanti non est. ⁊ in tēpore imediato fuit: ergo. a. desinit esse. Sequitur. Sed si aliqua virtute conseruaretur puta. a. in esse in aliquo instanti vltimo. tunc non esset dare primum non esse. patet. quia si. a habet vltimum instans sui esse in illo instanti non corrumpitur. qꝛ tunc in eodem instanti simul esset ⁊ non esset. nec in alio instāti immediato: quia tunc daretur instans immediatum instanti. ergo corrūperetur in tempore imediato ad illud vltimum instans in quo haberet esse: ⁊ si in tempore corrumpitur: sequitur ꝙ non habet primum instās sui non esse: quia tunc in instanti esset corruptum ⁊ non in tempore. Et sic cōcedo. ꝙ si creatura tm̄ per instans duraret ꝙ haberet vltimum instans sui esse. patet quia tm̄ in tempore immediate sequenti desineret esse: vt supra patuit: nec etiam haberet primum instans sui non esse: quia precise haberet non esse in tempore. ¶ Sequitur. vniuersaliter autem dico ꝙ in succedentibus sibi inuicem siue sint opposita priuatiue siue cōtradictorie: siue quasi contrarie: quia ambo positiua nunq3 est dare vltimū precedentis: ⁊ cū hoc primum consequētis. qꝛ tunc opposita essent in eodē instāti: vel duo instātia immediata. semper tñ alterū est dare. s. vel vltimū prioris vel primū posterioris: quia diuisibile non est imediatum nisi indiuisibili: ⁊ succedentia sibi inuicem sunt opposita immediata. Expono istam litteram pmittendo. Exemplum: de priuatiue oppositis contrarie: contradictorie priuatio forme in materia ⁊ forma: esse simpliciter ⁊ nō esse simpliciter: forma substantialis aque ⁊ forma substantialis terre. Prima in eodem subiecto priuatiue opponuntur. Secunda cōtradictorie. Tertia quasi contrarie: qꝛ inter formas substātiales non est ppie contrarietas. Dicit ergo: ꝙ in hmōi sibi inuicem succedentibus nō est vltimum precedentis: ⁊ cum hoc primū consequentis. patet de priuatiue oppositis: qꝛ si materia in isto vltimo instanti est priuata forma: ita ꝙ i illo instanti sit priuatio: ⁊ postea detur primū instans i quo forma sit: aut dabitur illud idē instans in quo est priuatio forme: ⁊ tunc in eodē instanti erit forma ⁊ priuatio ei⁹: aut dabitur aliud instans immediatū. ⁊ tunc erunt duo instantia immediata aut in tpe immediato: ⁊ tūc nō habebit aliquod instans sui esse: sed precise in tpe. Similiter si daretur vltimum instans forme nō posset dari primū instans priuationis opposite imediate sequētis: ⁊ arguatur sicut prius. Et de cōtradictorijs idem patet: qꝛ si daretur vltimū instans non esse. a. puta ꝙ nō omne. a. duretur per annū: ⁊ in vltimo instanti illius anni tunc. a. nō posset habere primū instans sui esse: qꝛ aut haberet in eodē instanti: aut in alio immediato: aut in tpe imediate sequenti: ⁊ arguatur vt prius. Et similiter si. a. haberet vltimū instans sui esse: tunc nō esse sequens nō posset habere primū instans sui esse: ⁊ arguatꝛ vt prius. Similiter patet de quasi cōtrarijs sibi inuicē succedētibus: ⁊ sint forma terre ⁊ forma aque: ita ꝙ forma aque succedat forme terre i eadē materia. Si forma terre haberet vltimū instans sui esse: tunc forma aque imediate succedens nō haberet primū instans sui esse. patet: quia forma aque succedens: aut haberet esse in eodē instanti in quo hꝫ esse forma terre: ⁊ tunc in eodē instanti materia simul eēt sub forma terre ⁊ sub forma aque: aut haberet forma aque esse in alio instanti imediato. ⁊ tunc essent duo instantia imediata: aut haberet esse in tpe immediato. et tunc nō haberet primū instans sui esse. Si dicatꝛ ꝙ haberet esse in alio instanti. nō immediato: sed mediato. Contra: qꝛ tunc sequitur: ꝙ forma terre nō haberet esse in aliquo vltimo instāti: sed in tpe. Sequitur in littera. sp tñ alterū est dare. s. vel vltimum prioris: vel primū posterioris. ⁊ nunq3 vtrūq3 simul. s. vltimū instans prioris ⁊ primū posterioris. Si em̄ datur vltimū instans forme terre. primū instans nō potest dari forme aque imediate succedentis. vt supra patuit. Et si datur primū instans forme aque succedentis forme terre: vltimum instans forme terre precedentis dari nō poterit ppter rationem supius factam: qꝛ scilicet tūc oporteret dari duo opposita simul in eodē instanti: vel duo instantia imediata. vt patuit. Et assignat ratonē quare in oppositis sibi inuicem succedentibus: si datur primū posterioris nō dabitur vltimū prioris. Sed si datur vltimū prioris oppositi: nō dabitur primū posterioris oppositi. ⁊ si datur primū posterioris oppositi: nō dabitur vltimū prioris oppositi. ratio: qꝛ diuisibile nō est immediatū nisi indiuisibili. si em̄ a. habet vltimum sui esse: ad illud instans vltimū immediate sequitur tps diuisibile. Si etiam datur primū instans forme succedentis: illud instans imediate sequitur tps a in quo fuit forma precedens. ⁊ sic patet: quomodo diuisibile est tm̄ immediatum indiuisibili ⁊ similiter indiuisibile est tm̄ immediatum diuisibili ⁊ nō indiuisibili. Et addit ꝙ succedentia sūt imediate opposita. succedentia dico sibi inuicem. ⁊ per ɔ̄ns si vnius succedentis datur vltimū instans sui esse. imediate alterius succedentis non dabitur primū instans sui esse et si illius posterioris succedentis prioris datur primū instās sui esse tunc prioris non dabitur vltimum instans sui esse. ¶ Sequitur. Cum igitur illa que accipiunt non eē post eē: quedam sunt raptim transeuntia vt mutata esse instantia, quedā permanentia naturaliter genita vel corrupta. quedam aūt possunt esse extra pmanentia virtute diuina pducta vel corrupta. In primis. s. raptim transeuntibus est dare tam primū ꝙ vltimū in esse: qꝛ. s. illud instans in quo solo hꝫ eē. ⁊ ideo nec ē dare primū nec vltimū in non eē: qꝛ tñ in toto tpe terminato ad hoc instans. ꝙ in toto tpe sequente hoc instans habent non eē. Exemplū: ꝙ mutatio siue instans habeat primū sui eē: quia verū ē dicere in hoc instanti est ⁊ in tpe imediato non fuit. ergo habet primū instās sui eē: de vltimo instanti. patet: quia verū ē dicere: ꝙ in isto instanti ē ⁊ in tpe imediato non erit. ergo habet vltimum instans sui esse. Sed non habet primū instans sui non eē. ptꝫ

quia tunc est verū dicere in isto instanti non ē:τ in tempore immediato fuit.sed hoc ē falsum. ergo non habet primum instans sui non esse.nec similiter habet vltimum instans sui nō esse:quia tunc esset verum dicere:in isto instanti non est: τ in tempore imediato ad hoc instās erit:sed hoc est falsuʒ quia mutatio nec instās possunt esse in tempore. Et hoc est qḋ Doc. dicit.s.ideo nō habent nec primum nec vltimuʒ sui non esse.quia in toto tēpore precedēte terminato ad hoc instans:nec in toto tēpore imediate sequente hoc instās habēt esse. Sequitur. In secundis.s.permanētibꝰ virtute naturali.est dare primum inesse:sed non vltimū.de primo patet:qꝛ verum est dicere:ꝙ genitum in isto instanti est: cum generatio sit in instanti:τ in tempore imediato nō fuit. ergo habet primum sui esse.de secundo patet:quia si corrumpenduʒ haberet vltimum sui esse in illo instanti vltimo haberet qualitates conuenientes τ dic vt supra. Addit ꝙ huiusmodi permanentia habent primum instans sui non esse.τ non habēt vltimum instans sui non esse.primum patet:quia de corrupto verum est dicere:nunc nō est τ in tēpore imediato fuit. ergo corruptum habet primum instans sui non esse. secundum patet:quia si haberet vltimum sui non esse : esset verū dicere:genitum in isto instanti non est in tempore imediato erit.hoc autem est falsum quia generatio nō est in tempore sed precise in instanti. Sequitur. In aliis autē que virtute diuina producuntur τ corrumpuntur potest esse vterqʒ istorum modorum:τ accipio angelum τ dicatur.a.potest primo habere primum sui esse:quia verum est dicere ꝙ.a.nunc est τ in tempore imediato non fuit.ergo habet primum sui esse potest etiam habere vltimum sui esse:quia verum est dicere angelus nūc est:et imediate post hoc nō erit:quia deus:vt supra patuit potest ipsum in tempore immediato annihilare.ergo habet vltimum sui esse: τ si habet vltimum sui esse non poterit autem habere primum sui non esse.patet:quia ad vltimum inesse immediate sequitur tempus.τ sic nō habebit primum instans sui nō esse cū in tempore imediato ad instans in quo habet vltimum sui esse corrūpetur vel annihiletur. Si tamen non haberet vltimum sui esse:poterit habere primum sui non esse:quia deus post aliquod tēpus pōt in vltimo instanti illius temporis annihilare.τ tūc esset verum dicere.a.nūc non est τ in tempore imediato fuit. ergo habet primum sui non esse.potest etiam habere vltimum sui non esse.quia si deus in isto instanti non creet angelum:sed in tempore imediato ad illud instans creet:quia hoc potest facere:tunc habebitꝰ vltimum sui non esse: quia verum esset dicere.a.in isto instanti non est:τ in tempore imediato post scilicet hoc instans erit.ergo habet vltimum sui nō esse. Et ratio istorū est:quia virtus diuina potest in quēcunqʒ modū successionis vnius ad alterum qui non includit cōtradictionē. Sed in modis predictis nulla apparet contradictio.esēt bñ cōtradictio ꝙ.a.haberet vltimū sui eē:τ imediate post hoc haberet pmū sui nō eē:vt supra patuit. Esset etiā contradictio ꝙ a haberet vltimū sui non esse τ ꝙ haberet primum sui esse patet:quia si haberet primū sui eē nō haberet in eodē instāti quo habet vltimū sui non eē:τ tunc est verū dicere:ꝙ.a.in eodē instāti sit τ non sit:aut in alio instāti:τ tūc eē duo instātia imediata. Et aliquis alius modus posset inueniri quem modo trāsco. ¶ Ad aliud de incipit τ desinit dicit:ꝙ dupliciter exponitur.nā incipit exponit᷑ per positionē de presenti τ negationē de preterito:τ tunc habet primū sui eē: vt.a.in isto instāti est τ in tēpore imediato non fuit.ergo.a.incipit eē.secūdo per negationē de presenti τ positionē de futuro:τ hoc quando habet vltimum sui non eē vt.a. nūc nō est τ in tēpore imediato post hoc erit.ergo incipit esse. Similiter desinit exponitur dupliciter.primo.per negationem de presenti τ positionē de preterito:vt qñ habet primū sui nō esse vt.a.in isto instanti nō est τ in tēpore imediato fuit ergo desinit eē. Secundo per positionē de presenti τ negationē de futuro:τ hoc quando habet vltimum sui esse:vt.a.in isto instanti est τ in tempore imediato post hoc nō erit.ergo.a.desinit esse. Dicit ergo Doc. ꝙ raptim transeuntia que precise durant per instans exponūtur τ per incipit τ desinit.per incipit vno modo tm̄.s. per positionē de presenti τ negationē de preterito:vt instās nūc est et in tempore imediato nō fuit ergo incipit esse:sed nō potest exponi per negationē de presenti et positionē de futuro:quia nō valet:instans nunc nō est et in tempore immediato erit.quia repugnat instās esse in tempore. Similiter exponitur per desinit in vno modo:scilicet per positionē de presenti et negationē de futuro vt mutatio vel instans nūc est:et in tēpore imediato nō erit ergo desinit esse. Sed non potest exponi per negationem de presenti et positionem de preterito:quia non sequitur:instans

Incipit et desinit dupliciter exponitur. Et est logica realium singularē notāda cō tra garrulos nominales.

nunc non est τ in tempore immediato ante hoc fuit:non sequitur quia instans nec mutatio sunt in tempore. Et sic cōcedo:ꝙ si angelus tm̄ per instans duraret ꝙ haberet primū et vltimum sui esse. τ simul inciperet esse per positionē de presenti τ negationem de preterito τ desineret esse.exponēdo desinit ꝑ positionem de presenti τ negationeʒ de futuro eodem modo precise.vt dixi de raptim transeuntibus. Hec exposui pro iunioribus τ inexpertis.

Ad argumentum principale doc.facit vnuʒ argumentum in principio questionis.probando:ꝙ respectꝰ ad deum vt creantem τ conseruantem.non sit idem:qꝛ respectus ad deum vt creantē separabilis est a respectu ad deū vt conseruantem. Et ratio huius est:qꝛ si creatura tm̄ duret per instans sicut pōt:tunc tm̄ erit respectus ad deum vt creantem cum in primo instanti tm̄ creatur:τ nullo mō habebit respectum ad deum vt conseruantem.patet qꝛ dꝛ cōseruari tm̄ post primuʒ instans creationis:vt supra patuit ergo. ¶ Respondet doc.τ responsio stat in aliquibꝰ dictis. Primo. si creatura tm̄ durat per instans:tunc in ipsa ē vnꝰ respectus realis ad deum vt creantem:τ est alius respectꝰ rationis:qui fundatur in ipsa τ terminatur ad non esse imediate precedens:vt supra patuit. Secundo.si vero creatura duret per aliquod tempus vltra primum instans creationis:dicit ꝙ ipsa habet eundem respectum realem ad ipsuʒ deum causantem τ dantem esse pro tempore sequenti τ est realiter simpliciter idem respectus realis:siue eadeʒ dependentia realis que est ipsius vt ad deum creantem : qꝛ in re pro quocunqʒ instanti eadem creatura realiter ponitur in eē et creatur. respectus tm̄ qui fundatur in ipsa vt existente in tempore sequenti τ terminat᷑ ad ipsam:vt existentem in primo instanti bene est alius a primo τ vere separabilis:sʒ realis dependētia semꝑ est eadem quantumcūqʒ duret. Et de hoc patuit aliqualiter supra:sed clarius in difficultatibus quas in secundo dist.2.q.1.posui.

Ad argumentū principale.

Circa multa dicta in hac.q. insurgunt nōnulla dubia. Primo circa hoc.eiusdē re τ rōne ad idē re τ rōne nō ē depēdētia eēntialis:nisi vnius τ eiusdē rationis. ¶ Secūdo circa hoc.existentia creature ꝑmanentis est eadē oīno in ratione,τ conseruatione.τ ex parte termini est oīno idē re τ rōne.s.velle diuinū.τ habitudo nō solū ad creantē.sʒ ad cōseruātē est habitudo depēdētie essentialis τ eiusdē rōnis. ¶ Tertio circa hoc : velle diuinum omnino idem est ratio terminandi habitudinem rei create τ conseruate : qꝛ velle diuinum respectu cuiuscunqʒ volibilis semꝑ manet idem. ¶ Quarto circa hoc:ꝑsona diuia ꝑpest in fieri:qꝛ nūqʒ ista ꝑsona pōt habere esse:nisi accipiendo actualiter a producēte. ¶ Quinto circa hoc.respectus qui est ipsius esse ad non eē immediate precedens non est realis:quia non est ad terminum positiuum:et respectus qui est ipsius esse ad esse idem quasi preexistens : vel magis cum illo prius existens non est realis pro quanto est eiusdem ad idem. respectus autem ipsius esse ad causam a qua est:est realis. ¶ Sexto circa hoc:res ꝑmanens potest esse precise per instans. ¶ Septimo circa hoc:instās τ mutatio tm̄ durāt ꝑ instās. ¶ Octauo circa hoc:ꝑmanentia hñt primū sui eē τ primū sui non esse:τ hñtia vltimū sui esse:non pñt habere primū sui nō esse. ¶ Nono circa hoc:in gñatione τ corruptione naturali:corruptum non hʒ vltimum sui esse:qꝛ tunc haberet qualitates conuenientes:saltem in tali gradu in quo possent starere si sic non subito abijcerentur. ¶ Decimo contra hoc:τ raptim transeuntibus est dare:tam primuʒ ꝙ vltimum.s.inesse:sed non est dare primum τ vltimum in non esse:quia non hñt.nec primum sui non esse.nec similiter vltimum sui non esse. ¶ Contra primum instatur multipliciter probando ꝙ eiusdē re τ ratione:ad idem omnino re et ratione:sit multiplex dependentia essentialis. Et primo. sic eadem creatura puta angelus omnino indistincta re ē fundamētum dependētie eēntialis causati ad causaʒ:finiti ad finem:mēsurati ad mēsuram:que dependētie terminantur ad aliquid omnino idem re et ratione. ergo eiusdem re et ratione ad idem re τ ratione:est multiplex dependētia eēntialis.consequētia patʒ:quia ille depēdētie sunt ex natura rei distincte:vt patet. Antecedens probat᷑ quo ad omnes illas dependētias eēntiales De prima patʒ : ꝙ idē angelꝰ omnino re indistinctus eēntialiter dependet dependentia causati:quia immediate creat᷑ a deo:q̄ dependētia terminatur ad ipsum deum omnino indistinctum. De scḋa patʒ:qꝛ idem angelus omnino indistinctus:est ens finitum ordinatum ad vltimum finem.τ sic idem angelus dependet ab vl-

Dubia occurrentia circa dicta in.q.

Contra primuʒ dictū.

timo fine: vt a causa finali: que dependentia immediate terminatur ad eundem deum omnino indistinctum: quia omnino idem sub eadem ratione formali est causa efficiens et causa finalis omnium. loquendo de primo efficiente et vltimo fine: hoc patet a doc. in primo dist. 2. q. 1. Similiter tertia patet: quia idem angelus indistinctus a parte rei est perfectio limitata: et per consequens necessario includens imperfectionem: et omne imperfectum essentialiter dependet a perfecto: et mensuratur ab eo: et talis dependentia mensurati. s. secundum perfectionem immediate terminatur ad vltimum perfectum et vltimum perfectum est simpliciter idem a parte rei cum primo efficiente et vltimo fine: vt probat doc. in primo di. 2. q. 1. Cum ergo iste dependentie essentiales adinuicem differant etiam preter omne opus intellectus: sequitur quod in eodem indistincto ex parte rei fundantur immediate plures dependentie essentiales: que etiam terminantur ad idem omnino indistinctum a parte rei. Et dico indistinctum a parte rei: quia non est necesse ponere indistinctum ratione: quia dependentia realis et essentialis requirit per se extrema realia. non enim variatur ex natura rei propter variationem respectus rationis: siue in fundamento siue in termino. Et hoc dico: quia forte posset videri: quod licet idem angelus ex parte rei sit fundamentum omnino indistinctum respectu harum relationum essentialium: tamen secundum alium et alium respectum rationis fundat aliam et aliam relationem. Et similiter licet sit idem terminus ex parte rei omnino indistinctus: tamen secundum alium et alium respectum est ratio terminandi aliam et aliam relationem essentialem. Sed hoc vt non dixi impedit: quia hic loquimur de alia et alia relatione reali: et illa semper requirit: tam fundamentum proximum: quam terminum ex natura rei. ¶ Secundo principaliter instatur. quia eiusdem omnino indistincti a parte rei ad idem indistinctum a parte rei possunt esse plures relationes reales: et adinuicem realiter distincte. ergo non videtur impossibile: quod etiam possint plures dependentie ex natura rei adinuicem distincte. consequentia videtur nota: quia quecunque relatio realis eque requirit extrema realia et realiter distincta. eque etiam videtur repugnantia: quod inter duo alba per se sint plures similitudines. sicut quod inter. a. et b. sint plures dependentie essentiales eiusdem rationis. et similiter videtur eque impossibile: quod inter duo alba sint plures relationes reales alterius rationis: puta quod inter ea sit relatio similitudinis et dissimilitudinis vel equalitatis: sicut quod inter. a. et. b sint plures dependentie: vel eiusdem rationis: vel alterius rationis. antecedens probatur: quia productum vniuoce includit relationem essentialis dependentie: quia dependet vt causatum ad causam: includit etiam relationem similitudinis: quia idem productum est simile producenti: includit etiam relationem equalitatis: quia productum vniuoce est equale secundum perfectionem essentialem ipsi producenti: includit etiam relationem realem identitatis: cum sit idem ipsi producenti saltem specifice: et econtra: et omnes iste relationes differunt adinuicem preter opus intellectus: vt patet. ¶ Si dicatur: quod non est impossibile plures relationes alterius rationis fundari in eodem indistincto ex parte rei et terminari ad idem: ex parte rei omnino indistinctum. Sed est impossibile: quod plures eiusdem rationis sint in eodem omnino indistincto: et ad idem omnino indistinctum. Contra: quia relationes alterius rationis maiorem distinctionem requirunt fundamento: vel in termino: quam relationes eiusdem rationis. patet: quia philosophus quinto meta. capi. ad aliquid assignat distincta fundamenta respectu relationum primi secundi tertii modi. vt patet: ergo sequitur. quod relatio primi modi et secundi modi magis repugnent in eodem fundamento quam due relationes eiusdem modi. et sic non videtur valere illa responsio: vt patet intuenti. ¶ Tertio principaliter instatur: quia videtur maior repugnantia simpliciter quod in eodem respectu eiusdem possint fundari due relationes opposite: quam quod in eodem indistincto ad aliud indistinctum possint fundari due relationes essentiales dependentie eiusdem rationis. patet: quia non ita formaliter repugnant: sicut relationes opposite. Sed in eodem penitus indistincto et respectu eiusdem: fundantur plures relationes opposite: vt patet de intellectu mouente se ad sui cognitionem: qui tunc in se fundat relationes oppositas: scilicet relationem mouentis ad mobile et relationem mobilis ad seipsum mouentem: vt patet a Doct. in primo. distin. tertia. q. septima. Hoc idem patet de voluntate mouente se: in quo tunc fundantur due relationes opposite: vt patet a doct. in primo distin. 2. parte secunda. q. 3. et dist. 26. et in secundo distin. 26. ergo si due tales possunt esse in eodem respectu eiusdem: multo magis possunt esse due eiusdem rationis in aliquo vno indistincto: que non terminentur ad illud idem. sed ad aliud sicut in primo vbi ponitur idem omnino indistinctum esse fundamentum et terminus. ¶ Quarto instatur. est magis impossibile: quod idem dependentia essentiali et reali dependeat a se ipso: ita quod immediate fundet relationem essentialis dependentie: que etiam terminetur ad se ipsum quam quod idem habeat plures relationes essentialis dependentie ad aliud terminatas: siue quam quod simul dependeat ab alio pluribus dependentiis eiusdem rationis. patet: quia primum includit manifestam repugnantiam apud omnes. s. quod idem a se essentialiter dependeat. secundum vero non ita manifestam repugnantiam cum ab aliquibus negetur illa propositio. Doc. s. quod idem non possit dependere ab alio pluribus dependentiis vt patet in primo Ochã. Sed idem realiter potest a seipso dependere dependentia reali et essentiali. patet quia mobile vt mobile essentialiter dependet a motore: vt patet. Sed idem omnino indistinctum potest mouere seipsum: vt probat Doc. in primo dist. 3. q. . et in secundo dist. 2. q. 10. et dist. 25. q. vnica. et alibi etiam. ¶ Quinto instatur et redit quasi in idem: quia simpliciter videtur maior impossibilitas: quod due relationes reales et realiter opposite: simul possint esse inter extrema omnino ex parte rei indistincta quam quod due relationes eiusdem rationis fundentur in vno et terminentur ad aliud realiter et essentialiter distinctum. patet: quia de natura relationis realis est: vel quod preexigat duo extrema realiter distincta: vel quod efficiat extrema realiter distincta. Sicut sunt relationes originis in diuinis constituentes personas diuinas: sed non est de ratione formali. quod due relationes essentialis dependentie eiusdem rationis possint esse in eodem: quia si idem actu a pluribus dependeret haberet plures eiusdem rationis. Sicut etiam in eodem albo simul possunt esse plures similitudines eiusdem rationis licet ad plura alba. ¶ Respondeo ad omnes instantias premittendo aliqua. Primum quod Doc in presenti conclusione loquitur tantum de pluribus dependentiis eiusdem rationis ad idem omnino indistinctum: non quod ille sint formaliter adinuicem repugnantes: sed quia inferunt incompossibilia: quia inferunt idem simul posse esse et non esse: vt patet in litera: quia si. a. essentialiter dependet. a. b. pluribus dependentiis et sufficienter ab vtraque seorsum sumpta. sequitur quod. a. vel sit bis causatus: vel simul sit causatus et non causatus: que sunt incompossibilia. Secundum est quod istud dictum Doc. non dicitur simpliciter impossibile: ex hoc quidem dependeat pluribus dependentiis totalibus et sufficientibus ab eodem. Sed est simpliciter impossibile: quod idem simul dependeat pluribus dependentiis eiusdem rationis: et totalibus a pluribus: non tamen essentialiter ordinatis. vt exposuit in primo dist. 2. parte prima. q. 1. quia si sic dependeret. sequeretur illud idem impossibile quod Doc. hic infert. vt patet ab ipso in primo dist. 2. q. 2. et q. de vnitate dei: et in secundo: et quoli. et in tertio di. 1. et alibi sepe. et hoc Doc. intendit. Tertium premittendum non tamen pro nunc multum innotandum est: quod forte idem omnino ex parte rei indistinctum. potest fundare plures relationes essentialis dependentie alterius et alterius rationis terminatas precise ad aliud omnino ex parte rei indistinctum: quia dicit Doct. in litera. Sic si essent plures dependentie omnino essentiales inter extrema omnino eadem: sicut dependentia creature ad deum vt efficientem: et vt ad finem tamen iste videntur esse alterius rationis. Si enim essent eiusdem rationis essent sibi incompossibiles in eodem et secundum idem: ex quo videtur non esse apud ipsum incompossibile esse plures relationes dependentie essentiales alterius rationis in eodem et terminatas ad aliud omnino indistinctum. Et hoc videtur mens Doc. Ex his premissis patet responsio ad duas primas instantias pro quanto concludunt compossibilitatem plurium relationum essentialium eiusdem rationis ad aliud omnino indistinctum quia hoc non videtur impossibile: nec esse contra conclusionem premissam: quia ipsa loquitur tantum de dependentiis eiusdem rationis. Et cum vltra probatur: quod videtur maior repugnantia quod plures sint alterius rationis in eodem cum Arist. assignet diuersa fundamenta. Dico quod omnes relationes que fundantur in creatura ad deum: vt relatio causati ad causam primam: relatio finiti ad vltimum finem: relatio mensurati ad primam mensuram sunt relationes precise tertii modi cum non sint mutue: et hoc patet a Doc. in primo dist. 3. q. 5. arti. primo contra Henri. vide ibi: modo relationes tam primi modi: quam secundi modi: sunt relationes reales et mutue vt patet ibi a philosopho. ¶ Si dicatur quod hoc posito adhuc non soluitur ratio: quia idem potest ab eodem indistincto dependere pluribus dependentiis alterius rationis: patet quia aliquis effectus producitur a sole: vt a causa totali potest de

Nota hoc valde.

Instat ex positore: contra se.

pendere ⁊ dependentia causati: ⁊ dependentia mensurati perfectionaliter. licet ergo iste relationes vt comparate ad deum: sint relationes tertii modi: quia deus non refertur relatione reali ad creaturā: vt probat Doc. in primo dist. 30. tamen vt comparate ad creaturā que potest referri relatione mutua erunt secundi modi. s. relationes causati ad causam: ⁊ relationes similitudinis ⁊ equalitatis primi modi: et mensurati ad mensuram tertii modi. Dico ergo ꝙ huiusmodi relationes non fundantur immediate super eodem fundamento proximo: ⁊ sub eadem ratione considerato. nam relatio causati ad causam fundatur. vel in supposito producto: vel in termino formali sic ꝙ productio passiua magis requirit distinctionem fundamenti a producente: siue a rōne formali producentis. relatio vero mēsurati fundatur immediate super magnitudine fundamenti: ita ꝙ causatum vt absolute consideratur habere esse ab alio fundat relationem producti ad producens vt vero consideratur habere talem magnitudinem perfectionis fundat relationem mensurati ⁊ sic non ponitur precise idem fundamentum proximum. Si volumus etiam hoc applicare relationibus creature ad deū Dico ꝙ non ponitur precise idem fundamentum proximum siue eadem ratio fundandi. Ratio enim fundandi relationē dependentie causati ad causam primam in ipsa creatura est existentia absoluta ipsius creature prout ab alio accipit eē. Ratio vero proxima fundandi relationem finiti ad vltimū finē est entitas: vt sic limitata. Et si possent in ea distingui ille entitates certum esset: ꝙ sm aliam ⁊ aliam entitatē fundaret aliam ⁊ aliam relationem. ¶ Dico vltra ꝙ posito ꝙ plures relationes dependētie essentialis possent esse in eodem fundamento proximo: ⁊ sub eadem ratione formali adhuc non sequitur ꝙ due dependentie eiusdem rationis possint esse in eodem omnino indistincto ex natura rei: quia ad secundum sequitur incompossibilitas: quia vel idē esset bis productum: vel simul esset causatum ⁊ incausatū: vt supra patuit. Sed ad primum nullum istorum sequitur. quia bene posset poni: ꝙ idem omnino indistinctum ex natura rei esset productum. puta ab. a. ⁊ esset mensuratum perfectionaliter ab ipso: ⁊ sic de aliis. ¶ Ad secundum tenendo opini. philosophi. diceretur ꝙ inter Franciscum productum: ⁊ ipsum producens non esset proprie: nec similitudo: nec equalitas: quia similitudo fundatur super qualitate: ⁊ equalitas super quātitate. vt patet. 5. meta. c. ad aliquid. tamen ponendo similitudinem ⁊ equalitatem transumptiue in aliis predicamentis: vt patuit in. q. 6. huius. tunc dico ꝙ fundamentum proximum equalitatis producti ad producens est vnitas magnitudinis pfectionalis in vtroque extremo: vnitas dico specifica. Et fundamentum proximum similitudinis est vnitas perfectionis accidētalis in vtroque extremo. proximum vero fundamentum identitatis est vnitas nature inter producēs ⁊ productum: vnitas. s. specifica. Sed fundamentum proximum productionis passiue ad producens est entitas producti absolute considerata pro quanto a producente accepit esse ad qđ esse sic acceptum: sequitur talis relatio dependētie. Et de istis prolixe dictum est supra. q. 6. ¶ Ad tertiū. Dico ꝙ si in eodē respectu eiusdē in se ⁊ absolute cōsiderato essent due relationes opposite esset simpliciter repugnātia. si enī in eodē albo absolute considerato essent simul similitudo ⁊ dissimilitudo respectu eiusdē albi sequerent incōpossibilia. s. ꝙ idē simul esset ⁊ nō esset cū similitudo ⁊ dissimilitudo necessario requirāt diuersa fundamenta: qa similitudo fundat super vnū ⁊ dissimilitudo sup pluribꝰ: vt patet quinto meta. simile proprie fundat super vnitate specifica qualitatis vt exposui in scđo dist. 3. q. 1. dissimile vero super pluralitate specifica qualitatis. vt patet. Similiter si idē respectu eiusdē absolute consideratum ⁊ non respectu alicuius tertii dependeret a se: siue fundaret relationes oppositas. s. mobilis ⁊ mouētis. nō causando aliquid ī seipso esset repugnantia modo in proposito: idē intellectꝰ respectu tertii realiter distincti dicitur mouens ⁊ mobilis. mouens pro quanto causat actum intelligendi in seipso: ⁊ mobilis pro quanto recipit illum. Similiter voluntas dicitur mouēs se pro quanto in se causat actum: ⁊ dicitur mobilis pro quanto recipit: ⁊ sic iste relationes opposite non insunt absolute sed tm̄ respectu alicuiꝰ tertii realiter distincti causati ab eodem: ⁊ similiter ab eodem recepti. ¶ Ad quartum. Dico ꝙ ratio concluderet si idem absolute ⁊ sm̄ se essentialiter dependeret ab eodem: sicut ꝙ idem seipsum causaret quia hoc est impossibile. Sed ꝙ idem quasi virtualiter a seipso dependeat. puta respectu alicuiꝰ tertii causati ⁊ recepti: nullū apparet īpossibile ⁊ sic hoc mō mobile pōt dependere a seipso Sz qñ dicit ꝙ idem non potest dependere pluribus dependē-

Solutio eiusdem.

tiis eiusdem rationis. puta causati ad causam: intelligit ꝙ sm̄ se dependeat: ⁊ non sm̄ aliquod accidens sibi. ¶ Ad quintum: Dico ꝙ tales relationes si ponuntur in eodem sg sunt respectu alicuius realiter distincti: vt quando idē mouet se: hoc est precise qt causat aliquid realiter distinctum a se: ⁊ illud idem causatum recipit. ⁊ sic hoc modo dt fundare relationes oppositas. de hoc vide in scđo disti. 25. q. vnica. ¶ Contra scđm dictum instatur. ⁊ primo contra primā partem. pbando: ꝙ non sit eadem existentia respectu creantis et conseruantis ex natura rei: illa non sunt penitus idem ex natura rei que preter opus intellectus possunt fūdare duo contradictoria. Sed existentia creature vt cōparat ad creantem ⁊ ad conseruantem potest fundare duo contradictoria ex natura rei ergo. ma. est doc. in primo di. 2. parte. 2. q. 1. ⁊ in secundo distin. 1. q. 5. mi. pbatur supponendo qñstās cui habeant esse preter opus intellectus: ⁊ vnum immediate succedat alteri. tenendo opi. quam videt tenere doc. in secundo dist. 2. q. 1. ⁊ ꝙ talia instantia insint formalit cuilibet termino: tunc sic. a. vt creatur ex natura rei conuenit precise vnum instans cui qđ non conuenit sibi vt conseruatur. pz: non enī in eodē instanti eui: in quo accipitur. primo esse dt conseruari: sed precise in aliis instantibꝰ sequentibus: vt etiā patet a Doc. ergo ex natura rei aliqđ sibi conuenit vt creatur qđ repugnat vt conseruatur. ergo in creatione ⁊ cōseruatione non est omnino eadem existentia preter omne opꝰ intellectus indistincta. ¶ Secundo ex eodem medio instatur: quia in primo instanti in quo creatur aliquid preter omne opus intellectus necessario conuenit: qđ in toto tempore immediate sequenti in quo dicitur conseruari nō necessario competit. ergo vt creatur ⁊ conseruatur: non est penitꝰ eadem existentia ex natura rei. consequentia patet: quia illa non sunt penitus eadem ex natura rei: quando ex natura rei: aliquid conuenit vni qđ non conuenit siue repugnat alteri. antecedens pbatur: quia. a. quando creatur est necesse eē. ita ꝙ est impossibile: qđ in illo instanti in quo creatur non habeat eē existentie: quia omne quod est quādo est necesse est eē. primo peri her. in fine. ⁊ vltra. sm̄ illo instanti in quo accipit eē: non conueniret sibi necessario eē: sequeretur ꝙ in eodem instanti posset non eē quod est simpliciter īpossibile: qz tunc de eodem simul verificarentur duo contradictoria: qt tunc in eodem instanti simul eēt ⁊ nō eēt. Sed in tempore immediate sequenti ad instans creationis: nō cōuenit sibi necessario eē. pz qz deus in tempore immediate sequenti potest ipsam annihilare: vt probat doc. i presenti. q. et in secundo dist. 2. q. 1. potest enim precise durare p instās in quo creatur. ⁊ sic tm̄ haberet primum ⁊ vltimum instans sui eē: vt supra patuit. ¶ Tertio instatur sic: ex eodem medio: qt in primo instanti in quo accipit eē: ⁊ in quo dt creari preter omne opus intellectus: conuenit sibi habitudo realis ad ipsum deum creantem: ⁊ in tempore immediate sequenti in quo dt conseruari: non conuenit eadem habitudo ad deum creantem. ergo existentia creature in creatione ⁊ conseruatione non est penitus eadem ex natura rei. Consequentia patet: qz aliquid ex natura rei conuenit sibi i illo instanti in quo vere creatur qđ non conuenit in tempore in quo dt conseruari: vt supra patuit. Antecedens probatur: quia in primo instanti in quo vere creatur precise realiter dependet dependentia reali ad ipsum deum: ita ꝙ talis dependentia pro illo instanti quo creatur: necessario sibi cōuenit cum sit idem realiter ipsi creature: vt probat doc. in secundo dist. 1. q. illa an creatio angeli sit idem qđ existentia angeli. ⁊ similiter dist. 2. q. 1. Sed talis habitudo siue realis dependētia: nō ꝯuenit necessario ipsi creature p tempore immediate sequēti: in quo dicitur cōseruari. patet: quia tūc potest nō esse: sicut ⁊ ipsa existētia creature. ¶ Quarto instatur sic. Si eadem est existētia creature quādo creatur. ⁊ quādo cōseruatur. tūc sequitur ꝙ ipsa bis pducatur. ⁊ bis habeat eē: supponēdo ꝙ cōseruare realiter sit idem ꝙ creare realiter: siue idem qđ efficere illud idem eē. vt patz a doc. in secūdo dist. 2. q. 1. ⁊ hoc idem supponit in presenti. q. tūc sic. i primo istāti creatur ⁊ immediate accipit esse a deo. ⁊ in tempore immediate sequēti cōseruatur. quero quomō cōseruatur. si cōseruat quia in illo tempore accipit p veram actionem diuinam illud idem esse: qđ habuit i primo istāti: ⁊ vere tūc dicit creari sicut doc. cōcedit. ergo creatura idem esse bis accipit ⁊ bis creat: qđ videt omnino impossibile. nō enī est itelligibile q. a. habēs nūc verum eē qđ iterum accipiat illud idem eē: siue eadem actione qua primo habuit eē. siue alia ⁊ alia actione: quia pducere eē: est illud simpliciter pducere de non eē ad eē. si enim prefuit quomō iterum fit de nouo eē: ipso nō prius destructo: sz eodē simpliciter ma-

Cōtra scđm dictum.

Bona argumenta.

nente. ¶ Quinto instatur: q̄ non sit eadem existentia in creatione ⁊ cõseruatione omnino indistincta ſm rationem: vt supponit ipse ⁊ vt accipit minorẽ sub maiori. Nā ma. ꝓpositio fuit ista eiusdem re ⁊ ratione ad idem re ⁊ ratione. est vnica dependentia eẽntialis eiusdem rationis. Et mi. fuit ista. Sed existentia creature in creatione ⁊ conseruatione est vna re ⁊ ratione ⁊c. ꝓbo modo q̄ non sit vna ratione. hoc patꝫ ꝑ ipsum qui vult: q̄ etsi creatio passiua ⁊ cõseruatio sint idem ex natura rei. tamẽ ratione distinguunt: quia existentia creature vt creat proprie includit respectũ rationis ad non eẽ immediate precedẽs. ⁊ vt conseruat includit respectum ad seipsam vt accipientem eẽ in primo instanti. ⁊ isti respectus sunt alij ⁊ alij: quia ⁊ termini alij et alij. nam terminus primi respectꝰs est nihil immediate p̄cedens. ⁊ terminus secundi respectus est existentia creature vt habẽs eẽ in primo instanti: vel ponit nihil non immediate: sed mediate precedens. ¶ Sexto instat sic. illa non sunt penitus eadem ratione que possunt fundare duo contradictoria ſm rationem: siue ꝑ actum collatiuum intellectus. Hec patꝫ a doc. Sed creature existentia vt compara tur ad deum vt creantem: ⁊ ipsa eadem vt comparat ad deum: vt conseruantem includũt contradictoria ſm rationem: patꝫ. quia vt ipsa comparat ad deum vt creantem includit respectum rationis ad ipsum deum vt dantem esse immediate post non esse. ⁊ vt comparat ad deũ vt cõseruãtem dicit respectum ad deum vt dantem esse post eẽ: vel vt dantem esse post non esse mediate. ⁊ isti respectus sunt necessario alij ⁊ alij. ergo ip̄a existentia creature non est omnino eadem ſm ratione in creatione ⁊ conseruatione.

Q̄ non sit idẽ velle diuinũ respectu creare et cõseruare/ arguit.

¶ Septimo instatur contra secundam partem conclusionis. probando. s. q̄ non sit idem velle diuinum. saltem rõne respectu creature vt create et conseruate. Et instatur sic. nihil est omnino idem ratione quod potest includere diuersa: comparationes passiuas ꝑ actum intellectus diuini. pꝫ istas quia alia ⁊ alia comparatio passiua dicit alium ⁊ aliũ respectum rationis: vt patet a Doc. in pluribus locis. Sed intellectus diuinus comparando deum ad creaturam: ⁊ vt creantem ⁊ vt conseruantem: siue cõparando ipsum velle diuinum necessario comparat ſm aliam ⁊ aliam comparationem probatur ista: qꝛ est impossibile idem eadem cõparatione passiua comparari ad diuersos terminos: vt patꝫ. sed creatura vt conseruata differt a seipsa vt creata. saltẽ ſm rationeꝫ. ergo vt sic dicit quasi duos terminos. sunt enĩ distincta esse cognita. patet: quia vt cognoscatur habere eẽ immediate post non esse distinguitur ab alio esse cognito: quo cognoscitur habere esse immediate pꝰ esse: siue habere esse mediate post non esse. Si ergo intellectus diuinus comparat idem velle diuinum ad existentiam creature ſm aliud et aliud esse cognitum in ea: sequitur q̄ alio respectu comparat velle diuinum ad creaturam cognitam habere esse immediate post non esse: siue vt dantem eĩ esse immediate post non esse: et alio respectu comparat vt dantem eĩ esse immediate post esse: siue mediate post non esse. ergo velle diuinum vt sic necessario includit alium et alium respectum. et sic non erit idem omnino indistinctum re et ratione. ¶ Octauo instatur. et redit quasi in idem q̄d prius Supponendo vnum scilicet q̄ respectus rationis: non tm̄ potest causari per actum intellectus: sed etiam per actum voluntatis: vt patet a Doct. in primo distinct. quadragesima quinta. Tunc sic. quando aliquid alia et alia comparatione passiua comparatur: illud necessario includit alium et alium respectum rationis: quia comparatio passiua: siue esse comparatum dicit respectum rationis. Sed voluntas diuina comparando velle suum quo vult existentiam creature esse immediate post non esse. et similiter quo vult eandem existentiam esse immediate post esse prehabitum: siue mediate post non esse comparat ipsum ſm alium et alium respectum. hoc patet. ¶ Nono instatur. supponendo dictum Doct. in pluribus locis: q̄ esse cognitum vt cognitum dicit precise respectum rationis. et similiter esse volitum vt volitum. Tunc si includens necessario aliud et aliud esse cognitum necessario: includit alium et alium respectum rationis. vt patet: sed velle diuinum vt dantem eẽ creature immediate post non esse: et vt dantem esse immediate post esse: siue mediate post non eẽ. includit vel includere potest aliud et aliud esse cognitum. patet: quia aliter cognoscitur velle diuinum vt dat eẽ immediate post non eẽ et aliter cognoscitur vt dat esse mediate post non esse: siue immediate post eẽ. ergo non erit idem esse cognitum. et per consequens non erit idem velle omnino indistinctum ſm rationem. ¶ Decimo instatur contra tertiam partem, scilicet q̄ conseruari siue relatio creature ad deum vt cõseruantem non sit relatio dependentie essentialis: quia relatio dependentie essentialis qua ipsa ſm suum esse dicitur depẽdere ad aliud essentialiter a quo accipit esse imediate. fundatur in esse absolute pro quanto illud imediate causatur post non esse: quia si prehabuisset esse: non diceretur proprie depẽdere ad aliud essentialiter: vt patet. modo relatio creature vt cõseruate non est huiusmodi. patet: quia non fundatur in existentia nisi precise vt prius habente esse. s. per creationem. ergo relatio creature ad deum conseruantem non est essentialis dependentia.

Ad rõnes ꝓambula declaratio cũ respõsionibus.

¶ Respondeo ad omnes instãtias premittendo aliqua. Primo. q̄ illa propositio Doc. s. que possunt fundare duo contradictoria ⁊c̃. intelligitur absolute: sic q̄d realiter potest cõuenire vni simpliciter ⁊ absolute repugnat alteri: ⁊ non comparãdo ad diuersa. ⁊ patet: quia eideꝫ lapidi in vno tempore potest sibi competere esse simpliciter album: ⁊ in alio sibi repugnat. patet: quia in isto tempore quo non ponitur actu esse niger potest esse albꝰ. et tamẽ albedo sibi in alio tempore repugnabit: puta in illo tẽpore quo actu ponitur sub nigredine: ⁊ tamẽ erit idem omnino lapis ex natura rei. quicquid ergo absolute potest competere vni preter opus intellectus: absolute nõ repugnabit illi preter opus intellectus. Sicut dicimus q̄ essentia diuina distinguitur ex natura rei a proprietate: quia preter opus intellectus necessario ꝯuenit essentie cõmunicabilitas: ⁊ illa necessario repugnat proprietati. Sic dico in proposito de instanti cui. nam quocunqꝫ instans cui q̄d cõuenit alicui omnino in distincto ex natura rei: ei etiam absolute poterit cõuenire: licet vnum instans cõueniat pro vna duratione ⁊ nõ conueniet pro alia duratiõe. Et sic patet responsio ad primam instantiam. ¶ Ad secundam. Dico breuiter q̄ illud idem esse in primo instanti non cõuenit creature necessario sic q̄ in illo instanti sit necessario. patet: quia in eodem instãti quo creatur potuit simpliciter non creari: quia voluntas diuina etiam in eodem instanti quo elicit actum adhuc consideratur vt prior natura actu elicito: vt patet a Doc. in primo dist. 39. ⁊ dist. 40. hoc idem patet de voluntate nostra a Doc. in secundo dist. 25. ⁊ per consequens in eodem instãti in quo ipsaꝫ creat. adhuc intelligitur vt prior natura ipsa creatura: ⁊ per consequens quãdo creat põt ipsam nõ creare. ergo non conuenit sibi esse necessario pro illo instanti. verũ tamen est q̄ quando in instanti: puta. a. in quo intelligit iam habere esse ⁊ actu existere: q̄ tunc pro illo instãti necessario est: quia tunc habet primum instans sui esse: quia verum est dicere in isto instanti est ⁊ immediate ante hoc non fuit. Et propositio philosophi scilicet omne q̄d est ⁊c̃. est ꝓlixe exposita in primo dist. 39. ⁊ aliqualiter in secundo dist. 1. vide ibi. ¶ Et cum infertur q̄ in tempore imediato potest non esse: concedo eodem modo sicut ⁊ in primo instanti: q̄a sicut in primo instãti potuit non ⁊ esse in illo instanti quando est iam necessario est: quia in illo instanti vt iam est non potest non esse: sic in eodem tempore quo ponitur in esse potuit non poni: sed vt precise consideratur in illo tempore immediato habere esse ⁊ actu esse: tunc necessario est: quia vt est in tali tempore in illo tempore non potest non esse. ⁊ tamen immediate post illud potest non esse. ⁊ sic debet intelligi propositio philosophi q̄ precise quando est vt est non potest non esse. si enim est in instanti. a. vt est in illo instanti nõ potest non esse. similiter vt consideratur esse in tempore. b. vt est in tali tempore non potest non esse. ¶ Ad tertium.

Optima solutio

Dico q̄ eadem habitudo realiter conuenit creature ad deũ vt conseruantem que conuenit eidem ad deum vt creantẽ: quia ex quo est eadem realiter ipsa habitudo realis cum natura creata: stante eadem existentia omnino ex parte rei indistincta semper stat eadem habitudo realis: modo existentia creature semper est eadem: ⁊ ad deum creantẽ ⁊ ad deũ conseruantem. Et cum probatur: q̄ non est eadem ⁊c̃. Dico q̄ non diuersificatur illa habitudo realis ſm aliuꝫ ⁊ aliũ respectum rationis: quia vt est ad deum vt dantem esse immediate post non esse dicit alium respectum a se ipsa: vt considerata ad deum vt dantem esse immediate post esse: siue mediate post non esse.

Bis accipere esse quid sit.

¶ Ad quartum. dico q̄ bis accipere esse: est proprie accipere illud idem esse immediate post non esse: sic q̄. a. immediate accipiat esse post non esse. ita q̄ non esse imediate precedat ipsum esse ⁊ illud idem. a. accipiat idem esse post illud idem non esse immediate precedens. et hoc est manifeste impossibile. Sed in proposito in tempore immediate sequenti dicitur accipere idem esse quod prius fuit: quia si deus illud idem non poneret in esse annihilaretur. est ergo idem esse pluries positum. De hoc vide que exposui in secundo dist. 2. q. 1. vbi eandem difficultatẽ adduxi:

Optima declaratio et doctrinalis.

¶ Ad quintū ꝛ sextū. Dico ꝯcedendo ꝙ non sit eadem existentia oīno indistincta ſm rōnem vt comparaē ad deuz vt creantem ꝛ vt cōfirmantem. ꝛ cōcedo illam rōnem. Sed expono illam ꝓpositionem. nō. n. intelligit Doct. ꝙ existentia in creatione ꝛ conseruatione: non possit diuersificari ſm alium ꝛ alium respectum: sed intelligit ꝙ ipsa existentia omnino indistincta re ꝛ rōne sit imediatum fundamentum dependentie essentialis ad deum vt creantem ꝛ conseruātem. Et ꝗuis sint plures respectus rōnis: tamen illi respectus non sunt rō: nec proxima nec remota fundandi huiusmodi depēdentiam essentialem: sed sola existentia creature que simpliciter est eadem quantūcunqꝫ duret. Et sic debet intelligi dictum Doc. ¶ Ad septimum. octauū ꝛ nonum simul. Respōdeo ꝯcedendo absolute illas tres rationes: nec sunt contra verum sensum propositionis. Intelligit enim propositio. sic scʒ ꝙ est idem velle diuinum respectu conseruationis ꝛ creationis passiue. i. ꝙ dependentia essentialis ad deum vt creātem ꝛ vt conseruantem terminaē simpliciter ad idem velle diuinum omnino indistinctū re ꝛ rōne. i. ꝙ quāuis in tali velle sint plures respectus rōnis. tamen illi respect⁹ nullo modo sunt ratio nec proxima nec remota terminādi talem dependentiam creature ad deum: sed est ipsum velle diuinum absolute consideratum. ¶ Ad decimum. Dico vt dicit Doctor declarando illam partem conclusionis: ꝙ ideo dicitē essentialis: quia per ipsam creatura accipit esse. ꝛ non est necesse ꝙ accipiat imediate post non esse: vt pꝫ. ¶ Contra tertium dictum instaē. probando: ꝙ velle diuinum non sit rō formalis terminandi relationem creature: quia ex hoc sequuntur plura inconuenientia.

Ꝯtra tertiū dictum.

¶ Primum est: quia sequiē ꝙ creatura necessario creetur. probatur sic. supponendo duo dicta. Doc. Primum quod est ratio formalis terminandi dependentiam causati ad causam est ratio formalis causandi. hoc patet a Doc. supra. q. 8. Secundū est: ꝙ ꝗuis velle vel nolle libere eliciatur. tamen ipso posito non agit libere: vt pꝫ a Doc. in secundo. ꝛ tertio. sola enim voluntas est que libere agit. Tunc sic: nullus actus voluntatis diuine est rō formalis causandi aliquid libere: vt patet per scḋm presuppositum: sed si est ratio causandi: erit simpliciter ratio causandi necessario. Sed velle diuinū est rō causandi creaturā. patet: qꝛ est ratio terminandi eius dependētiā: vt patet ꝑ primū presuppositum. ergo velle diuinum erit ratio causandi creaturā mere necessario: ꝛ sic creatura habebit necesse eē.

Ad rōnes ꝯtra tertiū dictum.

¶ Rñdeo ꝯcedendo rationem istam cum suis presuppositis. Sed dico: ꝙ dictū Doct. debet sane intelligi. nō eñ vult ꝙ velle absolute ꝯsideratum sit ratio formalis causandi: sʒ qꝛ volūtas diuina ꝑ velle quo vult creaturā esse: libere vult ipsam: ideo dicit Doct. ꝙ est ratio terminandi: ꝛ per ꝯñs ratio causandi. tamen in veritate: sicut etiam patʒ supra. q. 8. sola voluntas est rō causandi ꝛ similiter terminandi: ꝛ multotiens Doct. accipit velle pro voluntate: sicut etiam aliqñ accipit voluntatem pro ipso velle. Sed de hoc alias. ¶ Cōtra quartum dictum instatur. probādo: ꝙ secunda persona non accipiat esse a prima pro quocunqꝫ instanti: quia sequerentur duo inconuenientia. Primum qḋ tunc diceretur conseruari: quia in secundo instanti comparatur ad seipsam vt accipientem esse in primo instanti sicut etiam patet de creatura que dicitur conseruari in tempore imediate sequēti ad instans in quo creatur. Secundum est: quia persona secunda in primo instanti quo accipit esse a prima: est simpliciter necesse esse. ergo pro instantibus seqūtibus non accipit amplius esse: quia tunc non fuisset in primo instanti simpliciter necesse esse. patet: quia si per impossibile non produceretur in esse in secundo instanti tunc non esset. ergo. ¶ Ad primū Dico ꝙ conseruari proprie dicit dependentiam essentialem: qualis non est in secunda persona.

Ꝯtra quartum dictū.

¶ Questio Tertiadecima.

Titul⁹. q. ingeniose exponitur.

AN actus cognoscēdi et appetendi sint eēntialiter absoluti: vł essentialiter relatiui. Questio ista non ꝗrit de actu terminato ad cognitionē quo ꝓducitur vel eliciē vel inducitē ipsa cognitio: sed querit de actu cognoscendi qui. s. est ipsa cognitio actualis. ita ꝙ iste actus si dicaē actio non intelligiē ꝙ sit de genere actionis: qꝛ ipsa est semꝑ ad terminū aliquē accipientem aliquo mō esse per ipsam actionem: sed itelligiē ꝙ sit actio: hoc est operatio qua agens tanqꝫ actu vltimo perficitur. Et breuiter ad cautius loquendū. in tota ista. q. intelligiē hoc nomen actio pro actione de gñe actionis que. s. est actio ꝓductiua vel saltem aliquomō ad eē termini per ipsam ponendi. Et hoc nomen operatio intelligiē pro actu intrinseco quo ipsum operās perficiē vltimate. Est igitur intellectus. q. An actualis cognitio sit essentialiter relatio ad obiectum cognitum. ꝛ similiter de actuali appetere. s. de actuali volitiōe: vbi tria sunt videnda. Primo ꝙ in omni intellectione ꝛ generaliter operatione quacūqꝫ de qua loquimur est aliqua entitas absoluta. Secundo qualiter illud absolutum habeat aliquam relationem ad obiectum sibi annexam. Tertio an illa relatio sit actui isti essentialis.

Beatitudīs relatio. q.

¶ Prima conclusio probatur tripliciter. Primo sic vltima perfectio (accipiendo perfectionem ꝗ est in actu secundo) substantie viue non est sola relatio. Sʒ operatio est huiꝰ vltima perfectio qua supple coniungitur optimo. igitur talis operatio non est relatio. maior probatur: quia sola relatio non summe appetitur appetitu naturali hoc est inclinatione naturali que non est operatio: vt patʒ a Doct. in secundo dist. 6. q. 2. ꝛ in quarto dist. 49. q. illa. an quis velit necessario beatitudinē vel appetitu electiuo. i. actu elicito voluntatis nature summe appetentis. Sed vltiā perfectio nature viuentis: a tali natura summe desideratur desiderio naturali. De quo intelligi potest illud Aug. 13. de tri. c. 4. beati omnes esse volumus qḋ semper verum est: siue de beatitudine actu cogitemus siue nō: qꝛ appetit⁹ siue naturalis iclinatio nō ꝓsupponit necessario cognitionē aliquam: vt pꝫ a Doct. in pluribus locis. Ibidē etiā vult ꝙ quicquid aliud quisqꝫ latenter velit ab hac voluntate cōi. s. desiderio naturali nō recedit. Desideraē etiā summo desiderio electiuo bñ disposito. i. actu voluntatis elicito. ꝛ si voluntas sit bñ disposita: tunc actu elicito vult ipsam beatitudinē ꝛ summe vult eam: lʒ non necessario.

Prima ꝯⁿᵉ doctoris ꝓbatur. Expō lre.

Minor ꝓbaē (. s. ꝙ vltima perfectio substantie viue sit operatio optima: et operatio optima propter hoc: qꝛ terminatur ad optimum appetibile.) per philosophū primo ꝛ decimo ethico. vbi vult ꝙ felicitas ꝗ est finis vltimus nature intellectualis. ꝛ per ꝯseqūs summe desiderabilis est operatio optima: vł cōsistit in operatiōne optima. Idem vult. 12. metaphysice. capitulo. 6. vbi de deo loquens dt: ꝙ si non intelligat quid [illegible] est insigne. et statim post: si nō est hoc qḋ sua intelli[illegible]. actualis intellectio: sed potētia nō est vtiqꝫ optim[illegible]ntia. nam ad ꝓbationē dicte ꝯsequentie statim subdit. per intelligere enim ei honorabile inest. Idē habeē. 9. meta. c. 7. vbi vult ꝙ act⁹ sit prior potentia non solū tempore ꝛ ratione. i. diffinitione quia potentia diffinitur per actū: sed etiam substantia. i. pfēctione: vnde in ꝓbatione illius membri: ꝙ actus ē prior potentia. substantia eīn perfectione. exemplificat ipse vt vir puero ꝛ homo spermate: qꝛ vir est perfectior puero ꝛ homo perfectior spermate: ꝛ conclusionem sic intellectam. s. ꝙ actus est prior potentia perfectione ibi probat: qꝛ gratia act⁹ tanqꝫ finis sunt al[illegible]dinata ad actum. ꝛ per ꝯñs erit prior ſm perfectionem potentia. ꝛ omnia ordinata ad actū sunt quasi in potentia ad actū. Sed felicitas substantie intellectualis est vltimus actus siue vltima operatio ad quam homo ordinatur. ergo vt sic erit prior perfectione cum sit vltimus finis ad quem natura intellectualis ordinatur. et per ꝯñs non erit essentialiter relatio: sed entitas absoluta. Siue illa btitudo accipiatur pro visione sicut dicit vna auctoritas Aug. visio inquit est tota merces: siue accipiatur pro fruitione siue dilectione: sicut dicit Aug. de doctri. christiana. summa merces est vt ipso perfruamur. Saltem in hoc oēs conueniunt ꝙ finem vltimum ꝛ maxime desiderabilē dicunt esse operationem: vel in operatione ꝯsistere. ꝛ sic pꝫ prima ratio. ¶ Secundo principaliter probatur eadem cōclusio sic. relatio ꝓprie dicta non est noua sine nouitate fundamenti vel termini: vt patet per phm. 5. physi. vbi negat motum ad relationeʒ. que auctoritas exposita est supra. q. 12. Sed operatio potest esse noua sine nouitate fundamēti ꝛ termini. De fundamento pꝫ qꝛ illud qḋ erit de potentia accidentali siue ꝓpinqua ad actum non recipit aliquam formam nouam priusꝗ ipsa operatione: qꝛ tunc non fuisset prius in potentia accidentali: sed essentiali: sicut etiam pꝫ de intellectu qñ recipit speciem intelligibilem ante actualē intellectionem: qꝛ respectu speciei intelligibilis est in potētia essentiali siue remota ad operandum ꝛ recepta specie intelligibili est in potentia accidentali siue propinqua ad operandum: vt declaraui in primo distin. 3. q. 6. sequiē ergo ꝙ quando intellectus immediate exit ad operationeʒ: ꝙ tunc nihil noui recipit vltra illam operationem. ꝛ sic patet quomodo potest esse noua sine nouitate in fundamento. Secunda pars minoris est manifesta. patet enim ꝙ nihil absolutum aduenit visibili quando videtur actu. nec intelligibili quando intelligitur actu. ꝛ similiter de aliis. ergo talis operatio non est essentialiter siue formaliter relatio. ¶ Tertio principaliter arguitur ad idem: qꝛ omnis relatio realis ꝓprie

accepta necessario ⁊ ex natura rei consequitur posito fundamento proximo ⁊ termino. Sed intellectio nō necessario cōsequitur positis potentia intellectiua ⁊ obiecto etiā approximatis: ⁊ nullo modo impeditis patet. Si dicatur ꝙ fundamentum proximum est aliquid medium inter potentiam et operationem: quod est posterius ipsa potentia. Sed pꝫ: ꝙ tale quid non potest dari nisi ipsa operatio: quod enim est ꝓximum fundamentum aut est absolutū iuxta illud. 7. de tri. c. 2. omne quod relatiue dicitur: est aliquid excepto relatiuo que auctoritas est exposita in primo dist. 1. q. 2. ⁊ in. q. 1. quoli. vide ibi: aut precise non est illa relatio: cuius est fundamētum vel ratio fundandi. patet: ꝙ operatio non erit precise illa relatio cuius ponitur fundamentum: vel ratio fundandi quia fundamentum vel ratio fundandi relationem necessario distinguitur ab illa cuꝫ necessario presupponatur illi. igitur operatio non est precise relatio ad obiectum. ¶ Ex hac conclusione sic probata: concluditur vlterius propositum sic si hec operatio esēt precise respectus: tunc esset relatio quia respectus quem philosophus concedit aliquo modo conuenire operationi est proprie de genere relationis: et pertinet ad tertium modum relatiuorum: vt patet ex. 5. meta. cū igitur operatio non sit precise relatio: vt probant rationes iaꝫ posite: sequitur ꝙ non sit precise respectus: ⁊ per ꝯñs est ibi aliqua entitas absoluta: qđ est propositum in isto articulo.

Dubia ingeniosa. cū solutionibus circa primū articulum doctoris. ⁊ primo circa primam rōnem doctoris.

In isto articulo circa tria principaliter occurrunt aliqua dubia. Primū non videtur ꝙ prima rō concludat ꝓpositum. s. ꝙ operatio sit entitas absoluta: ex hoc ꝙ vltima perfectio substantie viue non est sola relatio ⁊ vltima perfectio est felicitas. instatur probando: ꝙ vltima perfectio substantie viue non sit necessario entitas absoluta. Et primo sic. presupponendo qđ dicit Doc. in primo dist. 2. parte. 2. q. 1. ꝓbando per dictum phi. 12. meta. deum esse intelligentem: qꝛ vltima perfectio eius est in actu secundo quo perfecte vnit obiecto perfectissimo: puta obiecto beatifico. ita ꝙ tota eius perfectio est coniungi tali obiecto. Suppono secundo quod ipse dicit in quarto dist. 49. q. 2. ꝙ beatitudo cōsistit in operatione que cōiungit imediate obiecto beatifico: ⁊ breuiter ex hoc potentia dicitur perfecte beata quando actu vnitur siue coniungitur obiecto beatifico. Tunc arguo sic. quāto potentia imediatius attingit obiectum beatificum: tanto est ꝑfectior loquendo de eius perfectione vltimata. Sed si ponatur operatio relatio formaliter qua attigitur obiectum beatificum: tunc potentia operans per ipsam imediatius attingit illud. ergo talis operatio magis debꝫ poni formaliter relatio ꝙ̄ entitas absoluta. ma. est nota ex presuppositis: ex hoc enim dicitur vltima ꝑfectio substantie viue: quia per ipsam ꝯiungitur obiecto perfectissimo. ergo quanto imediatius tanto erit vltima eius perfectio. mi. similiter patet: quia ponendo operationem entitatem absolutam. tunc potentia ꝑ ipsam non attingit imediate obiectum: sed ponendo ipsam esse relationem operantis ad obiectum: imediate per illam attingit obiectum cum ipsa imediate terminet ad illud vt ad terminum. ¶ Secundo ex eodem quasi medio instatur. Sicut se habet perfectio creature vltimata vt ꝯsistit in actu primo. Sic se habet perfectio eius secunda vltimata que consistit in actu secundo. Sed perfectio prima vniuscuiusqꝫ ꝯsistit in hoc ꝙ magis appropiquat primo enti: siue enti perfectissimo vt patet a Doc. in quarto disti. 12. ⁊ quanto magis et appropinquat sm̄ suam entitatem essentialem: tanto essentialiter erit perfectior. ergo eius perfectio secunda vltimata. tanto erit perfectior quanto imediatius attingit obiectū perfectissimum. Sed precise imediate attigitur per relationem operantis que imediate terminatur ad obiectum perfectissimum: ⁊ per te ⁊ per phm talis perfectio secunda vltimata consistit in operatione. ergo illa operatio erit formaliter relatio. ¶ Confirmat. qꝛ intellectus quāuis habeat deum perfecte presentem in ratione entitatis: siue tm̄ entitatiue eo modo quo dicitur perfecte ꝑ̄sens omni creature ex hoc non est beatus: vt patet. Et posito etiam ꝙ talis intellectus habeat habitum perfectissime inclinantem ad ipsum adhuc non erit beatus: quia vt sic non imediate attingit illud in ratione obiecti perfectissime attingibilis. Cum ergo precise attingatur per aliqđ qđ imediate terminat ad illud: et illud non potest poni nisi respectus siue relatio operantis: et per operationē imediate accipitur: ⁊ vt est entitas absoluta nō imediate terminatur ad illud. ergo operatio erit formaliter relatio que terminatur ad illud. ¶ Quarto instatur sic. Sicut se habet materia prima ad formam perfectissimam virtualiter continentem perfectionem oīm aliarum formarum (si aliqua talis esset dabilis) ⁊ hoc quantum ad perfectā repletionem sue capacitatis: siue quo ad eius vltimam perfectam quietem. Sic se habet potentia beatificabilis ad obiectum vltimate beatificum: patet ista similitudo: quia vtrobiqꝫ fit comparatio ad vltimam perfectionem secundam. Sꝫ materia prima dicit perfectissime quietari: ex hoc ꝙ immediate suo modo attingit formam ꝑfectissimam: siue ex hoc ꝙ perfectissime vnitur illi: sed non perfectissime vnitur nisi mediante vnione fundata in materia ⁊ terminata ad formā illā ergo ⁊ potentia beatificabilis erit perfecte beata ⁊ quietata: ex hoc ꝙ perfectissime vnitur obiecto beatifico: ⁊ hoc non ꝯtingit nisi per relationem fundatam in illa ⁊ terminata immediate ad tale obiectum. Sed ꝯmuniter conceditur: ⁊ specialiter a Doc. in quarto dist. 49. q. 2. ꝙ vltima perfectio nature beatificabilis consistit in operatione qua vnitur obiecto beatifico ⁊ nō imediate per ipsam vnitur nisi ponatur ꝙ sit formaliter relatio. ¶ Quinto instat sic. appetitus naturalis ponit ꝑfectissime quietari in obiecto eius ꝑfectissimo: ex hoc solo ꝙ ꝑfecte coniungitur illi. ⁊ non per aliquam entitatem absolutam mediam: vt patet. ergo hoc idem erit de appetitu rationali. ¶ Sexto instatur sic. quia Doc. in secundo articulo. probat ꝙ operatio vt ponitur entitas absoluta nō erit vltima perfectio substantie viue: nisi pro quanto includit relationem terminatam ad obiectum beatificum. ergo debet poni operatio circa obiectum beatificum esse relationem mediam inter potentiam operantem ⁊ obiectum circa qđ est oꝑatio. magis ergo ꝯcludit ex illa ratione Doc. ꝙ vltima operatio substantie viue sit formaliter relatio ꝙ̄ entitas absoluta. ¶ Confirmatur ratio ista sexta: qꝛ ponendo operationē circa obiectum beatificum eē entitatem absolutam: ⁊ necessario includere relationem ad tale obiectum ad hoc vt dicatur vltima perfectio substantie viue est simpliciter ponere vltimam felicitatem hoīs eē ens per accidens: quia dicit oꝑationē cum relatione: siue entitatem absolutam cuꝫ relatione. ¶ Confirmat iterum: qꝛ si oꝑatio substantie viuentis elicita circa obiectū beatificum: non dicit vltima perfectio eius. nisi pro quanto includit relationē imediate terminatam ad tale obiectū. sequit ꝙ talis relatio erit magis ꝑfectio eius vltima: tum qꝛ imediatius per ipsam substantia viuens attingit obiectū. tum quia operatio sine ista non est vltima perfectio: ⁊ cū ista ponit vltima perfectio. ergo illa relatio erit magis vltima ꝑfectio. Ad euitanda ergo ista inconuenientia videt melius ponere oꝑationem substantie viuentis esse formaliter relationem: ꝙ̄ entitatem absolutaꝫ. ¶ Nono instatur sic. qꝛ si vltima ꝑfectio substantie viue ponitur entitas absoluta: ⁊ illa nō immediate attigit obiectū vt supra patuit. magis ergo videtur ponere ipsam in aliq̄ entitate absoluta perfectiore: puta in aliquo habitu ꝑfectissimo: qꝛ tunc magis illo ꝑficitur ꝙ̄ aliqua oꝑatione absoluta ⁊ ex illa vt absoluta nullo mō attingit obiectum: sed ponitur tm̄ ꝑfectio intrinseca ⁊ denominās. Et si vltra ista requiritur aliqđ aliud quo immediate attingit obiectum illud erit ꝑcise relatio. ¶ Decimo ⁊ vltimo: patet de aliis q̄ suo modo quietant in obiectis eoꝝ quietatiuis. nam lapis in centro ꝑfectissime quietatur: loquendo de quiete ptinente nature eius: ⁊ non dr perfecte ibi quietari nisi ꝓ quanto vnitur illi: qđ precise fit mediante relatione fundata in ipso et terminata immediate ad centrum: ergo sic videtur dicendum in ꝓposito: ⁊ sic magis videtur esse ponendum oꝑationem hoīs perfectam circa obiectum beatificum esse formaliter relationem ꝙ̄ entitatem absolutaꝫ.

Bonum argumētū ad hominem.

¶ Respondeo ad istas instantias: premittendo aliqua. Primo ꝙ aliquid alteri vniri potest multipliciter itelligi. Primo ꝙ vniatur sibi vt perfectioni eius intrinsece: qua formaliter perficitur: sicut materia vnitur forme: ita ꝙ talis vnio precise terminat ad formam vt est eius simpliciter perfectio: hoc modo nulla potentia substantie viue dicitur vniri obiecto eius: quia obiectum vt obiectum non ponit perfectio intrinseca potentie cuius est obiectum. ⁊ si aliquādo contingat aliquod obiectum intrinsece perficere potentiam: tamen sub ratione qua est obiectum actu intelligibile non perficit eam formaliter: ⁊ sic potētia beatificabilis nullo modo est vnibilis obiecto beatifico vt perfectioni eius intrinsece: sed vt perfectioni extrinsece: vt patet a Doct. in quarto distin. 49. q. 1. ¶ Secundo premitto: ꝙ aliquid vniri obiecto vt perfectioni extrinsece potest dupliciter intelligi. vel ꝙ vniatur naturaliter. puta quia habet naturalem inclinationem ad illud: sicut graue vnitur centro: vel ꝙ vniat attingendo illud i rōne vere a tali potentia perceptibili: ita ꝙ talis potentia vere percipiat illud in se vel in aliquo representatiuo. Primo modo potest vniri mediante sola relatione que terminetur ad illud. Sed secundo modo est impossibile vniri

Rñdet ad rōnes primi dubij.

Aliqđ alteri vniri/multipliciter ꝯtingit.

mediante sola relatione: quia nulla relatio vt relatio precise est perceptiua formaliter obiecti. isto secundo modo ponatur potentia substantie viue vniri obiecto vt perceptibili ab ipsa actu suo elicito. ¶ Tertio premitto: ꝙ licet relatio immediate possit terminari ad obiectum perfectum ita ꝙ precise terminetur ad ipsum in ratione entitatis perfectissime, non tamen terminatur sub illa ratione qua actu est intelligibile vel amabile a potentia: sed precise terminatur ad ipsũ vt ad terminum talis relationis: sed operatio que ponitur vltima perfectio substantie viue terminatur ad obiectum vt ꝑ ipsam a potentia eius est intelligibile ⁊ vere perceptibile: ⁊ per consequens talis operatio non est precise relatio de genere relationis: cum per ipsam precise habeat obiectum vt terminus relationis: ⁊ non vt perceptibile. ¶ Quarto premitto: ꝙ non est de ratione operationis substantie viue coniungi obiecto in ratione perceptibilis: ꝙ includat aliquã relationem ad ipsum: nec realiter nec rationis. patꝫ in deo vbi intellectio diuina perfectissime ⁊ immediatissime attingit essentiam diuinam in ratione obiecti vere beatifici ⁊ vere perceptibilis a potentia cuius est talis operatio que nullam includit relationem nec realem nec rationis ad ipsam terminatã vt patet a Doc. in quol. q. 15. sed quãdo operatio distinguitur ab obiecto: tunc includit relationẽ ad ipsum: sed hoc accidit. Et posito ꝙ ipsa relatio requiratur vt aliquid necessario preuium non tamen aliquid tribuit operationi vt dicatur formaliter perceptiua obiecti: sicut etiam vnio partium essentialium necessario requiritur vt quoddam preuium composito essentiali: tamen nullo modo est de essentia compositi. Sic in proposito dico: non enim potentia per intellectionem actu percipit obiectum: nisi talis intellectio actu terminetur ad ipsum: sed ipsam intellectionem actu terminari est ipsam dicere aliquam relationem ad ipsum. requiritur ergo talis relatio vt dispositio preuia: sꝫ nullo modo pertinẽs ad esse formale operationis. ¶ Quinto premitto: ꝙ ex quo dantur gradus perfectionales in operationibus: ita ꝙ vna intrinsece est perfectior alia ⁊ non precise ratione termini vel fundamenti. sicut vna relatio dicitur intendi vel remitti. Sequitur ꝙ perfectio vltima intrinseca substantie viue: que ponitur operatio circa perfectissimum obiectum erit entitas absoluta intrinsece ⁊ formaliter sic perfecta aliter non diceretur talis substantia viua perfecte beata beatitudine formaliter inherente. Et vltra sequeretur: ꝙ omnes beati in patria: saltem illi qui sunt eiusdem speciei essent simpliciter equaliter beati beatitudine formali ⁊ inherente. patet: quia si visio deitatis in se esset formaliter relatio: certum ẽ ꝙ nõ potest formaliter nec intendi nec remitti: cum intensio ⁊ remissio relationis sit precise ratione vel fundamenti vel termini: sed in patria remanet semper idem obiectum ⁊ eadem potentia eque intensa et sic visio omnium eiusdem speciei esset simpliciter equalis si ipsa poneretur precise relatio. ex quo ergo ponitur substantia viuens vere beata et beatitudo extrinseca ⁊ intrinseca. beatitudo intrinseca erit aliquid absolutum. Et vltra sicut omnis substantia creata suo modo est perfectibilis vltimate aliqua forma absoluta. vt patꝫ de elementis: quia ignis formaliter perficitur calore: aqua frigiditate: corpora mixta suis coloribus ⁊c. a fortiori perfectio vltimata substãtie viue: loquendo de perfectione intrinseca ⁊ inherente debet poni aliqua entitas absoluta in se formaliter perfecta: quam perfectionẽ habet principaliter ab obiecto vt a causa extrinseca: ⁊ quia perfectio vltimata talis substãtie ponitur operatio circa obiectũ eius ꝑfectissimũ: vt supra patuit per phm ⁊ Aug. merito talis perfectio debet esse entitas absoluta. ¶ His premissis respondeo ad argumenta. Ad primum dico: ꝙ ma. est vera qñ immediatius cõiungitur obiecto in ratione perceptibilis: ita ꝙ ei coniungatur percipiendo illud si est potentia ꝑceptiua siue cognitiua: vel si est appetitiua actu elicito: vera est si coniungitur ei attingendo illud in rõne amabilis siue fruibilis. Et tunc mi. est falsa. s. ꝙ medianate relatione coniungatur ei modo predicto: q̃ per relationem precise non attingit in ratione obiecti perceptibilis ⁊ beatificatiui: sed tñ per actum intelligendi vel volendi: non vt ponuntur precise relationes: sed vt qualitates absolute: vñ doc. in quarto disti. 49. vult ꝙ potentia potest dupliciter coniungi obiecto beatifico. s. formaliter hoc est ꝯiũctione formali que ponitur relatio: ⁊ fundamẽtaliter hoc est actu elicito potentie beatificabilis: secũdo modo est beatitudo formaliter non primo modo. ¶ Ad secundũ. Dico ꝯcedendo ma. recte intelligẽdo ipsam: q̃ nõ habetur nisi ꝙ potentia vt beatificabilis non coniungitur immediatius ꝙ̃ per opationẽ vt entitatem absolutam que ponitur act⁹ scõs: sicut ⁊ creatura nõ coniungitur immediatius ꝙ̃ per aliquam entitatem absolutã in ipsa: q̃ homo immediatius appropinquat deo per intellectualitatem: ꝙ̃ per substantiam vel ꝙ̃ per viuens absolute ⁊ in hoc ꝯsistit perfectio hominis in actu primo. Si vero intelligatur de coniunctione formaliter: siue de appropinquitate formaliter que ponitur relatio. concedo ꝙ homo immediatius coniungitur deo per relationem que immediate terminatur ad ipsum. sic dicendo ꝯiunctione ꝯiungitur siue appropinquitate appropinquat: sicut ⁊ potentia beatificabilis cõiunctione coniungitur. Sed sicut in tali relatiõe formaliter non ꝯsistit vltima perfectio hominis intrinseca in actu primo: sed simpliciter in actu secundo: sic ⁊ vltima perfectio potentie beatificabilis non consistit in aliqua relatione qua immediatius coniungitur: sed simpliciter in actu secundo absolute qui actus est operatio formaliter perceptiua obiecti.

¶ Ad confir. Dico ꝙ requiritur coniunctio perceptiua obiecti que est in sola operatione actuali: vt supra patuit. ⁊ ideo non sufficit sola presentia obiecti in rõne obiecti intelligibilis: sꝫ requiritur ꝙ sit presens in rõne obiecti actu perceptibilis a potentia cuius est tale obiectum: ⁊ vltra requiritur ꝙ vt sic presens actu attingat percipiendo illud qđ non potest fieri per aliquam relationem formaliter ⁊ neq̃ per habitum etiam ꝑfectissimũ: q̃ per illum tñ habitualiter cõiungitur.

¶ Ad quartum. Dico ꝙ ratio concludit pro me: q̃ vltima ꝑfectio intrinseca ⁊ inherens materie non est vnio media inter ipsam ⁊ formam: sed est ꝓ̃se ipsa forma que vere perficit. Sic vltima perfectio nature beatificabilis que ꝯsistit in actu secundo erit aliqua perfectio absoluta inherens formaliter illi ⁊ nõ relatio que nullam addit perfectionẽ formalr. Et hoc est qđ dicit Doc. in primo dist. 1. q. 1. ꝙ sicut materia satiatur intrinsece aliqua forma finita: sic potentia btificabilis satiatur intrinsece ⁊ formaliter aliquo finito. s. ipsa operatione qua attingit obiectũ beatificum ⁊ extrinsece nõ satiatur nisi aliquo formaliter infinito. ¶ Ad quintũ de appetitu naturali. Dico ꝙ appetit⁹ naturalis ad btitudinẽ non satiatur nec quietatur illa naturali inclinatione: q̃ cũ semper ⁊ necessario: ⁊ summe habeat eã: vt patet a Doc. in quarto dist. 49. necessario ꝓ quocũq̃ instanti eẽt sũme beat⁹. Sed dꝫ satiari qñ habet illud ad qđ summe inclinatur eo mõ quo natũ est haberi: non põt aũt haberi vt perfectio intrinseca cũ primũ ens nullius creati possit esse perfectio itrinseca: sꝫ tñ natũ est haberi vt cognitũ in cognoscente: siue vt amatum in amante: qđ precise fit per actum quo attingitur. Et appetitus naturalis est ad hñdum summum bonũ vt summe sibi commodũ: ⁊ summe sibi delectabile: ⁊ per ꝯñs inclinatur etiam ad actum q̃ immediate põt attingi vt summũ delectabile: ⁊ sic vltima perfectio eius intrinseca erit entitas absoluta. vꝫ perfectissima operatio ⁊ perfectio eius extrinseca erit summũ delectabile. ¶ Ad sextũ. Dico ꝙ doct. non vult ibi ꝙ talis relatio media aliquo mõ pertineat ad formalem rationem btitudinis formalis ⁊ inherentis cum ponat eam simpliciter in operatione ꝑfectissima que formaliter ⁊ intrinsece dr operatio vere perceptiua obiecti: siue ẽ illud quo formaliter potentia attingit obiectum percipiẽdo illud: licet actu per ipsam absolute acceptam non attingat illud. requiritur ergo precise vt dispositio preuia: sicut etiã humanitas nõ põt immediate esse a corpore organico: ⁊ aïa intellectiua vt absolute sumptis: que tñ sunt tota eius perfectio intrinseca essentialis: sed prerequiritur vnio eoꝝ adinuicem: que tñ nullo modo pertinet ad perfectionem intrinsecam ⁊ essentialẽ ipsius hoïs. Sic doc. intelligit ĩ ꝓposito.

¶ Ad cõfir. Dico ꝙ vltĩa felicitas hoïs nõ erit ẽs ꝑ accñs q̃ non ponitur aggregatum ex operatione et relatione: sic ꝙ hoc totum sit felicitas hoïs: sed ponatur precise ipa opatio circa obiectum btificum ⁊ relatio media ponitur precise vt dispositio. Sicut materia et forma sunt vere cause ꝑ se compositi: ⁊ tñ non causant nisi prius vnite. non eñ forma causat vt vnita: ita ꝙ vnio aliquo modo pertineat ad rõnẽ causandi: sed dicitur causare vt vnita: sic intelligendo actu non causat nisi prius vniatur. Sic in proposito. ¶ Ad aliã confirmationem patet responsio ex superius dictis.

Nota bñ q̃ sequũtur q̃lit ꝓfunde expositor profundus loquitur.

Quo hoïs vltĩa felicitas non sit ens ꝑ accidens.

¶ Ad nonum. Dico ꝙ vltima perfectio substantie viue nõ ponitur absolute in entitate absoluta perfectiore: sed precise ponitur que est actus secundus quo substantia viua possit actu attingere obiectum beatificum: ⁊ sic bene concedo ꝙ ponitur in actu secundo perfectissimo qualis est operatio circa obiectum: ⁊ sic debet Doctor intelligi. ¶ Ad decimum ⁊ vltimum patet responsio ex dictis in illis preambulis. Similiter ex dictis respondendo ad obiectiones. Et sic patet resolutio dubiorum.

Secundo principaliter dubitatur de ratione se-

Dubiū scd᷒ circa scd᷒as rōnē docto ris cū argu mentis.

cunda que pricipaliter consistit in hoc q non potest esse relatio de genere relationis noua nisi pp aliqd nouū absolutum: vel in fundamento vel in termino: sed intellectio potest esse noua stante precise eodem fundamento ⁊ termino. Instatur. probando q relatio prope dicta possit eē noua nullo absoluto nouo pertinente ad rationem fundamenti vl' termini. Et primo sic. equalitas potest esse noua nullo absoluto prius acquisito: ⁊ pono casum q modo sint due quantitates inequales. ita q vna sit cubitalis: ⁊ alia bicubitalis: et post illa que est bicubitalis fiat cubitalis per ablationem ptium: tunc iste due quantitates essent equales. ita q equalitas erit noua: ⁊ tamen nullum absolutum nouum est prius acquisitum: vt patet. per ablationem enim partis nihil absolutum nouum causatur in eo cui fit ablatio: vt patet experimentaliter. ¶ Secundo instatur: quia similitudo potest eē noua sine nouitate alicu' extremi: ⁊ presuppono q ratio pxima fundandi similitudinem est vnitas qualitatis cum similitudo fundetur super vno: vt patet. 5. meta. c. ad aliquid. fundatur ergo super vnitate specifica alicuius qualitatis puta super vnitate albedinis. sicut ergo albedo est ratio formalis fundandi similitudinē ad aliud album: ita albedo in alio albo est ratio formalis terminandi similitudinē: ita q non est ratio formalis terminandi vt actu existens: ita q existentia in ipsa sit ratio formalis terminandi vel fundandi: sed entitas formaliter quiditatiua. Sed talis fuit ab eterno: ⁊ tamē ab eterno non fuit similitudo: sed ex tpe: quia causato albo ⁊ alio albo in esse existentie fit noua ⁊ noua similitudo: ⁊ tamē quicquid pertinet ad rationem formalem fundandi ⁊ terminandi similitudinem fuit ab eterno: cum omne ens sm esse quiditatiuum sit eternum. ¶ Tertio instatur: quia si nō potest esse noua sine nouitate alicuius absoluti sequitur q i diuinis similitudo: equalitas. ⁊ identitas: sint penitus idem: qr erit precise idem fundamentū ⁊ eadem ratio fundandi. s. vnitas essentia perfectissima: ⁊ vltra sequit. q vna nullo modo erit prior alia: ⁊ si vna est prior ⁊ alia posterior stante eodem precise fundamēto ⁊ termino: sequitur q vna potest eē noua sine nouitate extremi. ¶ Quarto instatur. ⁊ pono q sint duo alba vnum vt quatuor ⁊ aliud vt octo: inter que ē aliqualis similitudo: ⁊ post album vt octo fiat album vt quatuor tunc inter illa erit perfecta similitudo. ⁊ tamen nō erit aliquod absolutū de nouo acquisitum: ⁊ illa erit noua. vt patet. Tum etiam quia quero aut ista similitudo est eadem q̄ prius. aut alia. non primo: qr illa fuit imperfecta. si alia: habetur propositum. s. q nullo absoluto acquisito fit noua relatio. Et vltra quero de illa similitudine que erat albi vt octo ad album vt quatuor: ⁊ post fit album vt quatuor: posito q illa imperfecta que erat fundata in albo vt octo non sit. q̄ro modo quo album vt quatuor remanēs sit simile alteri albo vt quatuor: aut noua similitudine ⁊ habetur ppositum: aut antiqua. ergo simul album vt octo fuit simile albo vt q̄tuor perfecte ⁊ imperfecte: imperfecte quia album vt octo. perfecte quia album vt quatuor. ¶ Quinto instatur. ⁊ pono q nunc sit perfecta similitudo inter album. a. ⁊ album. b. ⁊ b. annihiletur: ⁊ post idem. b. reparetur stante eodem. a. tunc inter. a. ⁊. b. erit vera similitudo: ⁊ tñ erit precise idem fundamentum ⁊ idem terminus: vt patet intuenti.

Ad argu menta con tra scd'm dubium.

¶ Rñdeo ad primum. q dictum Doc. debet intelligi. s. q nō possit esse noua relatio nisi facta aliq̄ nouitate in extremis: ⁊ hoc acquirendo vel nouum absolutum: vel deperdēdo aliquod absolutum prius. Dico secundo q fieri nouum absolutū pōt pro nunc dupliciter intelligi: vel q totaliter de nouo acqrat' vel q habeat nouum modū essendi. ⁊ sic quātitas cubitalis separata a quātitate bicubitali est per se existens ⁊ hab; rōnem totius: sed vt exñs in quātitate bicubitali h; precise rationem ptis: ⁊ sic nō est noua relatio nisi nouo absoluto acq̄sito aliquo isto: um modorum. prima tñ responsio magis vl' ad propositū.

Aduer. cir ca hanc dis stinctionē

¶ Ad secundū dico. primo q posito q existentia non requirat' nec vt ratio formalis terminandi: nec vt rō formalis proxima fundādi relationē. requiritur tñ vt cōditio requisita: ⁊ hoc sufficit. Dico secūdo ⁊ melius q nūq̄ ē similitudo realis actualis inter aliqua extrema: nisi rō formalis terminandi in vno extremo. ⁊ rō formalis fundandi relationē similitudinis in altero extremo sint in actu: nec est noua nisi sint noua. ¶ Et cū dr q fuerūt ab eterno. dico q albedo sm suū eē reale actuale ⁊ eēntiale nō fuit ab eterno: fuit bñ tñ sm quid. s. sm esse cognitum vel possibile: vt patet a Doc. in primo di. 36. ⁊ vide singularia que exposui in secundo dist. 3. q. 1. modo nō est ratio formalis terminādi vel fundandi similitudinē realē ⁊ actualē nisi sint in esse eēntiali actuali ad qd imediate sequit' actualis existentia vt gradus intrinsecus. ¶ Ad tertium patet responsio ex hisque exposui supra. q. 6. quoli. vbi similis difficultas posita est. ¶ Ad q̄rtum patet responsio ex dictis ad primum argumētū. ¶ Ad quintum. Dico q redeunte eodem extremo redit simpliciter eadē similitudo: vt patet a Doc. in tertio dist. 8. ⁊ in quarto dist. 43. vide ibi multa ad hanc materiam pertinentia.

Tertiū dubiū circa tertiā rōnē doctoris.

Tertio principaliter dubitatur de tertia ratione principali que cōsistit in hoc q ad fundamētū proximū posito termino necessario sequitur relatio intrinsecus adueniēs sed operatio non est hmōi ⁊c. Instatur primo: qr ad prius essentialiter non videtur necessario sequi posterius a quo tale prius nullo modo dependet. ¶ Instatur 2°: quia adhuc non est probatum q stante perfecta presentia obiecti potētie q non necessario sequatur operatio: sicut stante perfecta presentia visibilis potentie visiue ⁊ amoto omni impedimēto videtur necessario sequi visio. ¶ Tertio instat': quia operatio est in continuo fluxu: qr continue fit. ergo formaliter relatio. ¶ Quarto instatur. contra hoc qd dicit q poneretur operatio relatio intrinsecus adueniens. Contra. tum qr cōmuniter ponitur actio imanens. Tum qr tertio de anima intelligere est pati. ergo videtur q sit passio. ¶ Respōdeo ad primum. patet responsio supra. q. 11. ¶ Ad secundum patet responsio a Doct. in 4°. dist. 49. quia deus potest suspendere omnem actionem ¶ Ad tertium patet responsio in p̄mo dist. 3. q. vltima in responsione ad vltimum argumentū principale. ⁊ etiam in presenti. q. ¶ Ad quartum patet responsio hic in presenti. q. articulo 2°. ¶ Ad vltimum vide responsionem ad illam auctoritatem p̄ꝰ datam a Doc. in primo dist. 3. q. 7. ⁊ etiam in 2° dist. 3. ⁊c.

Scdꝰ articulus principalis.

De secundo principali (. s. qualiter absolutum in operatione aliquam relationē ad obiectū habeat) sunt tria principaliter vidēda ⁊c. Doct. primo adducit tres rōnes q̄bus pbat q opatio necessario icludit relationē ad obiectū. Secundo ostendit qualiter hoc sit intelligēdum. Tertio respondet illis tribus rōnibus exponēdo quo intelligant'. Circa primū. Prima ratio stat I hoc. vltima pfectio nature opatiue non pōt esse sine reali relatione ad obiectū pfectissimū circa qd ipsa nata est operari opatio aūt est summa pfectio talis nature g. ma. pbat: qr si sūma pfectio nature viue diceretur aliq̄d vt ad se ipsa substantia rei hoc mō eēt summa pfectio: qr substantia est pfectior quocūq accidēte: vt p; 7 meta. t. c. 4. vltima ergo pfectio substātie viue est i hoc q vnit' obiecto pfectissimo p opationem: sed nō p̄t sic vniri nisi includat necessario relationem realem ad illud. ¶ Confirmatur hoc: per illud Aug. 13. de tri c. 5. vel. 15. vbi aliis diffinitionibus reprobatis ↄcludit quasi p vera diffinitiōe beat' igr non est nisi habeat oia que vult ⁊ nihil mali vult. Ex hoc arguitur quādo in ↄcretis est predicatio p se primo modo: sequit' q abstractum predicatur de abstracto. p; in exemplo album est coloratum. ergo albedo est color: qr prima est vera p se primo modo: ⁊ per ↄseq̄ns nō rōne subiecti igitur si hec est vera primo modo. beatus h; quicquid bene vult: sequitur q beatitudo est vt ita dicam habitio cuiuscunq bene voliti. nunc aūt habitio vel habere videtur p se importare relationem. ¶ De ista regl'a a cōcretis per se p̄mo modo ad abstracta q̄ tenet precise: qr concretum nō est verum de cōcreto rōne sub ecti: sicut album est dulce est p̄ se verum rōne subiecti in quo tam albedo q̄ dulcedo fundantur: vt p; in lacte: ⁊ ideo non est vera p̄ se rōne extremo♀ sicut hic album est coloratum: est precise vera: qr albedo includit formaliter colorem. Si dicatur hec est vera p'io mō albedo est color. ⁊ tamen non sequit'. ergo albedeneitas est coloreitas siue q̄ditas albedinis est quiditas coloris: ⁊ tamen arguit' a cōcretis per se primo mō ad abstracta. Dico q prima est vera: qr etsi albedo non concernat subiectū nec similiter color vtrumq tamē concernit suppositum ppe nature: ⁊ ideo vnum predicatur de alio in primo modo secunda vero est falsa: qr neutrum concernit suppositum ppe nature. immo est totaliter abstractū ideo non p̄t vnū de alio formaliter predicari cū vt sic sint vltimate abstracta. Sed de hac materia vide que plures exposui in primo dist. 5. q. 1. Semp tamē tenet a ↄcretis. per se primo mō ad abstracta vbi abstracta ↄcernunt supposita pprie nature.

Vide expo sito. q̄nno vbi se re mittit hec.

¶ Scdo pncipaliter arguit sic. Ad formam absolutam nouam pōt esse per se mutatio: ad operationem puta ad intelligere et hmōi. non p̄t esse per se mutatio ergo. ma. probatur: qr forma absoluta p̄t acq̄ri subiecto. non tñ per accidēs ad acq̄sitionem alterius: sed per se ppria acquisitione: qr p̄t p̄mo per se succedere sue pprie priuationi. mi. pbatur p phm. 7 physi. dicē. neq intellectiua parte anime est alteratio. sciens

enim in extreme ad aliquid, dicitur: et multa ibidem tam in litera phi quam in commento videntur esse ad hanc intentionem. ¶ Tertio principaliter arguitur sic. In cuius substantia est relatio illud non est aliquid absolutum: sed in tertio modo relatiuorum in substantia vnius extremi. s. mensurati est relatio. operatio enim referetur ad obiectum illo tertio modo. igitur. ma. probatur: quia absolutum non includit in sua ratione formali relationem: quia tunc esset per se ad alterum per illum respectum inclusum: et esset per se non ad alterum sed ad se quia ponitur absolutum. mi patet per commen. 5. met. vbi vult quod in tertio modo relatiuorum relatio est in substantia alterius extremi tantum: sicut in ratione intellectus. i. actus intelligendi: et non in ratione intellecti siue intelligibilis. i. obiecti: relatio includitur non est in substantia intellecti. s. obiecti: sicut est in substantia intellectus. i. actus intelligendi etc. Ibi etiam illud verbum phi idem bis diceretur exponitur sic. intellectus. i. actus intelligendi non refertur ad intelligentem. s. ad potentiam intellectiuam: sed ad intellectum. i. obiectum quia si ita esset. s. quod simul referretur ad obiectum et potentiam: tunc intellectus constitueretur per intelligentem. i. quod actus intelligendi esset relatio per intelligentem vt per terminum. imo videtur esse econuerso. s. quod intelligens vt intelligens constituatur in tali esse per actum intelligendi: ex quo sequeretur quod illud quod constituitur per aliud constituat illud: sicut ipse arguit quod intellectus si diceretur ad intelligentem constitueretur per ipsum ita intelligit quod constituitur per intelligibile ad quod dicitur. non autem constitueretur per illud si esset in se aliquod absolutum quia absolutum non includit necessario quod sit ad aliud vt ad terminum: sicut relatiuum includit: vt patet: et sic patent ille rationes que postea soluentur.

De secundo principali huius secundi articuli in

quo Doctor declarat quomodo operatio includat relationem ad obiectum. Et recito istam literam vbi sunt alique difficultates annexe. licet alibi pro maiori parte sint exposite. Distinguo ergo de operatione et est distinctio manifestior in actu cognoscendi. potest tamen forte poni in actu appetendi: aliqua est per se existentis: sicut que attingit obiectum in sua propria existentia actuali. Exemplum de visione coloris et communiter in sensatione sensus exterioris. aliqua etiam est cognitio obiecti non vt existentis in se: sed vt obiectum non existit: vel saltem illa cognitio non est eius vt actualiter existentis. Exemplum vt imaginatio coloris: quia contingit imaginari rem quando non existit sicut quando existit. Consimilis distinctio probari potest in cognitione intellectiua. hoc probatur. primo: quia patet quod aliqua intellectio potest esse non existentis: aliqua etiam potest esse obiecti existentis vt existentis: quia talem habebit beatus de obiecto beatifico: alioquin aliquis posset esse beatus in obiecto: esto per impossibile quod ipsum non esset existens de quo dicitur habere claram visionem siue facialem propter hoc quod actus eius cognoscendi tendit in illud vt in se presens in propria existentia actuali. ¶ Secundo probatur idem: quia quicquid est perfectionis in cognitione magis potest competere cognitioni intellectiue quam sensitiue. nunc autem posse attingere obiectum in se realiter perfectionis est. vbi non vilesceret potentia attingens propter imperfectionem obiecti. ergo intellectus potest habere actum quo sic attingat obiectum in sua reali existentia: saltem illud obiectum quod est nobilius tali intellectu: vel eque nobile. Et si concedatur de intellectu nostro: ipsum. s. posse habere talem actum cognitionis quo attingat rem vt existentem in se pari ratione potest concedi de quocumque obiecto: quia intellectus noster est potentialis respectu cuiuscumque intelligibilis. ¶ Contra istam di. arguitur primo: quia hoc quod intellectus noster in cognoscendo abstrahit ab hic et nunc et pari ratione ab omni conditione existentis vt existentis: igitur non competit sibi aliquid intelligere vt existens. Preterea. si sint due tales intellectiones possibiles intellectui nostro: tunc pari ratione eiusdem obiecti poterunt esse due tales: quero tunc quomodo distin. non numero tantum: quia duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto: nec specie: quia siue actus cognitionis accipiat speciem a potentia siue ab obiecto cum hic sit eadem potentia et idem obiectum non potest poni differentia specifica. ¶ Ad primum illorum dici potest: quod distinctio que communiter ponitur inter cognitionem intellectiuam et sensitiuam ex parte obiecti: puta quod intelligimus vniuersale sentimus singulare: et quecumque distinctio alia correspondens isti non debet intelligi tanquam inter potentias desparatas ex equo: sicut est distinctio visus in videndo colores ab auditu in audiendo sonos: sed debet intelligi distinctio intellectus a sensu: sicut potentie superioris cognitiue ab aliqua cognitiua subordinata sibi: et per consequens quod potentia superior potest cognoscere aliquod obiectum sub aliqua ratione: quod obiectum vel sub qua ratione potentia inferior non potest cognoscere. non tamen oportet econuerso quod inferior possit aliquod obiectum: vel sub aliqua ratione cognoscere quin superior possit etiam perfectiori modo obiectum illud cognoscere: et sub eadem ratione cognoscibilitatis ex parte obiecti: et sic potest concedi quod intellectus non potest cognoscere obiectum. non vt hic et nunc: quia sub ratione quidditatiua absoluta. sensus autem non potest sic cognoscere obiectum: quia est virtus limitata ad cognoscendum ipsum sub ratione existentis: sed non propter hoc intellectus determinatur ad cognoscendum obiectum sub modo opposito: quia indifferens est ad cognoscendum ipsum sub vtroque modo. ¶ Ad secundum concedi potest: quod sint due cognitiones eiusdem obiecti simul sic: quod non distinguatur obiectum ab obiecto: sicut essentia ab existentia: quia licet inter ista sit aliqua distinctio obiecti: tamen non sufficiens ad propositum: quia etiam ipsa existentia potest cognosci cognitione abstractiua sicut. n. essentiam sic et existentiam possum intelligere: licet non sit realiter extra intellectum. Dicentur igitur cognitiones distincte: et hoc secundum speciem propter rationes formales motiuas hinc inde: quia in cognitione intuitiua res in propria existentia est per se motiua obiectiue. in cognitione autem abstra. est per se motiuum aliquid in quo res habet esse cognoscibile: siue sit causa virtualiter continens rem: siue sit effectus puta species vel similitudo representatiue continens ipsum cuius est similitudo. ¶ Ista distinctione actus cognoscendi supposita: potest dici quod primus. s. qui est rei existentis in se necessario habet annexam relationem realem et actualem ad ipsum obiectum. Et ratio est. quia non potest esse talis cognitio nisi cognoscens habeat actualiter ad obiectum talem habitudinem que necessario requirit extrema in actu et realiter distincta. et que etiam naturam extremorum necessario consequitur. ¶ In speciali autem videtur esse duplex relatio actualis in isto actu ad obiectum. vna potest dici ratio mensurati vel verius mensurabilis ad mensuram. alia potest dici relatio vnientis formaliter in ratione medii ad terminum ad quem vnit. et ista ratio medii vnientis: specialiori nomine potest dici relatio attingentie alterius vt termini vel tendentie in alterum vt in terminum. ¶ Ista autem distinctio duarum rationum (. s. mensurabilis ad mensuram et attingentie ad terminum) satis videtur manifesta: quia vtraque ab alia separari potest: sicut in essentia superior habet rationem mensure respectu inferioris: nec tamen semper inferior habet respectu superioris relationem attingentie de qua loquimur. Actus etiam voluntatis vel intellectus causantis totaliter obiectum videtur habere relationem attingentie respectu eius vt termini intellectionis vel volitionis: siue ista relatio sit realis siue tantum rationis. non tamen talis intellectio vel volitio habet respectu talis obiecti relationem mensurabilis. sed magis mensure.

Pro maiori declaratione huius litere insurgunt aliqua dubia.

Insurgunt dubia circa primo de sensatione.

Et primo de sensatione sensus exterioris: quia cognitio intuitiua non fit per aliquod representatiuum: sed per presentiam obiecti in se. modo cognitio sensitiua exterior causatur a sensu et a specie sensibili existente in organo: vt patet a doc. in quol. q. 15 immo si species sensibilis non esset in organo sensus nulla esset sensatio exterior: vt patet. Tum etiam quia si in tali sensatione requiritur presentia obiecti existentis vt existens in actuali existentia. aut requiritur vt causa effectiua talis sensationis: aut vt presise terminatiuus. non primo quia tunc non poneretur species causa effectiua. Tum etiam quia non videtur quod sensibile distans puta per miliare possit immediate immutare sensum ad suam sensationem. non secundo: quia si tantum requiritur vt terminus: et nullo modo vt causa effectiua posset esse perfecta sensatio ipsius etiam ipso non existente. patet: quia causa totalis illius esset sensus et species sensibilis: et causa receptiua immediata esset ipse sensus. Sic etiam arguit doc. in primo di. 3. q. 6. contra Henri. qui ponebat animam esse totalem causam intellectionis vide ibi. ¶ Respondeo. primo quod forte non videtur inconueniens sensibile extra esse causam partialem sensationis exterioris: et cum dicitur quod non potest immediate immutare potentiam distantem nisi immutet medium. Dico vt dixi in. 2°. di. 9. de locutione angelorum: vide ibi. ¶ Dico. 2°. et forte melius: quod talis sensatio causatur a sensu et a specie sensibili: et tunc requiritur obiectum vt actu existens in propria existentia. ¶ Et cum dicitur quod sufficit causa totalis sensationis que est species cum sensu et causa receptiua causalis sensationis per rationem doc. contra Henri. ¶ Dico quod ratio illa ibi valet et non hic: quia hic species sensibilis representat tantum sensibile cum conditionibus materialibus. ibi vero non. et ideo si sensibile non esset in se presens nulla esset sensatio. De hoc vide doc. in primo di. 3. q. 6. Et de hoc alias erit sermo plenior. ¶ Secundo dubitatur. ibi posse attingere obiectum in se realiter perfectionis est vbi non vilesceret po

Solutio.

Secundum dubium

ſm ſuam entitatem quiditatiuam realem actualem eſt cognoſcibile intuitiue: ⁊ tunc quero a quo cauſatur partialiter talis notitia intuitiua: aut a quiditate obiecti: aut ab eiꝰ exiſtentia. Si primo habetur propoſitum: quia tunc exiſtentia non erit ratio formalis cauſandi. Si ſecundo contra: quia tunc exiſtentia contineret virtualiter quiditatem obiecti. patet: quia contineret virtualiter eius notitiam intuitiuam ergo ⁊ eius entitatem. patet per Docto. in primo diſtin. 3. q. prima. ⁊ in ſecundo diſtinctio. tertia. ¶ Octaua inſtatur: quia reſpectu cognitionis intuitiue ſenſus exterioris. exiſtentia obiecti ſenſibilis extra non eſt ratio formalis mouendi ſenſum exteriorem ad ſenſationem: vt ſupra patuit. ergo nec ſimiliter reſpectu cognitionis intuitiue reſpectu intellectus: cum non videatur maior ratio hic et ibi: vt patet

ꝙ ī notitia intuitiuā nō reqrit̄ exiſtentia ⁊c.

¶ Deinde inſtatur contra tertium membrum videlicet probando ꝙ nō requiritur exiſtentia vt conditio obiecti nec in ratione mouendi nec terminādi: quia conditio talis obiecti ponitur proprie ſingularitas vt patuit in primo. d. 3. q. 6. vide ibi. Tum etiam: quia ſi obiectum in ſe vt prior exiſtentia eſt ratio mouendi vel terminandi ⁊ ſit perfecte preſens potentie: patet ꝙ nihil aliō neceſſario requiritur ad hoc vt habeatur notitia intuitiua. Tum etiam patet ꝙ contra hoc facit ratio docto. in primo. d. 3. q. 7. contra Hen. ponentem animam intellectiuam eē totalem cauſam intellectionis.

¶ Si dicatur ꝙ illa diuiſio non eſt ſufficiens: quia oportet addere aut quiditas eſt ratio terminandi ⁊ exiſtentia ratio cauſandi aut econtra. ſ. aut quiditas erit ratio cauſandi et exiſtētia ratio terminandi. Dico ꝙ hoc nihil eſt: quia in cognitione intuitiua qđ ponitur ratio cauſandi notitiam tale ponitur etiam ratio terminandi. vt patꝫ ex multis dictis doc.

Notabilis doctrina de notitia intuitiua vbi ꝙ ponderanda.

¶ Reſpondeo ad omnes inſtantias premittendo aliqua. Primo ꝙ eſſentia rei ſm ſuam entitatem realem actualem eſt prior exiſtētia reali actuali ita ꝙ talis eſſentia eſt vera res habens eſſe ſimpliciter ⁊ verum eſſe actuale vt diſtinguit̄ contra eſſe poſſibile ſiue potentiale ſiue contra eſſe eius obiectiuum ⁊ ſimpliciter eſt perfectior ſua exiſtentia reali actuali ita ꝙ non eſt imaginandum ꝙ lapis ſm ſuam entitatē quiditatiuam actualem extra intellectum preciſe dicatur vera res ratione exiſtentie eius immo ſi per impoſſibile talis exiſtentia nō eēt: eēt vera res realiter ⁊ ſimpliciter. De hoc vide que prolixe expoſui in ſecundo. d. 3. q. prima: vbi multa ſingularia adduxi de eēntia ⁊ exiſtentia. ¶ Secundo premitto ꝙ eēntia lapidis vt habens eē actuale et prius ipſa exiſtentia actuali eſt perfectiſſima ratio mouendi intellectum ad ſui notitiam intuitiuam ⁊ ſimiliter ratio terminandi. Et ſi per impoſſibile eēt ſeparata ab omni exiſtentia adhuc eēt perfecta ratio tam mouendi ꝙ terminādi. ¶ Tertio premitto ꝙ de eadem quiditate vt priore exiſtentia poteſt haberi notitia abſtractiua ⁊ intuitiua aliter et aliter ſi erit in ſe ſimpliciter preſens propria preſentialitate: tunc moueret intellectum ad notitiam ſui intuitiuam ⁊ tunc illa intuitiua eēt obiecti in ſe preſentis habentis verum eē reale actuale etiaꝫ poſito per impoſſibile ꝙ actu non exiſteret. Si vero non eēt in ſe preſens: ſed in aliquo repreſentatiuo puta in ſpecie intelligibili: tunc mediāte illa ſpecie poſſet haberi notitia abſtractiua illius: et tunc talis notitia non requirit ꝙ obiectum habeat eē actuale ſufficit enim habere eē potentiale: hoc idem dico de exiſtentia. quando enim eſt in ſe preſens ſm ſuum eē actuale tunc habetur notitia intuitiua. quando vero eſt tm̄ pñs non in ſe ſed in aliquo repreſentatiuo: tunc de ea poteſt haberi notitia abſtractiua. Sicut enim eēntia poteſt conſiderari ſm eſſe potentiale et ſm eē actuale: ſic ſimiliter eſt exiſtentia ſm eē tm̄ poſſibile ſiue obiectiuum ⁊ eſt illa que ponitur gradus intrinſecus quiditatis habentis preciſe eē potentiale ⁊ obiectiuum. eſt etiam exiſtentia ſm eē actuale ⁊ eſt q̄ ponit̄ gradꝰ intrinſecus quiditatis ſm eē actuale. De hoc vide in ſecūdo. di. 3. q. 1. reſpondendo ad. q. principalem. ¶ Quarto premitto ꝙ eēntia puta lapidis quando eſt in ſe preſens intellectui ſm ſuum eē actuale cauſat notitiam intuitiuam ſui ſpē diſtinctam a notitia abſtractiua eiuſdem non vt in ſe preſentis ſed preſentis in aliquo repreſentatiuo. ¶ Quinto premitto ꝙ quiditas lapidis non poteſt eē pñs in ſe intellectui ſm eē actuale quin neceſſario ſit preſens ſm eē exiſtētie cū ſit modꝰ eius intrinſecus non tm̄ exiſtentia erit ratio nec mouendi nec terminandi nec conditio obiecti neceſſaria ſed vt gradus intrinſecus neceſſario ꝯña ipſam quiditatem: pꝫ: quia ſi talis exiſtētia per impoſſibile non eēt adhuc quiditas vt in ſe preſens poſſet intuitiue cognoſci. Quando ergo doct. dicit ꝙ notitia intuitiua eſt obiecti exiſtētis vt exiſtēs eſt non intelligit ꝙ exiſtentia actualis obiecti ſit ratio for-

Vide quō dr̄ eē obiecti exiſtis vt exiſtit eqꝫ p̄ funde loqt̄ expoſitor reuerendiſſimus.

malis vel mouendi vel terminandi nec ꝙ ſit cōditio neceſſario requiſita vel in ratione mouendi vel in ratione terminādi reſpectu notitie obiecti ſm eſſe quiditatiuum eius actuale: ſed intelligit ſic ꝙ eſt impoſſibile eſſe preſens ſm eſſe reale quin neceſſario ſit preſens ſm eſſe exiſtentie actuale. His premiſſis: patet reſponſio ad inſtantias. Ad primaꝫ contra primum mēbrum diuiſionis concedo ꝙ exiſtentia non eſt ratio terminādi ſed ipſa eſſentia ſm eſſet actuale ¶ Ad ſecūdum patet ⁊ dico breuiter: quia poſſet eſſe argumentū etiā de quiditate ſecundum eſſe reale ꝙ etiam ſm tale eſſe non eſt ratio formalis terminandi notitiam intuitiuam intellectus diuini: ſed preciſe eſt eſſentia diuina ita ꝙ non terminatur ad lapidem: ſed mediate terminatur ad lapideꝫ vt in eſſentia diuina relucentem vt patebit infra. q. 14. arti. 3.

¶ Ad tertium patet: ⁊ quomodo illa cognoſcat deus intuitiue expoſui in primo. di. 39. vide ibi quedam ſingularia.

¶ Ad quartum concedo argumentum illud ſi caſus eſſet poſſibilis ſed eſt ſimpliciter impoſſibilis. ¶ Ad quintum dico ꝙ hic Doc. non vult ꝙ exiſtentia ſit ratio mouendi ſed bene vult ꝙ nunꝙ res actu moueat ad notitiam intuitiuam niſi actu exiſtat non ꝙ exiſtētia ſit aliquo modo ratio formalis ſed ipſa res ſm eſſe ſuuꝫ actuale vt prior exiſtētia actuali. eſt tamen impoſſibile ipſam mouere niſi actu exiſtat propter neceſſariam concomitantiam exiſtētie ad rem. ¶ Ad ſextum concedo argumentum recte intellectum: nam ipſa entitas quiditatiua actualis nō neceſſario requiritur vt ſic ſit preſens vt preciſe terminans: quia ſi non eſſet in tali eſſe adhuc poſſet terminare: ſed requiritur vt mouēs ⁊ actu nō mouet niſi quando exiſtit propter concomitantiam neceſſariam modo predicto. ¶ Ad ſeptimum concedo argumentū illud. Et vltra dico ꝙ bene concludit ſi exiſtentia non ponat̄ ratio quiditatiua primi obiecti. modo ponitur de ratiōe eiꝰ intrinſeca ⁊ formali: vt patet a doc. in primo. di. 2. q. 1. ⁊ 5. q. 1. art. 1. ¶ Ad octauum. patet reſponſio ex premiſſis.

¶ Ad primum contra ſecundum membrum diuiſionis concedo illud. ¶ Ad ſecundum ſimiliter concedo. ¶ Ad tertiū dico vt dixi ad ſecundum contra primuꝫ membrū diuiſionis

Exiſtentia nō ē ratio terminādi notitiā intuitiuā eſſentie.

¶ Ad quartum dico ꝙ exiſtentia non eſt ratio terminandi notitiam intuitiuam ipſius eſſentie: ſed eſt ipſa eſſentia: eſt tamen ratio terminandi notitiam ſuimet. quia ipſa imediate terminatur ad exiſtentiam. ¶ Cum dicitur ꝙ tunc eſſet ratio mouendi. ¶ Dico breuiter ꝙ quiditas actualis eſt rō mouendi intellectum ad notitiam non tm̄ ſui intuitiuaꝫ ſed etiam omnium virtualiter contentorum in ea. ⁊ ſic eſt ratiō mouendi intellectum ad notitiam intuitiuam ipſius exiſtentie: quia continet eam vt gradum ſibi intrinſecum: ⁊ tamen illa notitia immediate terminatur ad exiſtentiam. Concedo tamen ꝙ ipſa quiditas ſicut eſt ratio mouēdi ſiue cauſandi notitiam exiſtentie ꝙ etiam eſt ratio terminandi dependentiam eius vt. ſ. cauſati ad cauſam: ⁊ ſic intelligitur propoſitio doc. vt patuit ſupra. q. 8. vide que ibi expoſui. ¶ Ad quintum dico ꝙ ſufficit ꝙ talia entia virtualiter contineātur in aliquo qđ poſſit mouere vt expoſui in primo: di. 3. q. 3. Concedo tamen ꝙ exiſtentia non eſt ratio mouendi: nec ſimiliter quiditas actualis talium entium ſed virtualiter ꝯtinēs talia entia eſt ratio cauſandi notitiam intuitiuam eorum et quantum ad eſſe eorum quiditatiuum actuale et quantum ad eſſe exiſtentie. ¶ Ad ſextū: patet quid dicendū. ¶ Ad ſeptimum. patet ſimiliter reſponſio ex ſupradictis. ¶ Ad octauū: pꝫ reſpōſio ex his que dixi ad illud dubiū de ſenſatiōe. vide ibi. ¶ Si volumus tenere tertium membrum diuiſionis. ſ. ꝙ exiſtentia ſit conditio requiſita ſic intelligendo ꝙ res ipſa actu non moueret intellectum ad ſui notitiam intuitiuam niſi actu exiſteret: quia omnis motiō realis ⁊ omnis actio realis neceſſario preſupponit exiſtentiam rei mouentis. ⁊ agentis ⁊ ſimiliter nihil poteſt terminare dependētiam realem alicuius niſi actu exiſtēs non ꝙ exiſtētia ſit aliquo modo ratio terminandi: ſed tm̄ neceſſario preſuppoſita ipſi rationi terminandi ſicut etiam doc. in primo. d. 36. ⁊ in tertio. d. 2. dicit ꝙ creatio terminatur ad exiſtens vt exiſtēs non ꝙ exiſtentia actualis ſit ratio formalis ſiue terminꝰ formalis creationis: immo eſt ſimpliciter ipſa natura ſm entitatem ſuam realem actualem ad quam concomitatur exiſtentia realis actualis vt gradus intrinſecus. ſic dicō in propoſito. ¶ Ad primam rationem dico ꝙ licet ſingularitas ſit conditio agentis ſiue producentis ⁊ ſimiliter conditio producti: quia nihil eſt producens niſi actu ſingulare. nec ſimiliter nihil eſt productum niſi vt ſingulare non tamen ipſa ſola dicatur conditio agentis ſed etiam exiſtentia actualis eſt conditio requiſita: quia niſi res actu exiſteret actu non poſſet agere: imo exiſtētia ē magis intrinſeca nature ꝙ ſingu-

Quiditas actualis ē rō mouēdi intellectuꝫ ad notitiā intuitiuam ſui ⁊ omniū īcluſorū in ipſa.

Alius modus reſpōdendi ſm tertiuꝫ mēbrū diuiſionis prꝰ poſite

laritas cum existentia sit grad⁹ eius intrinsecus nō sic singularitas. ¶ Ad secundum dico ꝙ existentia in obiecto requiritur vt aliquid necessario presuppositū: quia est impossibile intelligere naturam actu mouere nisi actu existat. Dico secundo ꝙ forte existētia requiritur vt conditio mouētis ⁊ si forte non requiratur. vt conditio rationis formalis mouendi. Argumentum vero Doc. in primo distin.3.q.7. bene concludit quia presupponit ipsam materiam esse totalem causam intellectionis obiecti ita ꝙ non ibi deficiat nec quātū ad rationē formalē agendi nec quātum ad ipsum agēs.

dubiū circa dictū doc. ꝙ notitia intuitiua et abstractiua de codē obiecto differunt specie.

Adhuc occurrit dubium. In hoc qđ dicit Doct. ꝙ cognitio intuitiua ⁊ abstractiua respectu vnius et eiusdē obiecti differunt specie. instatur sic. primo presupponendo ꝙ.a. sit obiectum intellectus tam respectu notitie abstractiue ꝙ̄ intuitiue ⁊ instatur sic. idem inquantum idem semper natum est facere idem. ergo idē obiectum ⁊ sub eadē rōne formali non potest esse causa duarum specierū ⁊ maxime quādo illud obiectū est simpliciter limitatū: qđ dico propter solē q̄ propter sui illuminationē potest esse causa plurium specierū. modo lapis est obiectū omnino limitatum. ergo ab ipso non possunt esse duo actus specie distincti. ¶ Secundo instatur. Act⁹ distinguūtur per obiecta: vt patet 2° de anima. ergo respectu eiusdem obiecti nō pñt esse plures actus specie distincti: quia si distinctio obiectorū necessario infert distinctionem actuū: ergo vnitas obiecti necessario infert vnitatem actus. valet consequentia per locum ab oppositis.

Considera bene oēs istas rōnes ꝙ̄ pulchre sunt.

¶ Si dicatur ꝙ hoc non est verū: quia eiusdē obiecti sunt plures actus distincti specie: patet. quia visio eiusdem visibilis ⁊ est imaginatio: ⁊ itellectio que differunt specie ⁊ tñ omnes sunt eiusdem obiecti: ⁊ sub eadem ratione formali: quia potentia cognitiua superior cognoscit idem qđ ⁊ inferior ⁊ sub eadem rōne formali: vt supra patuit. Restringo ergo rōnem non comparando duas potentias adiuicem respectu eiusdem obiecti: Arguitur ergo sic. eiusdem potētie simpliciter comparate ad idem obiectū non pñt esse plures actus specie distincti cum actus necessario distinguantur ꝑ obiecta. ergo vbi idem obiectū ad eandem potentiam comparatū necessario erit idem actus. ¶ Tertio instatur sic ꝓsupponēdo dictū Doc. ꝙ eadē existentia pōt cognosci intuitiue ⁊ abstractiue: vt supra patuit: ergo eiusdem existentie numero pñt esse due notitie specie distincte: consequēs falsum: quia existētia ꝓprie non dicit vnitatem specificam cū tñ concomitetur naturam specificā: ergo nec cognitio eiusdem habebit vnitatem specificam: aliter actus cognoscendi nō haberet vnitatē ab obiecto. ¶ Quarto instatur presupponēdo dictū Doc. in primo. di.1.q.4. ꝙ diuersa approximatio obiecti non variat rōnem formalem act⁹. licet possit variare quantū ad intēsionē ⁊ remissionē: ignis eñ calefaciēs lignū magis ⁊ min⁹ approximat⁹ nō variat calefactionē in se formalit: sed magis approximat⁹: magis intēdit eā ⁊ min⁹: min⁹ intēdit. Cū ergo obiectū in cognitiōe intuitiua ⁊ abstractiua itelligat magis ⁊ min⁹ approximatū: siue magis ⁊ min⁹ pñs potētie cognitiue: pꝫ: q̄a respectu intuitiue ē in se pñs respectu vero abstractiue nō est in se pñs: sequit ꝙ notitia nō variabit quantū ad ei⁹ rōnē formalē sed forte quātū ad intensionē ⁊ remissionē siue q̄a vna erit perfectior: puta intuitiua ⁊ alia imperfectior .s. abstractiua vel vna certior .s. intuitiua ⁊ alia incertior .s. abstractiua. ¶ Quinto instat: q̄a sequit ꝙ eiusdē cōclusionis pñt esse plures scie specie distincte: pꝫ q̄a notitia intuitiua obiecti vltimate cōtinet virtualiter notitiā intuitiuā conclusionis: quia virtualiter continet notitiā intuitiuā primi ꝑdicati ⁊ per ꝯsequēs notitiam intuitiuam propositiōis imediate ⁊ imediata mediatā: vt patet in prolo.q.3. ergo vltimate continet intuitiuā ꝯclusiōis ꝯtinet ēt abstractiuā. eiusdē ꝯclusiōis mō ꝑdicto. g' eiusdē ꝯclusiōis demōstrate pñt eē plres scie spē distincte qđ nullo modo videtur. Si dicatur ꝙ eadem conclusio potest demōstrari ꝑ plura media ⁊ sic ex pluralitate mediorum potest variari scientia conclusionis. Dico ꝙ hoc posito non tñ concesso nihil est contra rationem: quia ratio precise ꝓcedit de eodē medio intuitiue ⁊ abstractiue cognito.

¶ Sexto instatur: quia sequit ꝙ idem intellectus simul poterit cognoscere idē obiectū intuitiue ⁊ abstractiue si differūt specie sicut ipse arguit: q̄a licet sm opi. aliquor due notitie nūero distincte eiusdē obiecti nō possint simul esse in eodē intellectu: tñ non est inconueniens de distinctis specie: ⁊ sic sequit ꝙ idē intellectus cognoscet simul idē perfecte ⁊ imperfecte qđ est absurdū. ¶ Septimo instat: ⁊ pono casū ꝙ paternitas cognoscat intuitiue ⁊ abstractiue: notitia intuitiua ⁊ abstractiua eiusdem paternitatis ꝑ te differunt spē: tunc q̄ro a quo intuitiua habet vnitatem specificam nō a paternitate: patet. q: a quo non habet entitatem ab eodē non habz vnitatem non a fundamento ⁊ termino: q: tunc notitia nō distingueretur ꝓpter distinctionem obiector nec diceret ꝓpria notitia talis obiecti si ab eodē non haberet vnitatē. ¶ Octauo instatur ⁊ quero a quo cātur notitia abstractia lapidis. non a lapide in se pñte: q: vt sic presens tñ causat notitiam sui intuitiuam. non ab aliquo continente virtualiter ipsum lapidem vt doc. vr dicere. q: quero de illo continente quō cāt: aut cāt vt in se pñs: ⁊ tunc vt sic sicut cāt notitiam sui intuitiuam ita ⁊ oīm virtualiter contentor cū ꝗ sic sit agens ꝑ modum nature. si cāt non vt in se pñs quero quō vt sic possit cāri aut catur a spē itelligibili: ⁊ h nō q: tūc effectus virtualiter cōtineret cām ex quo .n. ponit sm doc. effectus obiecti: ⁊ cōtinens virtualiter notitiam obiecti ꝯtinet ēt virtualiter entitatem obiecti: vt pꝫ a doc. in primo d. 3.q.1. sequit ꝙ si talis notitia abstractiua cāt a tali spē ꝙ ipsa spēs continebit virtualiter obiectum ⁊ sic effectus virtualiter cōtinebit entitatem cāe qđ est impossibile. ¶ Nono instatur ponendo ꝙ abstractiua causet a specie intelligibili vt tenet doc. in primo. di.3.q.6.⁊.8.⁊.d.17.⁊ in secūdo. di. 3.⁊ in.4.d.10.⁊ in quoli. tunc sic si spēs talis cāt certū est ꝙ in cāndo supplet vicem obiecti: ⁊ tunc q̄ro aut supplet vicem obiecti hñtis eē simplr ⁊ reale aut ꝑcise supplet vicem obiecti hñtis tñ eē possibile. Si primo sequit ꝙ cābit notitiam intuitiuam illius: q: illud idem obiectum si immediate cāret. cāret notitiam sui. si ergo h modo supplet ⁊ perfecte supplet sequit ꝙ illa notitia erit intuitiua. Si secundo ergo talis notitia non poterit eē obiecti hñtis eē simpliciter. sed ꝑcise vt hñtis eē sm quid ⁊ possibile cuius oppositum experimur. ¶ Decimo instatur de notitia abstractiua exñtie vt exñtia distinguit ab eēntia a qua immediate causat non a spē intelligibili ipsius existentie cum nō habeat ꝓpriā spēz vt videt. q: gradus intrinsec⁹ rei nō habet ꝓpriam speciez aliam a spē rei cuius ponit gradus: q: tunc videret habere ꝓpriam ⁊ distinctaz formalitatem qđ est contra doc. in primo. dist.8.q.2. respondendo ad principalia argumenta. nec causat a spē intelligibili ipsius rei essentialis siue quidditatiue: q: ipsa spēs ꝑcise repñtat obiecti quidditatem et non existentiam illius: vt pꝫ: ergo vr impossibile ꝙ respectu ipsius existentie vt existentia possit esse notitia intuitiua ⁊ abstractiua.

Respōdet ad rōnes.

¶ Respondeo ad istas instantias. ad primam dico primo ꝙ illa propō phi potest primo sic exponi. idez manens idem ⁊ sub eadem dispositione tam respectu sui ꝙ̄ respectu passi natum est facere idem ⁊ sic ignis manens idez ⁊ semper eque dispositus ⁊ circa idem passum semper nat⁹ est ꝓducere similem vel eundem effectum: tamen variatus sm aliam ⁊ aliam dispositionem ⁊ circa aliud passum forte poterit aliud in spē ꝓducere. hoc saltem est verum de agente illimitato cuiusmodi est sol. Scdo pt exponi ꝙ propō est vera de agente ꝑ modum nature ⁊ limitato ad effectus eiusdem spēi: q: de illimitato non est verum: q: idē sol sub eadē rōne formali: pt ꝓducere plura spē distincta. Tertio pt exponi ꝙ idem manens idem nō solum sub eisdem dispositionibus ⁊ circa idem passum: sed manēs etiam idem sub eadem actione non pt facere nisi idē nūero: q: eadē ꝓductione in creaturis ꝑcise idem nūero ꝓducitur. est etiā hoc verum in diuis.

Idē manēs idē / sp natum est facere idē exponitur.

¶ Applicando ad ꝓpositum. Dico ꝙ hic variat ⁊ agens ⁊ ratio agendi. nam in cognitione intuitiua agēs est obiectum i se pñs ⁊ existens ⁊ rō agendi est quiditas actualis obiecti vt dixi supra. Sed in cognitiōe abstractia est spēs itelligibilis vt tenet ipse doc. ⁊ rō agendi est entitas q̄ditatiua ipsius spēi: licet ergo respectu eiusdem obiecti q̄ditatiue accepti secundum entitatem q̄ditatiuam etiā actualem sit cognitio intuitiua ⁊ abstractia non tamē vtraꝙ ab eodem cātur. ¶ Ad secundum. Dico pmo ꝙ eiusdez obiecti ad eandē potētiā ꝯparati nō pñt eē plures notitie intuitiue spē distincte nec plures abstractie spē distincte sed non est iconueniens respectu eiusdez ponere plures specie distinctas quarum vna sit intuitiua ⁊ alia abstractiua. Dico secundo ꝙ eiusdē obiecti eodem modo dispositi ⁊ eodez mō se habentis nō possunt eē plures spē distincte. Sed respectu notitie intuitiue obiectum ē in se pñs in sua actuali existentia: ⁊ vt sic non pt esse nisi notitia intuitiua. Sed respectu notitie abstractiue: non est in se presens sed in alio repñtatiuo ⁊ vt sic non pōt haberi nisi notitia abstractiua. Dico etiam tertio ꝙ phs loquitur de obiectis causatiuis actuū: q: actus debent distingui per obiecta eo ꝙ accipiunt entitatem ⁊ per consequens vnitatem ab illis: vt patet a doct. in primo. d.3.q.7. vbi probat obiectū habere actiuitatem respectu cognitionis: quia cognitio: vt inquit ibi specificatur ab obiecto. in proposito dico ꝙ vbi est idem obiectū forma

Aduerte respōsionē.

le causatiuum notitie sui q non potest causare notitias specie distinctas loquendo de notitijs eiusdem obiecti (qd dico propter obiecta in eo virtualiter contenta: quia quot obiecta specie distincta virtualiter continentur tot notitias specie distinctas potest causare: vt exposui in primo di.1.q.2.) Sed in proposito respectu notitie intuitiue obiectu motiuu est ipsa res in se actu exns z in se presens. Sed respectu notitie abstractiue est species intelligibilis immediatu motiuu licet partiale ¶ Ad tertium. Dico breuiter q ille notitie distincte specie non est inconueniens q distinguantur specie licet existentia no sit proprie species sicut etiam eiusdez obiecti necessario sunt distincti actus specie .s. actus intuitiuus z abstractiuus: qa tales notitie a quocunqz causentur non sunt nate causari nisi vt specie distincte. ¶ Ad quartu patet responsio: quia hic ponitur aliud z aliud causatiuum siue motiuum z propositio doc. intelligitur de eodem causatiuo circa idem passum magis z min' approximatu. Et sic concedo q idem obiectu in se presens in sua actuali existentia quanto magis approximatur potentie in ratione obiecti intelligibilis tanto notitia intuitiua erit intensior. Et sic debet intelligi propositio doc. ¶ Ad quintum. Dico q si accipiatur scientia proprie dicta que causatur per discursum syllogisticu illa proprie est in cognitione abstractiua cu sit de vniuersalibus. Si vero accipiatur scietia prout est certa z infallibilis notitia z euidens de obiecto necessario cocedo q eiusde coclusionis potest esse notitia intuitiua z abstractiua cum dicatur q est incoueniens esse plures scientias specie distinctas respectu eiusdem conclusionis. Dico q erit inconueniens de pluribus scietijs abstractiuis specie distinctis vel de pluribus intuitiuis specie distinctis. ¶ Ad sextum. Dico q intuitiua paternitatis haberet vnitatem specificam a fundamento z termino continentibus ipsam virtualiter sicut z entitatem vt exposui in primo. di.3.q.2. z hoc sufficit phs eni loquitur de obiectis motiuis: vt dixi supra. ¶ Ad septimu. Dico q non simul stant notitia intuitiua z abstractiua eiusdem obiecti: quia quando obiectu est in se presens tunc agit ad sui notitiam intuitiuam inquantum pot: z tunc impedit specie intelligibile agere respectu notitie abstractiue eiusde obiecti. Dico secundo q forte no est impossibile q idem simul cognoscatur intuitiue z abstractiue z q sm vnam cognoscatur perfecte z sm aliam imperfecte esset bene inconueniens q ipsum simul cognosceret abstractiue distincte et confuse. sed de hoc alias erit sermo prolixior. ¶ Ad octauu Dico q causatur a specie intelligibili. Cu infert q tuc ipsa cotineret virtualiter obiectu. Dico vt dixi in scdo dist.3.q.9. vide ibi singularia dubia. ¶ Ad nonu. Dico q proprie no supplet vice obiecti: qa sequeret q obiectu in se posset hmoi notitia causare vt exposui in prolo.q.3. vide ibi. Et si aliquo modo licet improprie supplicat vice obiecti supplet absolute quia illa specie pot causare notitia obiecti siue existentis siue no existens. ¶ Ad vltimu. Dico primo q pot causari species intelligibilis existetie ab aliquo continente virtualiter ipsam existentiam: z tuc no sequitur q habeat propria formalitate. Dico secundo q illa notitia pot causari a specie intelligibili ipsi' rei continetis suo mo virtualiter ppria existetia

Scia multipliciter.

Sequitur in litera. Ibi de prima relatione .s. mensurabilis

Nota de relatione mensure et mensurabil

loquitur Ari.5.me. q illa proprie pertinet ad tertiu modu relatiuoru. Et quia hec litera vsqz ibi. secundus actus cognoscendi est satis difficilis: ideo primo declaro ipsam p conclusiones. secundo exponam eaz de verbo ad verbu

Expo val de notada circa textu

Prima co clusio.

¶ Sit ergo prima coclusio q aliquid mensurari est intellectu de eius quatitate determinata p aliud certificari z ptz per exemplum. sit quantitas aliqua que ignoretur quantuz sit longa tunc poterit intellectus certificari per aliam quatitate prius sibi notam: puta per quantitatem cubitalem: z tunc per replicatione quantitatis cubitalis sibi note tandez poterit certificari quatitas prius ignota vel etia si aliqua quatitas sit sibi nota per illam notaz superponedo ignote ignota poterit cognosci. Hoc idem dico de mensurabili sm perfectionem: puta si ignoratur perfectio asini per aliqua perfectionem sibi notam poterit perfectio asini cognosci: puta si cognoscatur q homo in genere aialiu sit perfectissimu aial: tuc per ipsum hoiem notu poterit cognosci perfectio asini per appropinquitate ad perfectione hois.

Scda conclusio.

¶ Sequit secunda pclusio .s. mensurari importat respectu ad intellectum cui fit certitudo z ad mensura per quam fit certitudo. Exemplu mensuratur actu .a. per .b. ita q intellect' certificat de .a. p .b. tuc .a. vt actu fit notu itellectui p .b. habet respectu ad ipsum intellectu z ad ipm .b. sic intelligendo q intellect' prius cognoscit .a. mensurabile z .b. qd ponit mensura, sed, a, est sibi ignotum puta quo ad eius pfectionem z tunc comparando .a. ad .b. per b prius cognitum certificat de ipso .a. prius cognito: vt ergo intellectus certificat de .a. ipm .a. dz tuc actu mensurari qn intellectus actu de ipso certificatur z sic .a. vt actu mensurat: dicit relationem ad itellectum cui fit certitudo z est relatio certificati ad illud cui fit certitudo. Dicit et relationem ad .b. p qd certificatur z est relatio certificati ad .b. certificatiuo.

Tertia coclusio.

¶ Tertia pclusio: prima relatio .s. mensurati ad intellectum siue certificati de eius quantitate ad intellectum cui fit certitudo est relatio ronis saltem no est realis sicut nec relatio scibilis ad sciam: et patet qr relatio certificati ad id cui fit certitudo fundatur immediate super esse cognitum ipsius certificati siue sup .a. vt prius cognitu modo relatio realis semp est iter extrema realia et oritur ex natura extremorum: sed non sic est i pposito. Secunda relatio que est mensurati ad mensuram est relatio cati non in esse sed i cognosci ad cam in cognosci. Exemplum asinus in re non catur ab hoie et tn quantitas virtualis asini quo ad eius certitudinem dependet a quantitate virtuali hois ita q intellectus certificat de quatitate asini p aliam quatitatem prius cognitam virtualem .s. p quantitatem hois prius sibi notam. quantitas ergo asini quo ad mensurari siue quo ad certificari apud intellectum dependet a quatitate virtuali hois non in esse absolute sed i certificari z sic qa quatitas virtualis hois non absoluto mensurat quantitatem asini sed vt prius nota .i. q talis quatitas vt absolute sumpta no certificat intellectum de quantitate asini sed certificat vt cognita p pns mensurari siue certificari apud itellectum aliquem p aliud est ipm dependere in cognosci siue in certificari ab illo alio vt a ca in cognosci. Hoc idem pz de scia. scibili. no. n. intellectus actu certificatur de quatitate virtuali notitie nisi p obiectum: cuius est talis notitia: ita q notitia illa dr actu mensurari ab obiecto z certificari apud intellectum qn intellectus prius cognoscit p actum reflexuz illam notitia z comparat eam ad obiectu prius cognitum qd ponit mensura eius: z tunc talis notitia actu mensurat qn actu intellectus certificat de eius quantitate virtuali z obiectum actu mensurat notitia qn vt cognitum certificat intellectum de quantitate notitie. Dicit ergo notitia vt actu mensurat relatione ronis ad intellectu cui fit actualis certitudo z dicit relationem ronis ad obiectum p quanto actu mensurat siue p illud apud itellectum certificat.

Mensurari apd itellectu aliquem p alio qd.

Quarta coclusio.

¶ Quarta pclusio sequens est ista. Et h est relatio realis quatu est ex pte dependentie cati ad cam q dependentia est rone extremorum non tn p actuz intellectus coparantis h ad illd: tamen qr ista habitudo dependentie no qdem ipsius cognitionis q bene est realis sed dependentie obiecti vt cogniti ad obiectu vt p qd cognoscit est iter extrema no vt habentia esse reale: sed tn vt habentia ee cognitu ideo ista habitudo non est simplr realis: nec tamen est ita pure relatio ronis sicut illa que est vniuersalis ad singulare vel illa que est contradictorij ad contradictorium: vult dicere doct. in ista lra primo q relatio notitie vt cate ad obiectum cans ipsam absolute est relatio vere realis: qr e iter extrema realia z realiter distincta. comparando ergo absolute notitiam ad obiectum vt per ipsum catam est relatio vere realis comparando etiam ipam vt mensurabile ad obiectum est etia realis: qr est perfectio vere participata a perfectione obiecti z vere imitatur perfectionem obiecti ex parte tamen obiecto vt est ca effectiua ipsius dicit relationem realem vt cantis ad notitiam vt catam z sic iter illa est relatio realis mutua vt vero obiectum comparatur notitie vt quantitas virtualis participata a tali notitia quam ipa notitia nata est imitari vt imperfectum perfectum tunc tn est parte notitie relatio realis ad obiectum econtra non est relatio realis. Secudo dicit q habitudo obiecti vt cogniti puta notitie vt cognite ad obiectum .s. vt per qd cognoscit siue vt per qd certificatur quatitas notitie est iter extrema no habetia ee reale sed tn vt habentia ee cognitum. ptz: qr notitia vt certificatur apud intellectu de eius quantitate dependet simplr in cognosci ab ipo obiecto cognito: qr vt sic certificat intellectum de quantitate notitie. Seqtur z ideo ista habitudo .s. mensurati ad mensura non est simplr realis habitudo .s. certificari ad illud p qd fit certitudo: nec tame est ita ronis sicut e illa q est vlis ad singulare: qr prima est tn habitudo obiecti cogniti ad obiectum cognituz. Secunda vero est secunda intentio q vel est precise comparatio vnius cogniti ad aliud cognitum vel aliqd derelictuz ex tali comparatione vt alias exposui. Nec silr est ita rationis sicut est illa q e contradictorij ad contradictorium: quia prima semper inter extrema positiua: quia inter rem mensurabilem z ipsam

Lectoij sistegradu

mensuram vt cognitam tm̄.hec vero habet vnum extremum purum nihil. (Quinta ɔclusio.) ¶ Sequitur quinta ɔclusio in qua doc.ostēdit q̄ relatio que pertinet ad tertium modum relatiuorum de qua intendit Ari.5.met.non est mensurati ad mensurā q3 relatio mensurati actu ad mensuram actu est tm̄ relatio rōnis cum sit inter extrema vt cognita. ₇ vltra est relatio mutua:q3 mensuratum refertur ad mensuram:sed illa que est tertij modi ₇ est realis in altero extremorum ₇ non est mutua:q3 nō realis in vtroq3 extremo sed in altero tm̄. Est ergo relatio mensurabilis hoc est apti nati mensurari ad mēsuram hoc est aptam natam mensurare .quod sic p̄t intelligi ex dictis:quia sicut mēsurari actualiter est actualiter dependere in cognosci.ita mensurabile dicit aptitudinem vel potentialē dependentiam in cognosci vel dicit dependentiam in cognoscibilitate. vnūquodq3 autē se habet ad cognoscibilitatē sicut ad entitatem. vult dicere q̄ ex quo actu mēsurari puta.a.s.notitia per.b.s.p obiectu3 est actu certificari apud intellectum per.b.ita q̄.a.₇.b.habent esse cognitū et dependent in cognosci:quia.a.non mēsurat actu siue nō certificat actu intellectum de quantitate.a.nisi vt cognitū ab intellectu nec similiter.a.actu certificatur de sua quantitate apud intellectum nisi vt actu cognitum.a.ergo vt actu mensuratum habet esse cognitum.a.vero vt precise mēsurabile per.b.est aptu3 natum mensurari seu certificari apō intellectum per ipsum.b.₇ similiter.b.dicitur mensura aptitudinaliter:quia est aptum natum certificare intellectu3 de quantitate.a.a.ergo vt mensurabile fundat relatione3 realem ad.b.₇ non econtra.non enim.b.esset aptum mensurare.a.nisi a.realiter dependeret a. b siue nisi realiter dependeret a b.in participando ipsum.b.siue imitando perfectionem.b. Sicut ergo.a.realiter dependet s̄m entitatem a.b. saltem dependentia imitationis siue dependentia participationis ab ipso.b.ita dependet s̄m cognoscibilitate3 ab ipso.b.₇ per consequens.a.est aptu3 natum mensurari ab ipso.b.hoc est aptum natum certificari apud intellectū de eius quantitate per ipsu3.b. vt supra exposui. Sequitur in littera igitur per mensurabile intelligitur illud substratum ratione cuius hoc est mensurabile et illud est entitas cāta vel participata vt sic in tertio modo relatiuorum.per hoc q̄ est aliquid dici vt mensurabile ad mensuram intelligit̄ dici tanq̄ dependens in entitate ad illud a quo participat entitatem vt sic sit simpliciter relatio realis ex parte mensurabilis in hoc tertio modo:q3 illud intelligitur ens per participationem vel imitationem respectu alterius. Hic tamē aduerte (Ens ptici patū p̄t cōparari multipliciter.) q̄ ens participatum siue per participationem dependens ab alio p̄t comparari ad illud vt cātum ad cām loquēdo de cā creata vel vt simpliciter vt participatu3 ad illud a quo participat primo modo est relatio realis mutua. Secūdo mō est tm̄ relatio realis in substantia vnius extremi.s.in ente sic dependente p̄ participationem. Exemplū in genere aīalium pono q̄ homo causet aliquod aīal preter hoīem tunc animal cātum dependet ab hoīe dupliciter : primo est dependentia cāti ad cām effectiuam: secundo est dependētia in participando perfectionem hoīs.primo modo est relatio realis mutua. Secundo mō est relatio tm̄ in vno extremo.s.mensurabilis ad mensuram ₇ aliqñ iste dependētie separantur.aliqñ enim est dependētia causati ad cām sine dependentia mensurabilis ad mensurā:vt p3 in cātis vniuoce.hō.n.genitus ab hoīe dependet dependētia cāti mō aūt dependentia mensurabilis:q3 non est natus mensurari ab alio hoīe cum sit eque perfectus:₇ hoc loquendo de mensura rei:q3 vnus ex natura rei non est mensura perfectiōalis alterius:posset tm̄ esse mensura non ex natura rei:sed quasi per accidens : puta si quantitas virtualis fortis esset mihi ignota:₇ quantitas platonis nota tunc per quantitatē platonis notam posset certificari de quantitate fortis ignota: sed h̄ non esset mensura ex natura rei:q3 mensura ex natura rei est nō ꝯ mensurato ex natura rei.de hoc vide doc.in secundo.di.2.q.3 ₇.4. Aliqñ etia3 est precise dependentia mensurabilis ad mensurā ex natura rei sine depēdentia cāti ad causam:patet:q3 multa animalia realiter sunt mensurabilia ₇ dependentia vt mensurabilis ab homīe qui ponitur pfectissimum animaliu3 ₇ tm̄ non sunt cāta ab ipso hoīe: patet etiam:q3 multa inferiora s̄m perfectionem sunt mensurabilia a superioribus que tamen nullo modo cāntur ab illis:vt oīa inferiora comparata angelis sic q̄ angel⁹ est mēsura ex natura rei respectu oīm gn̄abilium ₇ corruptibiliu3 ex omnia hm̄ōi generabilia ₇ corruptibilia vere dependēt vel dependentia imitationis vel participationis.₇ tm̄ nullo mō dependent dependentia cāti cum non causentur ab angelo. Aliqñ est vtraq3 dependentia.s.mēsurabilis ad mensurā ₇ causati ad causa3:vt patet de notitia ī nobis que dependet ab obiecto vt cātum a cā saltem partialiter ₇ vt mēsurabile ad mensurā. Et etiam omnia creata dependēt a deo vt cāta ad cām ₇ vt mensurabilia ad mensurā tm̄ ex p̄te dei nulla est relatio realis ad creaturam:vt patet in primo di.30.immo oēs relationes creature ad deu3 sunt tertij modi cum nō sint mutue:vt patet a doc.in primo.di.3.q.5.contra Hen.vide ibi. ¶ Sequitur in litera ibi vlterius ad propositum. Hic specialiter intendit declarare quomodo notitia sit mensurabilis ab obiecto ₇ quomodo includit relationem realem ad illud. Dicit ergo vlterius ad propositum cū aliquid possit multipliciter participare perfectione3 ab alio actus cognoscendi sic participatiue se habet respectu obiecti sicut similitudo respectu cuius est non dico similitudo p̄ communicationem eiusdem forme sicut est albi ad albū sed similitudo per imitationē sicut est ideati ad ideam. Nota in ista litera aliqua:primo q̄ non quelibet participatio perfectionis ab alio dicit dependentiam mensurabilis ad mensuram (Nō q̄libet p̄ticipatio p̄fectionis dicit depēdētiā mēsurabilis ad mensuram) :quia causatum vniuoce participat effectiue perfectionem cause vniuoce:₇ tamen non est mensurabile ex natura rei ab illa. ¶ Nec similiter participatio perfectiōis ab alio equiuoce dicit dependentiam precise mensurabilis que ponitur relatio tertij modi:sed vltra dicit etiam dependentiā causati ₇ hec est relatio secūdi modi loquēdo de causa creata.bene tamen est verum q̄ vltra illam est etiam dependētia mensurabilis ad mensuram ex natura rei.quia causa equiuoca est superior secūdū entitatem effectu suo: ₇ sic ex natura rei nata est etiam ipsum mensurare.pōt em̄ vt cognita certificare intellectū de quantitate virtuali sui effectus equiuoce producti. Secūdo nota q̄ actus cognoscendi potest p̄ticipare perfectionem obiecti multipliciter (act⁹ cognoscēdi pōt p̄ticipare p̄fectionem obiecti multipliciter.). aliquando enim obiectum est perfectius actu cognoscēdi:vt patet de substātia: ₇ vt sic potest esse anime intellectualis ₇ hoc modo dependere ₇ per substantiam certificari de sua quantitate virtuali ₇ vt sic includit relationem realem ad ipsum obiectu3 que precise est tertij modi. Aliquando etiam participat pfectionem obiecti equiuoce tamen partialiter:quia non ponit̄ obiectū causa totalis actus cognoscendi:vt patet a doc. in primo:di.3.q.7.₇ infra.q.15.₇ vt dicit dependentiam causati ad causa3 est relatio secundi modi:quia etiā obiectū refertur realiter ad actū:vt cā ad effectum:sed de talibus participationibus non loquitur hic doc.quia nō sunt cōes omni actui intelligēdi.non enim omne obiectum est causatiuū sui actus vt patuit in primo.di.3.q.3.nec similiter oē obiectū est essentialiter perfectius suo actu intelligendi immo multotiens actus est perfectior.patet de albedinis intellectione que est essentialiter perfectior albedine cum sit qualitas spiritualis. Tertio dicit doc.q̄ actus intelligendi proprie dicitur mensurabilis ab obiecto pro quanto ipsum imitatur sicut ideatum imitatur ideam:est enim cognitio similitudo obiecti ₇ magis q̄ species intelligibilis: vt patet a doct.in primo.di.3.q.6. Sicut enim perfectio ideati cognoscitur p̄ ideam : ita perfectio actus intelligendi per obiectum. pro quanto ergo omnis actus intelligendi est imago seu similitudo sui obiecti ₇ hoc per imitationē sicut posterius imitat̄ suum prius pro tanto dicitur mensurabilis ab obiecto ₇ includere relationem realem ad ipsum ₇ non econtra. Si volumus etiam dicere q̄ actus intelligendi est mēsurabilis ab obiecto pro quanto est simile similitudine imitatiōis (Uide singularem passum.) quod sufficit q̄ imitetur vel obiectum ad qd̄ immediate terminatur talis actus vel q̄ imitetur aliud obiectum quod virtualiter continet obiectum proprium.₇ hoc dico: quia talis imitatio includit imperfectionem in isto actu et perfectionem in obiecto quod est imitabile ₇ nulla obiecta sunt realiter imperfectiora suis actibus intelligēdi vt dixi supra ideo nō videtur forte q̄ illi actus sic dependeant:₇ ideo sufficit q̄ saltē depēdeāt ab alio v̄tualiter ɔtinēte ₇ tale cōmuniter ponit̄ pfectius.pōt tm̄ dici q̄ ₇ si act⁹ ex natura rei sit aliqñ pfectior obiecto ɔprio:₇ amē vt est similitudo obiecti secūdū imitationē erit imp̄fectior ₇ vt sic erit mensurabilis.sicut etiam ideatū realiter licet sit pfectius idea etiā denolatiōe intrinseca:quia idea hominis ponitur precise eē cognitū hominis ab eterno:vt patet a doc.in primo.di.35.tamē homo vt imitatur ipsam ideam erit imperfectior ₇ sic mensurabilis ab idea suo tamen modo.sic in proposito.

De scdo actu cognoscēdi.s.abstractiuo. dicit do. q̄ scdo act⁹ cognoscēdi q.s.nō ē necessario existis vt existis (Expō lre.) nec necessario habet relationē realē actualē ad obiectū:q3 relatio realis actualis reqrit per se terminū realē actuale3 tamen iste secundus actus p̄t poni habere ad obiectum rea

lationem realem potentialem ⁊ hoc primam de qua in pre
cedenti membro dictum est.s. mensurabilis vel dependētie.
non autem secundam.s. vnionis vel attingentie. pōt ēt ista
cognitio habere ad obiectum relationem rōnis actualem.
sed illā non necessario requirit ad hoc q̄ sit ipsius obiecti.

latio in speculante. Hic doctor per auctoritates et per
rationes intendit probare ꝙ operatio non sit qualitas
absoluta. Et patet primo per auctoritatem adductam
per quam philosophus intendit probare ⁊ distinguere
inter actionem transeuntem ⁊ immanentem. Uult igi-
tur ibi ꝙ aliqua actio sit immanens: sicut exemplificat
de visione ⁊ speculatione:tamen constat ꝙ iste sunt ope
rationes:igitur operatio est actio ſm eum. ¶ Item phi
losophus.3.de anima intelligere est quoddam pati.
¶ Item.10.ethico c.2.vel.3. dicit sic. non tamen si non
qualitatum est delectatio propter hoc:neq; bonorū: ne
q; enim virtutis operationes sunt qualitates: neq; feli
citas. ¶ Item.7.physicorū.sciens ⁊ cognoscens dicun
tur ad aliquid.vbi Com.dignius extimatur esse de.c.ad
aliquid ꝙ de qualitate. ¶ Preterea per rationem. Ab
solutum non distinguitur specifice per aliquid extrinse
cum:sed per propriam differentiam intrinsecam sibi et
absolutam. Nunc autem operationes distinguūtur spe
cifice per obiecta distincta specie:quia operationes cir
ca distincta specie magis distinguuntur ꝙ operationes
que sunt circa obiecta eiusdem speciei.ista autem disti-
guuntur numero:igitur ille habent maiorem differen-
tiam ꝙ numeralem.⁊ ita specificam. ¶ Preterea ope
ratio habet propriam operationem ⁊ nobilitatem ab
obiecto:vt videtur satis manifestum per illud.10.ethi.
c.4.vel.3.ſm vnumquodq; optima est operatio optime
dispositi ad potentissimum eorum que sunt sub ipsa.hoc
est circa obiectum optimum talis operationis. Ex his
ergo patet quomodo operatio non sit qualitas absoluta
⁊c. ¶ Respondet doctor ad omnes has obiectiones:et
respondendo exponam literam docto. vbi necesse erit.
Expō no- Dicit ergo ꝙ operatio habet duas conditiones in qui-
tabilis. bus conuenit cū actione. Prima est ꝙ semper est in fie-
ri non dico successiue.quia operatio est indiuisibilis:sed
sic in fieri ꝙ in continua dependentia ad causam eandē.
⁊ ſm idem:sicut dependentia rei conseruate ad deū cō-
seruantem de qua dictum est prius.q.1.quol.⁊ in.2. di.
2.q. . Uide que ibi exposui. Est ergo operatio.puta intel
lectio obiecti in continua dependentia ad causam ean-
dē.puta ad intellectū ⁊ obiectū que integrāt vnā totalē
causam: vt patebit infra.q.15.⁊ supra patet in primo.d.
5.q.7. Et si ista causa per aliquod instans cessaret non
esset illa intellectio. Secunda conditio est ꝙ operatio
transit in obiectum: sicut in terminum: licet non accipi-
at esse per ipsam: quia presupponit in suo esse . id est ꝙ
operatio non est ad obiectum vt productum a potentia
cuius est operatio: sic ꝙ dicatur operatio productiua:
pro quanto necessario terminatur ad productum vt p-
ductum : quia si etiam illud obiectum nullo modo esset
productum.nec a potentia operatiua : nec ab aliquo a-
lio:adhuc transiret in illud vt ad terminum presupposi-
tum : dicitur enim actio productiua : vt supra dixi : pro
quanto terminatur ad productum a potentia cuius est
talis actio:non ꝙ vere accipiat esse per illam tanꝙ per
aliquid prius vere dans esse:cum productum prius ha-
beat esse ꝙ intelligatur productio respectus:vt patet a
docto. in primo.dist.3 q.3.⁊ in secundo.distin.1.q.3. Di-
cit ergo ꝙ propter istas duas conditiones operatio po
test dici actio.sicut propter istas significatur gramma-
tice per verbum actiuum:quia intelligo:volo:video sūt
verba actiua. Et propter easdem operatio dicitur ac-
tus secundus : vt distinguitur contra actum primum.
nam actus primus proprie est in esse quieto ⁊ non ten-
dit in aliud:vt patet de principio pductiuo ⁊ de forma
que est ratio formalis producendi: vt de intellectu : ac-
tus vero secundus est in continuo fieri:⁊ semper tendit
Nota hic i aliō vel i aliud vt obiectū:vt opatio:vel in aliō vt pdu
de actiōe i ctum vt actio productiua. Et ita ista distinctio actionis
manēte et sic intellecta in transeuntem ⁊ in immanentem non est
transeūte. generis in species:sed vocis in significationes:nam ac
tio transiens est actio de genere actionis actio imma
nens est qualitas : si equiuoce dicitur actio propter
conditiones predictas . ¶ Alio modo potest actio
de genere actionis diuidi in transeuntem ⁊ in immanē-
tem.sicut superius in inferiora.nam non solum ad for-
mam inductam per motum in passum:aut ab agente est
actio de genere actionis:sed etiam ad formam īductā

per mutationē in ipsomet agente.illa enim forma abso-
luta cum sit noua est terminus alicuius actionis pprie di
cte per quā accipit esse.quando igitur forma terminās
actionem est extra ipsum agens:tūc actio illa trāsit: qñ
ꝟo forma illa est in ipso agente : tunc actio est imanēs.
Uult ergo dicere doct. ꝙ quando productum realiter
per veram productionem siue actionem recipit in ipso
producente : talis actio: siue productio est immanens:
quia est ad terminum non receptum i aliquo extra ipm
agens:sed simpliciter est ad terminum receptū in ipso
agente:et hoc mō omnis operatio nature viuentis q po
nitur qualitas absoluta vere per actionem de genere
actionis producitur in ipso agente:et dicitur produci
per talem actionē ex hoc ꝙ terminatur ad illam quali
tatem vere productam et vt productam: vt dixi supra:
quando vero agens producit formā in passo extra ipsū
agens vt quando ignis producit calorem in ligno:quia
calor recipitur in passo extra ipsum agens:actio termi
nata ad illud dicitur transiens . eo ꝙ est ad terminum
extra agens receptum. Sequitur in littera. Distinctio
istorum duorum modorum intelligendi actionē imma
nentem.patet. quia illud qd secundum primum intelle
ctum dicitur actio immanens : hic dicitur terminus a-
ctionis immanentis secundum alium intellectum.⁊ qd
in alio secundo intellectu dicitur actio communiter in-
telligimus per hoc ꝙ est elicere.quando dicimus ꝙ po-
tentia elicit operationem.et per hoc qd est dicere quan-
do dicimus ꝙ memoria siue suppositum per memoria in
dicit verbum : et per spirare quando dicimus ꝙ per vo-
luntatem spirat quis amorem. Et licet omnia ista sint
clara:tamen pro iunioribus expono aliqualiter litterā.
Cum dicit primo ꝙ actio est ad formam inductam i pas
sum per motū ⁊ cet. Intelligit ꝙ siue inducatur i passū
aliud ab agente per motum: vt qualitas et quantitas
que ab agente naturali inducuntur per motum : siue in
ducatur per mutationem tñ : vt forma substantialis in
materia per ipsum generans :semper dicitur actio trā
siens. Similiter si generans in seipsum inducat formā.
siue per motum: vt ignis qui forte in seipso producit ca
lorem intendendo ipsum:siue per mutationem . vt quā-
do inducit formam in ipso i istāti sēper dicitur actio im
manēs : sic ꝙ actio immanēs propterea respicit termi-
num vt inductum in ipso agente : siue per motum : siue
per mutationem:et actio proprie transiens respicit ter-
minum vt inductum in aliud passum ab agente : et hoc
siue per motum . siue per mutationem. Deinde prima
distinctio que ponitur equiuoci in equiuocata : quando
operatio dicitur actio immanens sic ponitur: q̄ē q̄litas
i ipso operāte sic ꝙ nullo mō tēdit in pductum vt supra
patuit: actio vero de genere actionis necessario tendit
in terminum accipientem de nouo esse ab ipso agente. Uide hic
Actio ergo pro operatione est qualitas ⁊ in genere ac- quō opa-
tionis. Secundo modo actio de genere actionis que ne tio nō ē p
cessario tendit in aliud: siue receptum in agente : siue in prie de ge
alio passo semper dicitur transiens : quia saltem transit nere actio
in terminum de nouo accipientem esse: siue ille terminꝰ nis.
sit in agente: siue in alio ab agente: modo absoluto ⁊ re-
spectiuo non ponitur aliquid limitatum dici vniuoce.et
sic hoc nomen actio proprie conuenit actioni de genere
actionis ⁊ improprie operationi pro quanto operatio a-
liqualiter cōuenit cum actione propter illas duas con
ditiones ideo est diuisio equiuoci in equiuocata:cuꝫ ibi
non diuidatur actio de genere actionis : immo actio de
genere actionis precise ponitur pro vno membro diui-
sionis: ⁊ aliud membrum non est actio de genere actio-
nis nisi tñ transumptiue propter aliquas conditiones
conuenientes sibi. Sed secunda diuisio actionis est vni
uoci in vniuocata : quia ibi actio proprie de genere ac-
tionis diuiditur in transeuntem ⁊ immanentem: ita ꝙ
vtraq; est proprie actio de genere actionis: quia vtraq;
respicit passum quod vere mutatur ſm aliquam formā
absolutam receptaꝫ in ipso passo ab agente.⁊ tñ in hoc
differunt: quia transiens respicit terminum vt inductū
ab agente in aliud passum ab ipso agente. Sed imma-
nens respicit terminum vt inductum in ipsum met a-
gens vt in passum. Addit doctor ꝙ licet iste secundus
intellectus de ista distinctione actionis transeuntis et
immanentis: sit verus: non tamen est de intentione phi-
losophi: sicut primꝰ: vt patet ex eo quod dicit.9 . meta.

Nõ est aliud opus pter actionẽ: opꝰ vocat operatũ: pter autẽ illam actionem qua inducitur vel educit operatio est aliquod opus: hoc est terminus operationis. puta ipsamet operatio. Et sequitur ibi. In istis existit actio: vt visio mȳ dente: vbi satis exprimit ꝙ visionem vocat actionem immanentem: non autem aliquam aliam cui visio sit terminus. ¶ Ad secundum ꝙ intelligere est pati. Dicit ꝙ sicut esse album est habere albedinem: sic sentire vel esse sentientem est habere sensationem: sicut formam. Unde si obiectum vel d ns causaret effectiue sensationem nõ diceretur sentire: sed ipse sensus in quo subiectiue recipitur ipsa sensatio. Est igitur sentire recipere vel habere sensationem: ⁊ sic intelligere ⁊ recipere itellectionem: quia licet intellectus ſm aliquam operationem causaret in se intellectionem: tamen non diceretur intelligẽs in h: c ꝙ causat: sed bene denominaretur aliquo modo a verbo significante talem actionem vel causationem: vtpote si esset impositum tale verbum intelligifico. id est intellectionem causo: sicut albifico id est albedinem in aliquo causo: qd igitur dicitur intelligere ẽ pati non probat ꝙ sit per se de genere passionis: sed ꝙ formaliter denominat p hoc ꝙ recipitur in aliquo subiectiue. vt sit sensus. itelligere est ⁊ recipere intellectionem: ⁊ recipere est quoddam pati: saltem si recipere nõ sit pati formaliter: sequitur tamen ad ipsum passio: siue pati formaliter. ¶ Ad aliud de. 10. ethico põt dici vno modo ꝙ operationes virtutis dicuntur rationes eliciti ue operationum proprie dictarum ⁊ ille actiones bone sunt: quia generatio boni est bona: ille autem operationes actiões non sunt q̃litates: sed ꝓrie sunt de gñe actionis. Iste intellectus videtur haberi a Cõmentatore q̃ ad ꝓbationem illius: neqꝫ virtutis opatiões qualitates sunt. Dicit sic: siquidem operatio motio est operatiua. motio autem non est qualitas: hec ille. operatiua motio potest dici motio ad operationem. Et si obijciatur ꝑ hoc quod dicit: neqꝫ felicitas potest dici ꝙ sicut nomen operationis sumitur hic minus proprie ꝑ actione terminata ad operationem proprie dictam. sic felicitas potest improprie sumi pro actione terminata ad ipsam ⁊ sufficit Ari. accipere operationes virtutis ⁊ felicitatẽ pro illis pro q̃bus sufficienter potest instare contra hãc propositionem: omne bonum est qualitas contra quam intendit facere instantiam. Declaro duo in ista litera. primo quomodo actio elicitiua dicatur bona. hoc nõ debet intelligi ꝙ illa actio elicitiua sit proprie generatiua boni: siue opatiõis bone cũ illa necessario sit posterior: sicut respectus est prior termino ad quẽ: sed dr bona ex hoc ꝙ terminatur ad actum bonum. Sicut etiam cum dicitur cuius generatio est bona ipsum quoqꝫ bonum: si intelligitur de generatione que est relatio ex hoc dicitur bona formaliter: quia immediate fundatur in generante bono ⁊ terminatur ad genitum habens bonitatẽ a generante. Sic dico ꝙ actio elicitiua: quia immediate fundatur in potentia operatiua bona ⁊ terminatur ad actum habentem suam bonitatem a potentia operãte dicitur bona: potentia autem dicitur bona in operando pro quanto elicit actum cõformiter rationi recte: vt patet in prolo. q. vltima. ⁊ in primo. d. 17. ⁊ in secũdo. d. 7. 40. ⁊. 42. ⁊ infra. q. 17. Pro quanto ergo est elicitiua actus conformiter se habẽs rationi recte dicitur bona. ⁊ per consequens actus vt sic elicitus: erit formaliter bonus bonitate. scilicet morali. ⁊ per consequens actio elicitiua que fundatur in tali potentia sic operatiua: ⁊ terminatur ad actum vt sic elicitum dicitur bona moraliter: ⁊ hoc potius denominatione extrinseca: non eñ formaliter dicitur bona moraliter: cum sola operatio vł habitus causatus dicatur sic bona vel bonus. Aduerte etiam ꝙ operatio virtutis: siue operatio virtuosa: vt sic nõ est qualitas absoluta. qꝛ vt sic includit necessario respectum ad rationem rectam: vt patet a Doctore. in locis preallegatis: sed sufficit ꝙ operatio illa in se sit qualitas: licet postea possit circũstantionari diuersis respectibus: ⁊ sic patet quomodo actio elicitiua operationis virtutis: siue operationis virtuose dicitur bona. Et dicitur operatio virtutis. vel quia in se formaliter est recta: vel quia elicita a virtute: vel quia generatiua virtutis: tñ nõ est de ratiõe actus virtuosi ꝙ sit a virtute: nec ꝙ sit gñatiuꝰ virtutꝫ: vt ptꝫ a Doc. in quarto. distinctiõe quartadecima. questione secunda. Et vide q̃ exposuit in prolo. questione vltima. ¶ Secũdum declarandum est de propositione illa omne bonum est q̃litas. contra quã instat Aristot. Sic arguendo. si omne bonum est qualitas. ergo operatio virtutis erit qualitas: quia operatio virtutis est bona: consequens falsum. ergo ⁊ añcedẽs. scilicet omne bonum est qualitas. Dico ꝙ sufficit Ari. ad improbandum illud antecedens accipere pro operatione virtutis ipsam actionem elicitiuam que terminatur ad actum virtutis sic inferendo ex illo antecedente scilicet omne bonũ ẽ qualitas ergo actio elicitiua actꝰ virtutis erit qualitas cum sit bona: vt supra patuit. consequens est falsum. scilicet ꝙ illa actio elicitiua sit qualitas. immo est actio de genere actionis: vt supra patuit. Et similiter potest argui de actione elicitiua felicitatis. Si omne bonum est qualitas: ergo operatio felicitatis erit qualitas accipiendo operationem felicitatis pro actione elicitiua felicitatis. Et patet ꝙ consequẽs est falsum. quia actio elicitiua felicitatis ẽ actio de genere actionis. ¶ Ibi. Aliter potest dici ad illam auctoritatem. Hic do. dat aliam responsionem ad illã auctoritatem. 10. ethicorum. capitulo secundo. Et dicit ꝙ philosophus intendit tñ de qualitate inesse quieto: cũ dicit. neqꝫ virtutis operationes qualitates sunt. scilicet in esse quieto: quod apparet per hoc ꝙ negat ibi istã consequentiam. delectatio non est qualitas. igitur non est bona. Et probat ꝙ non sequitur per illam instantiã: neqꝫ eñ virtutis operationes sunt qualitates: neqꝫ felicitas. Antecedens enim in ista consequentia nõ ẽ verum nisi de qualitate permanente. Nam delectatio vere est qualitas. sed in fieri. igitur sufficit sibi instare de illis que hoc modo non sunt qualitates: scilicet permanentes: sicut nec delectatio est qualitas: scilicet permanens. non sequitur. ergo delectatio nõ est qualitas permanens. ergo non est bona: quia stat ipsam esse bonam. et tamen non esse qualitatem permanentem. Et similiter si intelligitur in illo primo antecedente. scilicet ꝙ omne bonum est qualitas permanens statim potest subinferri operationes virtutis sunt bone. Et similiter delectationes consequẽtes operationes virtutis sunt bone: ergo sunt qualitates permanentes: non sequitur: quia sunt qualitates tñ in fieri: vt supra patuit. Sequitur ibi. ꝙ autem delectatio sit qualitas. probatur ex dictis ibidem. Nam intendit doctor ostendere ⁊ probare ꝙ delectatio non est motio: siue motus. Omniũ inquit motionum: siue motuum proprie videtur esse velocitas ⁊ tarditas. vel in se: vel in comparatione ad aliud: ⁊ hoc patet sexto ⁊ nono physicorum. Delectationi autem nullum horum existit scilicet. nec tarditas: nec velocitas: transponere in delectationem velociter vel tarde est: non est autem velociter delectari. Uult dicere ꝙ delectatio non est velox. ⁊ ideo non est motus: sed contingit velociter transponi: vel transmutari ad eam. igitur potest esse terminus transmutationis velocis: ⁊ sic potest esse terminus motus. scilicet velocis vel tardi: sed ſm philosophum quinto physicorum. tex. commen. 10. Motus non potest esse per se ad actionem ⁊ passionem igitur ipsa delectatio non est actio nec passio. ⁊ tunc discurrendo per omnia genera relinquitur ꝙ sit qualitas. Illi igitur qui fecerunt istam consequentiã. scilicet delectatio non est qualitas. ergo non est bona: supposuerunt tanq̃ verum: omne bonum est qualitas habens esse quietum: sed delectatio non est huiusmodi. ergo delectatio non est aliquod bonum siue bona. ¶ Et ad istam maiorem tactã in enthymemate. Respondet philosophus per instantiam de operatione virtutis. Qꝛ autem non omnis operatio sit actio proprie dicta. probat per illud ibidem. capitulo quinto Appetere inquit delectationem extimabit quis vtiqꝫ omnes: quod probat subdens. Quoniam ⁊ viuere omnes appetunt: vita autem operationem quedam est. hec ibi quomodo vita vł viuere posset dici actio de genere actionis. ¶ Ad aliud septimo physicorum. tex. commen. 20. Litera philosophi ſm ea que dicta sunt in secundo articulo huius questionis. intelligenda est sic. quia scientie necessario est annexa relatio ad obiectum intra: ⁊ ita non est a primo alterante immediate nec per consequens ad ipsam supple scientiam est prima alteratio: vt supra patuit. Sꝫ illud qd Cõmẽ. addit exponẽdo illud. s. ꝙ dignꝰ est ꝙ sit de capitulo ad aliquid q̃ de qualitate potest habere ali

Sẽtire qd ſit. ſimilr ⁊ itelligere.

Declaratio ꝓpulchra quõ actio elicitiua dicaẽ bona.

Actio elicitiua felicitatꝫ ẽ actio de gñẽ actionis.

Nota quõ act⁹ distinguũt p obiecta.

um intellectum. de quo dicetur respondendo ad argu-
mentum principale. ¶ Ad primam rationem dicit doc.
primo q actus distinguuntur per obiecta tanq̃ per ma
nifestiora: quia distinctio obiectorum est manifestior di
stinctione actuum: tamẽ intrinsece actus distinguũtur
per suas ratiões formales intrinsecas ⁊ absolutas. Di
cit secundo q actus distinguuntur per obiecta origina
tiue ⁊ effectiue: patet. quia actus dependẽt saltem par
tialiter ab obiectis in entitate. ergo ⁊ in vnitate ⁊ distin
ctione. quia a quo quis habet esse siue entitatem: ab eo
habet vnitatem ⁊ distinctionem. Sed non distinguun-
tur per obiecta formaliter ⁊ intrinsece: sed per ratiões
proprias distinguuntur formaliter: per obiecta autem
distinguuntur extrinsece. Et de hoc vide in simili doc.
in primo. distinctiõe septima. tertiadecima. ⁊ vigesima
septima. ⁊ alibi sepe. Preterea addit q si acciperetur
q non distinguuntur per extrinseca. concedendum qui-
dem esset sic intelligendo: sicut per correlatiua: et per se
terminos relationis: quia absolutum non requirit extrã
secum vt per se correlatiuum: nec per se terminum cor-
relationis. Possunt tamen distingui per aliqua extrin-
seca. Sicut causata distinguũtur per causas proprias:
siue per illa ad que habent propriam dependentiam in
entitate ⁊ vnitate. talia sunt subiecta respectu opatio-
num. Nam intellectio distinguitur a visione: quia in-
tellectio est in intellectu: vt in proprio subiecto: ⁊ visio
est in potentia visiua: ⁊ sic visio ⁊ intellectio dicũtur di-
stingui per diuersa subiecta: licet etiam possint distigui
per diuersas causas extrinsecas: tanq̃ per obiecta a q-
bus dependent ac etiam causantur. ¶ Ad aliam ratio-
nem patet per idem: quia actus ⁊ si non sit essentialiter
relatiuus: cum tamen sit per se medium vniens poten-
tiam tali obiecto dicitur perfectior ex maiori perfectio
ne obiecti: sed istam perfectionem non habet ab illo tã-
q̃ a principio extrinseco: sed sicut a causa extrinseca: vł
saltem ab aliquo extrinseco quod terminat dependẽtiã
eius essentialem. ⁊ sic patet ex predictis. patet iste ter-
tius articulus. scilicet quomodo relatio se habet trib⁹
modis ad absolutum. vno modo cõtingenter ⁊ per acci-
dens: alio modo necessario: ⁊ tertio modo per verã iden
titatem. ¶ Deinde addit q illa qualitas que vel est ope
ratio. vel includit in operatione non habet relationem
ad subiectum in quo est magis essentialem q̃ alie quali
tates. Et ideo si ponatur aliam qualitatem nõ relatam
essentialiter ad subiectum: de quo non est modo questio
nec ista poneretur eẽntialiter relata ad subiectũ. ¶ Et
si dicatur opationem esse in fieri: ⁊ per hoc essentialius
dependere a subiecto q̃ alias qualitates que sunt in fa-
cto esse: vel in quieto esse. Respondet hoc non variat de
pendentiam ad subiectum: sed tñ variat modum essen-
di ipsius forme in se: vel saltem in comparatione ad cau
sam dantem esse: quia esse suum absolutum est in conti-
nuo fieri: sicut etiam esse absolutum creature: alie vero
qualitates vt comparantur ad causam propriam ⁊ par
ticularem habent esse in esse quieto tamen vt comparan
tur ad primam causam conseruantem semper sunt in cõ
tinuo fieri. Et hoc patet a Docto. in secundo distinc. 2.
questione. 4. vbi vult q causatum tñ pro illo instanti
quo accipit esse a causa sua particulari dependeat: ⁊ in
tempore immediate sequenti a deo conseruetur: modo
creaturam conseruari est ipsam continue a deo fieri et
poni in esse: vt patet a docto. in secundo: distinctione. 2.
questione. 1. Et vide ibi que exposui. Sed operationes
non solum sunt in continuo fieri a prima causa vniuersa
li: sed etiam a causa propria particulari.

Ad argumentum principale arguitur sic in prin
cipio questionis probando q actus sit essentialiter rela
tio. vel relatiuus. quia talis actus non potest intelligi ni
si cointelligendo terminum: absolutum autem potest in-
telligi non cointelligendo aliquid in ratione termini. er
go ⁊c. prima probatur. quia non potest intelligi q sit vi
sio nisi alicuius visibilis sit vt obiecti. minor de se est ma
nifesta. scilicet q absolutum potest intelligi non cointel

Ad argumẽtũ principale.

ligendo terminum. ¶ Respondet doctor ad hoc argu-
mentum: ⁊ responsio stat in hoc: q licet operatio ẽm di-
ci videatur sic importare relationem ad obiectum pro-
pter nomen sic impositum: tamen ẽm esse nullam essen-
tialiter includit relationem ad obiectum. Et ideo dicit
q si aliqua vox imponeretur ad precise significandum
entitatem absolutã que est operatio vel in operatione
et per se in genere qualitatis: significatum illius vo
cis posset intelligi non cointelligendo obiectum in ra-
tione termini. Sed cõmuniter voces imposite ad signi-
ficandum operationem important relationem. vel prin
cipaliter: vel connotatiue: ⁊ ratio est: quia operatio cõ-
muniter intelligitur sub respectu tendente ad obiectũ:
⁊ sub modo quo intelligitur sub eo communiter signifi-
catur. Exemplum. species intelligibilis est qualitas ab
soluta: quod saltem oportet concedere eos qui ponunt
speciem esse formalem rationem intelligendi. scilicet p
se principatiuam actus ⁊ tamen communiter vocatur
similitudo obiecti. non q illa sit relatio quã per se impor
tat hoc nomen similitudo. sed quia ipsa ex natura sua est
quedam forma imitatiua ⁊ representatiua obiecti. ideo
dicitur similitudo talis. scilicet per imitationem: ⁊ etiam
cum significatur per hoc nomen species: adhuc non si-
gnificatur sub ratione absoluti precise: sed includendo
illam relationem sub qua communiter intelligitur: vn-
de etiam species dicitur alicuius obiecti species. consi-
militer est de vocibus significantibus operationem. Et
aduerte cum dicitur q operatio vt est qualitas non ten
dit in obiectum ratione termini: quia tendere formali-
ter ad aliud in ratione termini ipsum terminantis: ita q
sit impossibile ipsum esse: nisi sit tendentia formaliter in
terminum talẽ: est essentialiter relatio vel relatiuum.
Sed operatio bene tẽdit ĩ obiectum vt obiectum. quia
per illam cognoscitur obiectum. non tamen est essentia
liter tendentia in illud vt in terminum terminantem: q2
si per possibile obiectum actu nõ esset: adhuc a deo in i-
tellectu posset operatio conseruari ⁊ habere verum es-
se: qđ tamen esset impossibile si esset essentialiter tenden
tia in obiectum vt in terminum terminantem illã. ¶ De Nota de spẽ intelligibili.
inde nota cũ dicit de specie intelligibili ẽm eos qui po-
nunt eam etiam rationem formalẽ actus intelligẽdi: hic
nõ nominat opi. ppriã qui expresse tenet q species itel-
ligibilis est ratio formalis pducẽdi actũ itelligẽdi par
tialis. tum quia etiam concurrit simul potẽtia: ⁊ hoc pa
tere potest ex intentione sua in primo. distinctione ter-
tia. questione sexta. et octaua ⁊ in dist. 27. ⁊ in secundo.
distinctione tertia. questione nona et decima. ⁊ dist. 9.
⁊ in quarto. di. 10. ⁊ in quol. presenti. q. ⁊ alibi. Ponẽdo
ergo talem speciem esse rationẽ formalem producẽdi a
ctum intelligendi erit necessario entitas absoluta: quia
nulla entitas relatiua potest esse ratio formalis produ
cendi aliquid ⁊ maxime absolutũ: vt patet per doct. in
pluribus locis: ⁊ per philosophum. 8. phy. t. c. 10. Nota
etiã cum dicit q species intelligibilis est similitudo ob
iecti. et hoc p imitationem: quia ex hoc videtur sequi q
ipsa sit mensurabilis ab obiecto. ⁊ per ꝯsequẽs icludeř
relationem realem ad obiectum. relationem scilicet mẽ
surabilis ad mensuram. qđ conceditur. ⁊ tunc dicit re-
lationem realem ad obiectum. quãdo actu existit: quan
do vero actu non existit. dicit tñ relationem mensura-
bilis potentialem. siue aptitudinalem realem: et dic pa-
riformiter sicut dictum est de notitia abstractiua obie-
cti que dicit relationem realem ad obiectum nõ existẽs
aptitudinalem tamen. et ad obiectũ actu existens dicit
relationem realem actualem mensurabilis ad mensu-
ram. Aduerte etiam q aliter actus intelligendi est si-
militudo obiecti secundum imitationem et aliter spẽs
intelligibilis. De hoc vide que exposui in primo. distin.
3. quest. 6. ⁊. 7. vide ibi. ¶ Sequitur in textu ibi. Et si
arguas. hic instat probando q operatio includat essen
tialiter relationẽ ad obiectũ. ⁊ maxĩe hic pbat de aliq̃
opatiõe. ⁊ dicit aliq̃ opatio. puta illa que nõ est obiecti
existentis vt existentis non habet ad obiectum nisi rela
tionem potentialem. nunc autem oportet cointelligere
obiectum tanq̃ terminum actualis relationis: quia q
intelligit actum cognoscendi. oportet q cointelligat ob
iectum: non tñ vt cognoscibile: sed vt actu cognitum.
igitur cognoscere importat relationem actualem: quia
illa est relatio actualis que actu non potest intelligi ni-
si termino actu cointellecto. ¶ Respondet doctor. q
relatio que quantum est ex parte fundamẽti esset actu-
alis: quia et fundamentum actuale: et propter non en-
titatem termini est potentialis ipsa denominat frequẽ
ter fundamentum vel subiectum quasi actualiter licẽt

Exemplum. conceditur q anima separata non est tamen inclinatio actualis ad corpus: sed q inclinatur ad corpus. & tamen non est ibi actualis inclinatio: quia terminus non est in actu scilicet corpus posito q corpus sit corruptum sed pro tanto actu aliter denominat: quia quantum est ex parte anime actu aliter inesset: sed non inest actu: quia terminus non est actu existens. Consimiliter dicitur q scientia practica dirigit: licet non sit actualis directio secundum esse. puta quando nulla alia potentia ab intellectu actualiter operatur nec dirigitur secundum eam. non enim scientia practica semper actu dirigit potentiam ad praxim: quia hoc non est de ratione habitus practici sed sufficit q sit directiua: vt patet a doc. in prolog. q. vltima & tamen conceditur q dirigit in praxim quod verum est quantum est ex parte fundamenti quod actu est positum: & si terminus esset in actu: tunc directio esset in actu. ¶ Consimiliter dicitur q albedo est mensura omnium colorum: & sic de primo in quolibet genere respectu posteriorum. licet aliquando non sit actualis mensuratio propter defectum termini: quia si non ponitur mensurabile actu non erit actualis mensuratio. Similiter potest dici hic q quia relatio operationis ad obiectum semper quantum est ex parte eius inesset actu: quia fundamentum eius ponitur actu: et actu esset si terminus esset in actu & non est actu propter defectum termini: ideo sub ratione eius quasi actualiter inherentis operatio intelligitur. et sic significatur & sic obiectum cointelligitur vt terminans actualem dependentiam. Istud quod dictum est verum esset si cointelligeretur semper obiectum sub ratione mensure: quia ratio mensurabilis est ibi potentialis: vt primo dictum est. nunc autem intelligendo operationem: oportet cointelligere obiectum tanquam illud quod attingitur per operationem. Doc. hic duo dicit. primum q loquendo de relatione mensurabilis ad mensuram que ponitur relatio realis actualis in mensurabili si mensura est actu existens. q intelligendo actum intelligendi: siue ipsam operationem ex quasi significato nominis videtur intelligere relationem mensurabilis quasi in actu non q actu insit quando mensuratur. scilicet obiectum non est actu existens: sed quia quantum est ex parte fundamenti scilicet ipsius actus mensurabilis illa relatio actualis inesset. quia nihil deficit ex parte fundamenti & realiter inesset actu. si obiectum quod ponitur mensura esset in actu existens: et ideo propter defectum termini non intelligit ibi vere talem dependentiam realem actualem. scilicet mensurabilis ad mensuram: sicut patuit in aliis existentiis supra positis: quia intelligendo animam quasi intelligo ipsam actu inclinari ad corpus: que tamen actualis inclinatio non est quando corpus actu non est: sed intellige ibi actualem inclinationem quantum est ex parte fundamenti. scilicet ipsius anime. Secundo modo est: q loquendo de relatione vnionis: siue attingentie ad obiectum. & hoc in actu cognoscendi abstractiue que necessario includit relationem rationis. scilicet relationem attingentie: non potest intellectus actu intelligere actum cognoscendi abstractiue: nec actu cointelligit ipsum obiectum tanquam illud quod attingitur per operationem ipsius potentie scilicet intellectus. & hoc patet tali exemplo: siue similitudine: scilicet. Si cognosco actum intelligendi abstractiue intelligo q est actus: siue operatio circa obiectum ergo cointelligo ipsum obiectum quod quidem per talem operationem attingitur. Sequitur: verius igitur videtur esse dicendum: q oportet obiectum cointelligi tali actui quam vt terminum attingentie: vel quam vt terminum mensurabilis. Et hoc manifeste patet. quia operatio attingentie qua mediante intellectus attingit obiectum requirit illud quod attingitur: & in cognitione abstractiua non oportet q ipsum obiectum actu existat: et hoc patet: quia talis operatio non terminatur ad obiectum vt existens: vt supra patuit si operatio vt mensurabilis non habet ipsum obiectum existens vt mensuram: vt supra patuit. Ideo potest actu intelligi operatio: & non cointelligi obiectum vt existens. sed non est sic de relatione attingentie: siue vnionis. Et dicit q ista attingentia est relatio rationis in actu abstractiuo: sed quia sub ratione illius attingentie relationis: siue relationis attingentie quod idem est communiter intelligitur: scilicet actus cognoscendi abstractiuus: & hoc attingentie actualis: licet illa non sit actualitas realis: sed actualitas relationis rationis: ideo cointer operatio significatur sub tali relatione actuali: & oportet obiectum cointelligi vt terminans talem relationem actualem. ¶ Sequitur ibi. Ideo patet q illud Ari. in predicamentis nihil prohibet idem in pluribus generibus enuntiari: quod non est verum de aliquo per se vno: sed de aliquo vno per accidens quod etiam quandoque vno nomine significatur: sicut forte hoc nomen scientia: sed non propter hoc est verum secundum diffinitionem secundum illud 7. meta. ca. 3. diffinitio vero est: non idem si nomen rationi significet. omnes. n. rationes essent termini: hoc est diffinitiones: & probando consequentiam subdit. Erit enim nomen quod cuilibet rationi idem. Quare et alias diffinitio erit. Vult dicere q tunc est vere diffinitio quando nomen. id est diffinitum significat idem quod ratio siue diffinitio: vt homo significat humanitatem & animal rationale precise significat idem quod homo. ideo homo ponitur vere diffinitum: & animal rationale ponitur ratio eius: siue diffinitio. Vnum vero per accidens quod necessario includit plura alterius & alterius generis: vel significat plura immediate: vt hoc nomen album quod significat albedinem et hominem cui inest albedo: vel saltem vnum significat & aliud connotat. & sic album significat albedinem & connotat subiectum: & hoc est magis verum quam ponere ipsum plura significare. et hoc patet a doct. in lib. predicamentorum. Et ratio huius est: quia ex subiecto & accidente non potest fieri vnum per se. vt patet 5. 8. meta. tex. com. sed tamen vnum per accidens. nunquam enim ex pluribus diuersorum generum potest fieri vnum ens per se in re: nec per consequens in conceptu: quia vnitas conceptus per se semper sumitur ab vnitate per se in re. Si ergo vnum per accidens non potest per se significare vnum: sed vel duo: vel vnum significare: & aliud quidem connotare. Sequitur q non potest proprie diffiniri: quia diffinitio & diffinitum idem simpliciter significant. Et hic licet possem nonnulla adducere: propter multa mihi occurrentia: tamen quia facilia sunt non oportet multum immorari. Et quod dicit de scientia que vno nomine significatur. vt patet. & tamen plura importat: quia scilicet importat entitatem absolutam de genere qualitatis & relationem ad scibile: & hoc vel actualem realem: vt ad scibile actu existens: & hoc loquendo de ratione mensurabilis ad mensuram. Vel importat relationem rationis. scilicet vnionis: siue attingentie ad obiectum. quia notitia abstractiua tamen dicit relationem rationis ad obiectum: vt supra patuit: et proprie scientia est notitia abstractiua: vt alias exposui. Scientia ergo erit in diuersis generibus: quia vt includit qualitatem erit per se in genere qualitatis: & vt includit relationem actualem realem mensurabilis erit per se in genere relationis: & vt includit relationem rationis erit tamen reductiue in genere relationis: tenendo q relatio rationis tamen sit reductiue in genere relationis: vt doct. videtur tenere in predicamentis. Et cum dicit q scientia ratione qualitatis est per se in genere qualitatis: intelligo q illa qualitas vel conceptus illius sit per se in tali genere. Hoc idem dico de relatione. Si vero accipiatur scientia vt includit simul verum quia: tunc ratione qualitatis est reductiue in genere qualitatis: & ratione relationis realis est reductiue in genere relationis. ¶ Ibi. Ex hoc posset intelligi dictum Auer. 7 phy. commen. 20. Dignius est inquit q sit de capitulo ad aliquid quam de qualitate. quod forte verum est quantum ad illud quod formalius est in significato nominis impositi ambobus: vel illi toti per accidens quod est absolutum sub respectu. Ex hoc etiam forte posset intelligi illud 5° meta. q aliqua dicuntur ad aliquid secundum genus: vt medicina inquit eorum est que ad aliquid: quia ipsius genus scientia videtur esse eorum que ad aliquid: nomen forte speciei imponitur precise ad significandum qualitatem: & propter hoc non dicitur ad proprium correlatiuum: nomen autem generis non imponitur precise ad significandum genus: siue qualitatem: sed ad significandum ipsam sub respectu. Et vult dicere breuiter q nomen speciei scientie scilicet medicina que ponitur species scientie imponitur precise ad significandum qualitatem: & non imponitur ad significandum qualitatem sub respectu ad aliud: nomen vero generis. scilicet scientie que ponitur genus non imponitur ad significandum precise qualitatem: sed imponitur ad significandum qualitatem sub respectu ad aliud. scilicet ad obiectum.

¶ In isto articulo sunt multe difficultates: quas mo causa vacuitatis transeo.

Questio Quarta decima.

AN anima sue naturali perfectioni relicta: possit cognoscere trinitatem personarum in diuinis. Et idem potest queri de angelo. ¶ Ad intellectum huius questionis aliqua premittit doc. Primo de perfectione anime & angeli. Anima humana & si in quocunque statu siue nature institute siue destitute siue restitute habeat ca-

Preambula ad q.

questio intelli. id philosophi nihil prohibet idem in pluribus generibus enuntiari,

dem perfectionem naturalem intelligendo de illa quam ex
necessitate nature requirit: tamen ad perfectionem natura-
lem supremam in solo tertio statu attingit in quo non tm̃ ha
bebit supernaturalem perfectionem glorie: sed etiam perfe
ctionem supremam ipsius nature. Nota ꝙ perfectio supre-
ma naturalis anime est ꝙ sit soluta a corpore ꝙ in operan-
do nullo modo indigeat corpore: nec sensu in corpore: imo
vt sic: sic perfecte erit disponitur ad intelligendum sicut si p̃
fectionem naturalem intimi secum. ⁊ hoc ponatur in corpo-
re glorioso: tamen ad operandum operationes sibi propri-
as nullo indiget corpore: vt patet a doc. in primo. distinctio-
ne tertia. questione tertia. Et non intelligitur ꝙ anima in il
lo statu habeat aliquam perfectionem naturalem intrinse-
cam ⁊ positiuam quam prius non habuerit. Sed etiam per
fectione suprema propter amotionem omnium impedimen
torum: quia vt est alligata corpori pro statu isto non potest
distincte intelligere aliquod mere intelligibile. vt patet a
Doctore in primo distinc. tertia. q. 3. ⁊ specialiter in. 2. di. vn-
decima. Sed vt in supremo statu poterit ex puris naturali-
bus intelligere omnia mere intelligibilia etiam cognitione
intuitiua preter ipsum deum: cuius causa assignabitur in se
cundo articulo. Dicit ergo Doct. ꝙ posset intelligi. q. vel de
illa perfectione naturali que semper habetur vel de ista su-
prema: ⁊ tunc in proprio intellectu bene proprie dicitur ani
ma relicta ⁊c. Sed in secundo intellectu magis proprie que
ritur hoc modo. An anima ad perfectionem naturalem su-
premam reducta ex ista perfectione possit sic cognoscere tri
nitatem. Primus intellectus respicit animã absolute etiã
pro statu nature destitute. De ipsa. s. ꝙ in statu nature desti
tute non potest ex puris naturalibus cognoscere trinitatem
probauit Doc. in prima questione prolog. De ipsa vt in sta-
tu nature institute: patebit in secundo articulo. vbi probat
ꝙ nec etiam vt in statu supremo. Ergo multo minus nec i sta-
tu nature institute in quo fuit Adam ante peccatum. Secũ
dus intellectus est de ipsa: vt precise in statu nature restitu
te: siue vt in statu supreme perfectionis naturalis. Et licet
proprie status nature restitute sit status glorie: non tamen
questio intelligitur de anima: vt actu beata: quia vt sic actu
videt trinitatem. Sed ipsa vt est i suprema perfectione natu
rali modo preexposito. ¶ Secundo premittit ꝙ animã pos
se cognoscere aliquod obiectum: vno modo potest intelligi
ipsam posse recipere illam cognitionẽ. alio modo ipsam pos
se attingere in illam cognitionem ⁊ hoc vel ex se sola vel sal
tẽ ex concursu causarum que nate sunt naturaliter concurre
re ad illum effectum. Istorum duorum membrorum secun
dum infert primum: sed non econuerso: quia ad primum suf
ficit nuda capacitas quomodo lapis per oppositum non po
test cognoscere: quia repugnat sibi recipere illum actũ. Ad
secundũ requiritur ꝙ tali capacitati correspondeat aliqua
causa etiam naturalis. quia vero difficultas est in secundo
membro. q. (quia in primo membro ostensum est in prolo. q.
prima quomodo intellectus noster etiam pro statu isto po-
test naturaliter recipere cognitionem cuiuscunqȝ obiecti) io
de primo breuiter expediendo posset concedi ꝙ si intellect⁹
possibilis est propria potentia receptiua cuiuscunqȝ intelle-
ctionis: ita ꝙ licet requiratur aliquod preuium intellectioni
non tamen tanq̃ potentia receptiua: vel ratio recipiendi: si-
cut superficies ponitur ratio recipiendi colorem. Tũc quod
cunqȝ ens quod habet in natura sua intellectum possibilem
põt ex natura sua cognoscere quodcũqȝ intelligibile: hoc est
recipere intellectionem eius q̃tum est ex parte sui. Et qd̃
dicit de illo preuio: dicit quia in cognitione abstractiua req-
ritur species intelligibilis: vt probat in primo di. 3. q. 6. que
tamen species: nec recipit illam intellectionem: nec est ratio
recipiendi: vt alias exposui. Et forte in cognitione intuitiua
substantiarum separatarum s̃m aliquos oportet ipsam ani
mam eleuari per lumen supernaturale. De quo in primo di.
3. q. 3. ⁊ in quarto dist. 49. Sed quicquid sit illud non requi
ritur: nec vt medium receptiuum: nec vt ratio recipiendi: q2
tunc ipso lumine separato ab intellectu formaliter intellige
ret: quia intellectio esset formaliter in illo. quod est impossi
bile. ¶ Tertio premittit ꝙ cognitio intellectiua de qua est
questio potest intelligi dupliciter: scilicet perfecta aut imp-
fecta: ⁊ intelligo ad propositum non de perfectione intensi-
ua quantum ad subiectum. id est in se considerata: ⁊ vt h̃ns
esse subiectum: sed de perfectione ex parte obiecti: ꝙ scilicȝ
illa intelligatur perfecta qua attingitur obiectum sub perfe
cta ratione sue cognoscibilitatis: hoc est per se propria ⁊ di
stincta. Et per oppositum imperfecta dicatur illa qua attin
gitur obiectum tm̃ per accidens: vel tm̃ in aliquo conceptu
communi vel confuso concipitur obiectũ per accidens. Mo
do in proposito quando concipitur precise per aliquod qua-
si sibi accidens: vt cum concipitur deus non in se ⁊ distincte
sed sub aliqua ratione attributali: vt expositum est in primo
di. 3. q. 1. Et etiã p̃s in conceptu cõmuni ⁊ confuso: vt cum
concipitur in ente: vt concipiendo summum ens: vt explana
tum est in primo di. 3. q. 1. ⁊ infra patebit p̃senti. q. ¶ Quar
to premittit ꝙ cognitio distincta est duplex. mediata scilicet
vel immediata. Dico immediatam quando obiectum nõ me
diante aliquo alio obiecto intelligitur per quod vel in quo i
telligatur: ita ꝙ excluditur hic medium cognitum: non autẽ
medium quod esset precisa ratio cognoscendi vel intelligen
di. Exemplum secundi quando obiectum cognoscitur per
obiectum cognitum de passione que cognoscitur per obiectũ
vt cognitum: ⁊ similiter relatio cognoscitur per extrema vt
cognita: ⁊ oĩa obiecta secundaria cognoscũt per essentiã di
uinam vt cognitam: patet quando cognoscuntur ab intelle
ctu diuino: ⁊ similiter talia obiecta cognoscuntur in ipsa vt
cognita: vt infra patebit. Exemplum primi. patet. quia essen
tia vt essentia cognoscitur ab intellectu diuino immediate:
ita ꝙ nõ requiritur aliud vt prius cognitum: tamen aliquan
do aliquid cognoscitur mediante alio non vt cognito: sed vt
ratione formali cognoscendi: vt cum cognoscitur immedia-
te homo mediante tamen ratiõe formali ipsius: loquẽdo de
cognitione distincta ita ꝙ ratio formalis erit ratio causan-
di talem cognitionem: ⁊ ratio terminandi huiusmodi cogni-
tionem. ¶ Ex istis sequitur ꝙ ad solutionem questiõis tria De articu-
sunt videnda. Primo de cognitione imperfecta. Secundo latio. q.
de perfecta immediata. Et tertio de cognitione mediata: ⁊
in quolibet istorum ad quam potest anima vel angelus atti
gere ex perfectione naturali vno modo vel alio modo intel-
lecta. Et sic patet titulus huius questionis ⁊c.

De primo articulo premittit vnum. scilicet ꝙ in Primus ar-
tellectus secundum philosophum tertio de anima habȝ du ticulus.
plicem operationem. scilicet intelligentiam simplicium et
intelligentiam complexorum. scilicet componere et diui-
dere itellecta: et prima põt esse sine secunda et nõ econuer
so. Componere enim extrema in propositione affirmati-
ua presupponit extremorum cognitionem. Et similiter
diuidere: vt in propositione negatiua. Et hanc diuisionem
premittit doc. q2 stat ꝙ intellectus cognoscat extrema ali-
cuius ꝓpositionis: ⁊ ꝙ tñ non sit certus de veritate ꝓposi-
tionis. Stat enĩ ꝙ intellectus cognoscat summũ ens: ⁊ sic
summam trinitatem: ⁊ ꝙ tñ dubitet an sit aliqd̃ ens etiam
summum: qd̃ sit trinũ ⁊ vnum. Et ideo doc. diuidit hũc arti
culum in duos: in primo querit de simplicium intelligentia
in secundo de complexorum intelligentia. ¶ De primo di-
cit ꝙ anima ex perfectione naturali etiam quã habet in sta
tu isto qui est inter tres status infimus: potest habere in-
tellectionem imperfectam istorum terminorum deus ⁊ tri
nus: non aũt perfectam. Potest enim ex cognitione huius
entis abstrahendo cognoscere ens s̃m se: ⁊ sic de bono: ⁊ b̃
illo mõ quem tangit Aug. 8. de tri. c. 3. Bonum hoc bonuȝ
illud tolle hoc ⁊ tolle illud: ⁊ vide ipsum bonuȝ si potes vi-
di: deum videbis. Et ibidem inferius satis patet ꝙ non so-
lum sit deus cognosci in isto conceptu boni quasi confuso:
sed in conceptu quodammodo ꝓprio si intelligitur bonum
p essentiam. vel bonum summum. Unde ait inferius. si po-
teris sine illis que participatione boni bona sunt perspice-
re ipsum bonum cuius participatione sunt bona: p̃spexeris
deum. ¶ Consimiliter per hoc verum potest intelligi ip̃m
verum. ⁊ s̃m Aug. ibidem. c. 2. Deus veritas est: cum dr̃ ve
ritas mane si potes in intellectione veritatis: ⁊ si intelligis
veritatem non tm̃ in communi: sed per essentiam: iam ha-
bes conceptum quodammodo proprium deo. Breuiter di-
co ꝙ quodcunqȝ transcendens per abstractionem a creatu
ra cognita potest in sua indifferentia intelligi: et tunc con-
cipitur deus sicut animali intellecto homo intelligitur. sed
si tale transcendẽs i communi intelligitur in ratione alicu-
ius superioris perfectionis puta summum: vel primum: vel
infinitum iam habetur conceptus deo proprius quod nul-
li alii conuenit.
¶ Consimiliter abstrahendo a numero proprie accepto. q̃
scilicet est quantitas discreta rationem proprie discretio-
nis haberi potest cõceptus eius quod est trinitas: ⁊ ad istũ
modum acquirendi cognitionem simplicium istorum termi
norum: deus ⁊ trinus sufficit natura anĩe etiam in hoc sta-
tu. Et hoc probatur primo: quia fidelis ⁊ infidelis contradi-
centes sibi de hac ꝓpositione. Deus est trinus ⁊ vn⁹. non tm̃

contradicunt sibi de nominibus: sed de conceptibus quod nõ esset nisi vterq3 in intellectu suo haberet conceptum terminorum: vt exposui prima.q.prolog. ¶ Secundo probatur: quia fides que distinguit istum ab illo: cum non sit habitus inclinans ad assentiendum ex natura terminorum nõ est ratio noscendi terminos: sed presupponit eorum notitiam: et p3: q2 fides est tm̃ de complexis: vt expositum est in prima.q.prolog. Inclinat enim tm̃ ad assentiendum complexo nõ ex ratione terminorum cum per fidem termini non cognoscantur. ¶ Tertio potest idem ostendi: quia abstractio entis ab hoc ente et summi ab hoc summo i sensibilibus est naturalis et ista duo sibi coniuncta non habent repugnantiam ppter quod ratio ista: ens summum non est ratio i se falsa. sicut loquitur philosophus 5°.meta.c. de falso q̃ illa ratio est in se falsa cuius partes includunt repugnantiam vt animal irrationale et illa non potest concipi aliquo actu simplici intellectus propter incompossibilitatem terminorum: quia incompossibile non est intelligibile: vt exposui supra.q.3. et per oppositum ista: ens summum potest vno actu concipi. quia vnũ non repugnat alteri: vt patet. ¶ De secundo principali in isto primo arti. scilicet de complexione terminorum vbi videndum est qualiter habens notitiam de predictis terminis. scilicet deus et trinus possit ex natura sua cognoscere veritatẽ huius propositionis. deus est trinus. Et cum possit de complexione illa haberi notitia credulitatis vel scientie: et hoc vel scientie propter quid: vel quia videndum est que istarũ posset haberi de isto complexo. Deus est trinus. An scilicet habita naturaliter cognitione terminorum scilicet dei et trini possit quis naturaliter scire euidenter propter quid hanc deus est trinus. Et posito q̃ non propter quid. an euidenter possit illam demonstrare demonstratione quia. Uel an possit certitudinaliter credere hanc. ita q̃ de illa complexione via naturali possit habere fidem acquisitam. Dicit doct. primo q̃ notitia credulitatis potest haberi etiam via naturali. Et hoc probat: et anteq̃ adducat probationem: pro maiori intelligentia premitto aliqua. Primo q̃ credens alicui de aliqua complexione: necessario prius habet in se notitiã terminorum. scilicet illius complexionis. Docens enim veritatem huius. Deus est trinus et vnus: nõ potest imediate causare notitiam terminorum: nec notitiam complexionis: s3 bene intellectus prehabens notitiam terminorum a doct. extra potest excitari ad componendum istam: deus est trinus qua composita statim cognoscit illam. Sed quia illa nõ est euidens ex terminis: ideo non assentit firmiter illi tanq̃ vere ratione terminorum. nec similiter assentit illi firmiter propter aliquam complexionem imediatam prius notã in qua virtualiter contineatur sicut conclusio demonstrabilis ppt quid virtualiter continetur in premissis per se notis cum nõ cognoscat intellectus pro statu isto naturaliter aliquam immediatam in qua virtualiter contineatur ista: vt supra in prolo.q.1.ostensum est. potest ergo assentire firmiter illi cõplexioni vt vere: quia credit testimonio alterius ipsam cõplexionem firmiter asserenti tanq̃ veram. Sicut si haberem notitiam horũ terminorum albedinis. et pape: sic in communi possem in me formare hanc complexionem papa est albus: tamen firmiter non assentirem huic vt vere: quia non esset mihi nota euidenter ex terminis: possum tamen assentire illi vt firmiter vere: possum etiam firmiter credere alteri mihi asserenti illam veram tm̃: puta: quia credo firmiter hunc esse veridicẽ et si asserat ipsam esse veram: quia ipse vidit oculis propriis papam actu album: et sic firmiter possu3 assentire illi vt vere: quia firmiter credo testimonio fidedigno. Sic in proposito. Et quomodo doct. extra doceat intellectum nostrum: vide que exposui in secundo dist.11. Secundo premitto: q̃ qñ dicit doc. de ista deus est trinus: ita q̃ ex naturalibus potest terminos cognoscere: non debet intelligi q̃ cognoscit istos terminos in se nec intuitiue: nec abstractiue: q2 tũc cognosceret ipsum deum distincte: et sic cõplexio posset esse sibi nota etiam propter quid naturaliter vt ostensum est in prolo.q.1. Sed cognoscit aliquod ens in confuso: quod nominat deum: et sic formas hanc complexionem: aliquod ens est trinu3 et vnum: ignorando tamen illud ens in se: sicut exposui.q.1.et.5.prolo. ista enim. aliquod ens est trinum et vnum etiã terminis sic confuse conceptis est vere credita. Ideo habitis terminis potest in se formare complexionem istam. Deus est trinus et vnus: et assentire illi vt vere: quia credit firmiter alicui testimonio: cui plenam adhibet fidem: et sic ex frequẽtatis actibus potest in se generare habitum fidei acquisitum: qui inclinet prompte: faciliter: et expedite ad actum credẽdi. Tertio premitto q̃ actus credendi proprie non est actus in

virtualiter continet omne obiectuȝ nō potest facere ali
quod obiectum contentum esse presens presentia obie-
ctiua alicui intellectui etiam diuino nisi prius sit in se ꝑ
sens presētia obiectiua eidem intellectui. nec potest im
mediate causare notitiam intuitiuam obiecti contenti i
aliquo intellectu nisi prius in eodem causaret notitiam
sui intuitiuam: vt alias exposui supra i quodlibet; ⁊ hic
et etiam patet a Doc. in ꝑmo. ⁊ i quodli. Dico secundo ꝙ
quoddam continet virtualiter presentiam alterius ob-
iecti sic ꝙ immediate potest facere illud contentuȝ esse
in se presens presentia obiectiua et tamen ipsum conti-
nēs nullo modo erit presēs presētia obiectiua. ⁊ tale cō
tinens est continens volūtarium ⁊ non per modum na-
ture. et sic voluntas diuina cotinet hoc modo omne ob-
iectum ita ꝙ in quocūqȝ itellectu excepto diuino potest
immediate causare presentiam obiectiuam cuiuscunqȝ
obiecti etiam essentie diuine non causando siue non fa-
ciendo se presentem tali intellectui presētia obiectiua:
et similiter potest immediate causare notitiam intuiti-
uam cuiuscunqȝ obiecti etiam ipsius essentie diuine nō
causando notitiam sui nec intuitiuam nec abstractiuaȝ
et hoc est quia est obiectum mere voluntarium. Et sic
dicimus ꝙ deus non sub ratione deitatis sed sub rati-
one qua est volens est obiectum mere voluntariū respe
ctu cuiuscūqȝ intellectus creati. sed respectu sui intelle
ctus est obiectum mere per modum nature. Dico vltra
ꝙ ipsa voluntas diuina non tm̄ continet omne obiectū
voluntarie causando presentiam realeȝ illius respectu
notitie ituitiue sed etiam potest immediate causare ꝑ-
sentiam cuiuscunqȝ obiecti qua obiectum sit prius pre
sentia obiecti intelligibilis abstractiue: quia potest im-
mediate causare speciem intelligibilem cuiuscunqȝ ob-
iecti etiam essentie diuine: vt patet in secundo. d. 3. q. 9.
potest etiam immediate causare notitiam abstractiuaȝ
cuiuscunqȝ obiecti non causando notitiam abstractiuā
sui cuȝ sit obiectū mere voluntarium. secus est de obie-
cto non voluntario sed naturali ⁊ mouente per modum
nature. quia tale non potest immediate causare speciem
intelligibileȝ virtualiter contenti in aliquo itellctū ni-
si in eodem intellectu simul vel prius causet specieȝ sui
siue mediate siue immediate modo preexposito: nec simi
liter potest immediate causare notitiam abstractiuam
virtualiter contenti nisi prius mediate vel immediate
causet notitiam sui. ¶ Deinde nota ibi. nec etiaȝ aliqua
natura creata q̄ est naturaliť actiua potest eē causa hui⁹
visionis et perfecte presentie obiecti: quia non potest ꝯ-
tinere in se ꝑfecte essētiam illam secundum entitatē su-
am: igitur nec secundum suam intelligibilitatem ꝓ pa-
tet. quia potēs virtualiter continere effectum ꝓpriū
alicuius cause potest perfecte cōtinere entitateȝ illius
cause. quia ex quo talis effectus sequitur ētitatem pro
priam non videtur posse imediate causari nisi vel a cau
sa propria et sibi adequata. vel ab aliquo perfecte con-
tinente entitatem illius cause: vt exposui in 2⁰. d. 2. Cū
ergo notitia propria alicui⁹ obcti siue ituitiua siue abs
tractiua precise sequatur entitatem obiecti sic intelligi
bilis. patet. quia illa notitia non potest esse notitia alte
rius obiecti: sed precise illius cuius est. statim sequiť ꝙ a
nullo poterit immediate causari nisi ab ipso obiecto vel
ab aliquo perfecte continente obiecti illius. Nec simi
liter ꝑsentia obiectiua perfecta. que tunc est quādo ob-
iectum actu potest intueri non potest immediate causa
ri nisi vel ab ipso obiecto vel ab aliquo ꝑfecte continen
te ipsum. Et intelligo sic ꝙ causare presentiam obiecti
respectu notitie intuitiue est facere obiectum tale esse
actu intelligibile intellectione intuitiua. i. ꝙ actu pos-
sit immediate causare notitiam illius intuitiuam: sic er-
go. a. posse causare perfectam presentiam. b. i ratione
obiecti actu intuitibilis nihil aliud est q̄ .a. posse imme-
diate causare notitiam intuitiuaȝ ipsius. b. que ponitur
propria ipsi. b. et sic ꝓpria ꝙ nullo mō pōt alteri compe-
tere. ⁊ sic seq̄tur ꝙ. a. perfecte cōtineret entitatem ⁊ in-
telligibilitatem ipsius. b. Quando ergo obiectum ime
diate dicitur causare presentiam sui in ratione obiecti
intuibilis tunc est ipsum. b. immediate posse causare no
titiam sui intuitiuam: quia vt sic presens est pars memo
rie perfecte vt exposui i ꝑmo. d. 2. pte. 2. q. 3. ⁊. d. 3. q. 7.
exponendo titulum. q. ⁊ hoc idem in secundo. d. 3. q. 8. ⁊
. q. 10. et. d. 10. sed si aliud potest causare presētiam obie
ctiuā modo predicto obiecti actu intuitibiľ hoc nihil ali
ud est q̄ posse actu causare notitiam intuitiuam illi⁹ ob
iecti. ⁊ per cōsequens perfecte continebit entitatem ⁊
intelligibilitatem illius obiecti. Cum ergo nulla crea-
tura possit virtualiter continere entitatem dei sequitur
ꝙ nec poterit causare presentiam obiectiuam eius mo-
do ꝑexposito nec eius notitiam. ¶ Deinde nota ibi. per
idem etiā patet ꝙ nihil creatum potest eē causa eius ꝑ-
sētie abstractiue apud itellectū. q2 non potest causare

aliquid qđ sit representatiuum proprium et per se diui-nitatis sub propria ratione cognoscibilis: quia tale re-presentatiuum non potest causari nisi vel ab ipsomet co-gnoscibili vel aliquo perfecte continente ipsum sub ra-tione sue cognoscibilitatis. propriuz representatiuum in cognitione abstractiua est species intelligibilis obie-cti propria: vt patet a doc. in primo. d.3.q.6. & in secūdo d.9. Hic tamen nota q̄ species intelligibilis ꝓpria ob-iecti est duplex. quedam dicitur ꝓpria formaliter & est il-la q̄ imediate est representatiua obiecti & imediate cau-satiua notitie obiecti. & sic oē obiectū potēs habere ali-quā speciem p̄cise ipm̄ repreſētantē dicitur habere pro-priū repñtatiuū formaliter quando actu repñtatur per illā. & illa imediate potest causare partialiter tamē no-titiā abstractiuam obiecti cui⁹ est. Alia est species ob-iecti ꝓpria nō formalis sed tm̄ ꝟtualis. & est quādo ob-iectum non habet ꝓpriā spēm: quia tamen scd̄m suā en-titatem ꝟtualiter cōtinetur i aliquo obiecto hñte ꝓpriā speciem. tūc illa species est ꝓpria illi obiecto cōtento: qꝛ tale ꝯtentū p̄cise natū ē cognosci abstractiue p illā q̄uis nō sit formalr̄ spēs illi⁹ ꝯtēta. Spēs ꝓpa & formalis ob-iecti vel cāt̄ ab ip̄o obiecto & hoc mediate vel imediate mō p̄expōsito. vel si ñ causat̄ ab ip̄o obctō: ñ p̄t tn̄ ab ali-quo cāri nisi ꝯtineat ꝟtualr̄ ētitatē obci ꝓpt cām supꝰ dictā qꝛ tal̄ spēs ē ita effect⁹ ꝓpꝰ obci sicut notitia in-tuitiua & hoc mediate vel immediate. Silr̄ loquēdo de specie secūdo modo. s. virtualiter illa nō p̄t causari nisi vel ab obiecto cui⁹ ponit̄ spēs ꝓpria formaliter cōtinēte ip̄m obiectū ꝟtualiter vel ab alio simul virtualiter cōti-nēte sic vtrūq̄ obm̄. s. obiectū cui⁹ ponit̄ spēs ꝓpria for-maliter & obm̄ cui⁹ ponit̄ spēs ꝓpria ꝟtualiter: qꝛ si. a. cō-tinet virtualiter. b. adequate. c. nō posset ꝯtinere virtua-liter. b. nisi etiā cōtineret virtualiter ipsum. a. Et sic pꝫ expositio hui⁹ l̄re. ¶ Ibi. Cōtra istud Doc. instat ꝓbā-do q̄ aīa possit naturaliter cognoscere ip̄m deū etiā di-stincte: & hoc tā abstractiue q̄ intuitiue. & ꝓbō est ista. Quicq̄d per se cōtinet̄ sub p̄mo obiecto naturali alicu-ius potētie ad illud potentia naturaliter p̄t attingere alioq̄n obm̄ primū nō esset adequatū potētie sed trāscē-dens in rōne obiecti. nūc autē ens qđ est primū obiectū naturale intellect⁹ verissime cōuenit ipū deo: igitur po-tentia hñs tale obiectū p̄t naturaliter in ip̄m deū vt in per se cōtentū. maior est nota & iam ꝓbata a doc. in ꝓlo. q.1. minor etiā est nota & ꝓbata a doc. in p̄mo. d.3.q.3. vbi vult q̄ ens qđ ponit̄ adequatū obiectū intellect⁹ p̄dice-tur in quid de deo hoc idē. d.8.q.2. ¶ Ibi diceret̄. Hic doc. rñdet huic rōni que etiā rñsio habita est in ꝓlo. q.1.

Obiectū p̄mū natu-rale dupli-citer.

Et dicit q̄ obiectū p̄mū naturale p̄t dupliciter intelli-gi. vno modo ad qđ potētia naturaliter inclinatur. alio mō qđ potētia p̄t naturaliter attingere. s. causando no-titiā eius. siue qđ p̄t attingere cōcurrēte cōcursu cau-sarum naturaliū modo ens in sua cōitate siue sit cōitas vniuocationis siue analogie nō curo modo: & si ponatur obiectū adequatū cuiuscūq̄ intellectus creati loquēdo de obiecto adequato p̄mo mō prout. s. ad qđ potētia ha-bet naturalē inclinationē: nō tn̄ de obiecto adequato. se-cūdo mō qđ. s. sit naturaliter attingibile ex cōcursu cau-sarū naturaliū: Imo sic loquēdo de tali obiecto attingibi-li naturaliter ꝓ quocūq̄ statu cuiuscūq̄ intellect⁹ crea-ti precise ens limitatū est obiectū adequatū: qꝛ precise p̄t attingi virtute cause naturaliter motiue intellect⁹. i. q̄ oē ens creatū p̄t naturaliter mouere & per modū nature potētiā cuius ponit̄ obiectū. Imo tale vt est pñs in rōne obiecti necessario mouet partialiter tn̄ ad noti-tiā sui & oīm virtualiter & essentialiter cōtentorū vt alās exposui in p̄mo di.3.q.7. Sed ens illimitatū & si moueat per modū nature intellectū ꝓpriū. & per ꝯñs sic dicat̄ ob-iectū eius naturale: tn̄ vt cōparatum intellectui creato nullo mō est obiectū naturale eius motiuū: qꝛ nō mouet per modū nature sed tn̄ libere. accipitur ḡ hoc obiectū naturale potētie nō prout naturale distinguit̄ ꝯtra sup-naturale: sed vt distinguit̄ cōtra voluntariū: & sic accipi-tur obiectū naturale potentie qđ mouet ꝑ modū nature ipsam potētiā: vel si nō possit mouere ꝓpter sui imperfe-ctionē saltē sufficit q̄ virtualiter cōtineat̄ in alio obie-cto qđ moueat potētiā per modū nature ad notitiā ipsi⁹ obiecti virtualiter cōtenti. Dicit ḡ q̄ loquēdo de obie-cto naturali isto modo oē ens creatum mouet naturali-ter intellectū creatū ad sui notitiā & virtualiter & essen-tialiter cōtentorū. vel si nō p̄t formaliter mouere saltē cōtinetur virtualiter in alio ente creato qđ mouet natu-raliter siue per modū nature ad notitiā virtualiter con-tenti: mouet dico ipsum intellectū creatū: saltē loquen-do de oī ente creato absoluto: qꝛ oē tale vel formaliter mouet per modū nature intellectū creatū: vel virtuali-ter cōtinet̄ in alio obiecto creato per modū nature moti-uo intellect⁹ creati ad notitiā illi⁹ virtualiter contenti.

Nota hic.

Et dixi de ente absoluto: qꝛ sunt alique relationes q̄ ter-minantur ad deū: & si sint entia limitata & per se intelli-gibilia tn̄ non possunt mouere intellectū ad sui notitiā: nec similiter p̄cise virtualiter cōtinētur in alio obiecto creato qđ possit per modū nature mouere intellectum creatū ad earū notitiā: quia etiā depēdet earū notitia a termino sicut etiā ab ipso dependēt in entitate. non pñt ḡ cognosci ex solo cōcursu causarū naturaliū cū ad earū cognitionē requirat̄ cognitio termini. mō de⁹ nō mouet intellectū creatū naturaliter. i. per modū nature nec ad notitiā sui nec ad notitiā cōtentorū in eo: sed vt sic p̄cise mouet intellectū ꝓpriū: vt magꝭ infra patebit pñti arti.

Opi. Tho-me de ob-iecto ade-quato in-tellectus.

¶ Ibi. Sed nec ens adhuc in tāta cōitate acceptū. Hic recitat opi. Tho. de obiecto adequato intellect⁹ huma-ni loquēdo de intellectu ex natura potentie. Et dicit q̄ obiectū adequatū intellect⁹ hmōi loquendo de obiecto adequato motiuo naturaliter nō est ens limitatū vt est cōe oī enti creato: sed est p̄cise quiditas rei materialis. Et ponit talē rōnem. potētia ꝓportionatur obiecto. tri-plex aūt ponit̄ potētia cognitiua. quedā oīno separata a materia & in essendo & in cognoscēdo vt intellect⁹ sub-stātie separate. Alia est cōiuncta materie & in essendo & in operando vt potētia organica sicut sensus. Tertia q̄ est forme habētis esse in materia sed ipsa nō vtit̄ mate-ria siue organo materiali in operādo. isti triplici potētie corrñdet triplex obiectū ꝓportionatū. p̄me quiditas se-parata oīo a materia. secūde singulare oīno materiale. tertie igit̄ corrñdet q̄ditas rei materialis. q̄ licet sit i ma-teria tn̄ nō cognoscit̄ vt i materia singulari. Et hec opi-nio fuit pertractata in p̄mo. d.3.q.3. & in quarto dist.45. vide ibi. ¶ Ibi. Sed si illud intelligeret̄. Hic Doc. im-probat opi. Tho. dicēs q̄ si opi. intelligeret de ꝓprio ob-iecto intellect⁹ hmōi vt est talis potētia. sequeret̄ q̄ in-tellect⁹ beati haberet ꝓ obiecto adequato quiditatem rei materialis: & tūc nullū imateriale posset naturaliter cognoscere: & sic vna aīa nō posset naturaliter cognosce-re nec seip̄am nec aliā cū nō cōtineat̄ sub q̄ditate mate-riali. vt pꝫ qđ est valde incōueniēs. vel si nō. nē maneret eadē potētia que mō. i. q̄ si intellect⁹ beati haberet aliđ obiectū q̄ quiditatē rei materialis: tūc sequeret̄ q̄ non esset eadē potentia hic & in patria: qꝛ eadē potētia semꝑ manēs eadē habet idē obiectū adequatū cū quecūq̄ po-tētie habeāt suū ꝓpriū obiectū & potētie distinguantur etiā per actus & actus per obiecta. si ḡ hic haberet vnū obiectū & in patria aliud tūc nō esset eadē potētia hic & in patria qđ est absurdū. ¶ Ibi. Nec valet dicere. Hic Doc. improbat vnā rñsionē Tho. ad rōnē cōtra opi. qui dicit q̄ intellect⁹ vt intellect⁹: licet nō possit attingere ad substātias separatas tn̄ vt eleuat̄ per lumē glorie p̄t attingere ad hmōi substātias & intellect⁹ beati est eleua-tus per lumen glorie. Hāc rñsionē Doc. improbat: quia nullus habit⁹ eleuās potētiā p̄t habere obiectū quod trāscēdat p̄mū obiectū potētie: qꝛ tūc ille habit⁹ nō eēt illi⁹ potētie: sed vel esset in se potētia vel faceret potē-tiā esse aliā ab ista si haberet aliud obiectū p̄mū. Et pa-tet hoc: qꝛ potētia prius q̄ intelligat̄ habere habitū ha-bet suū obiectū adequatū. pꝫ. qꝛ habit⁹ potētie quicūq̄ sit ille necessario p̄supponit potentiā & obiectū: qꝛ talis habitus potētie inclinat potētiā ad eliciēdū actū circa obm̄ circa qđ ponit̄ talis habit⁹ inclinari & sic potētia p̄-us hꝫ ordinē ad obiectū sibi adequatū: q̄ intelligat̄ ha-bere habitū inclinātē ip̄sam circa aliqđ obiectū: si ḡ ha-bit⁹ luminis glorie respiceret aliud obiectū q̄ obiectū ꝓpriū qđ hꝫ ex natura potētie: seq̄retur necessario vel q̄ talis habit⁹ esset potētia aliqua cognitiua hñs ꝓ obie-cto substātias sepatas qđ est absurdū: vel q̄ nō eēt ea-dē potētia q̄ nūc: qꝛ vt nūc ex natura talis potētie hꝫ p̄-cise ꝓ obiecto adequato quiditatē rei materialis. & tūc per illud lumē haberet aliud obiectū: sed distincta obie-cta arguūt distinctas potētias loquēdo de distinctis ob-iectis adequatis. vt pꝫ intuēti. Hec etiā rñsio est impro

bata in pmo.d.3.q.3.ꝛ in quarto d 45.vide ibi multa ad istā materiā pertinētia. ¶ Nūc Doc.assignat obiectum intellect⁹ ex natura intellectus: ꝛ etiā p statu isto assignat quale sit obiectū: loquēdo semp de obiecto motiuo intellect⁹ per modū nature vt supra dixi. Dicit ḡ q̄ obiectū naturale hic est naturalr̄ attingibile adeq̄tū itellectui nro: ꝛ si p statu isto sit q̄ditas rei materialis vel forte adhuc speciali⁹ q̄ditas rei sensibilis intelligēdo non de sensibili ꝓprie solū sed etiā de incluso essētialiter vel virtualiter in sensibili. vt exposui in pmo.d.3. vide ibi q. 3. ¶ Tn̄ obiectū adequatū intellectui nro ex natura potētie nō est aliq̄d speciali⁹ obiecto intellect⁹ angelici: q̄a quicq̄d pōt itelligi ab vno ꝛ ab alio. Et hoc saltē dꝫ cōcedere theolo. qui ponit istū statū nō esse naturalē nec istā impotentiā intelligēdi respectu multoꝝ intelligibiliū esse naturalē sed penalem. iuxta illud.15.de tri.c.28. Certe inq̄t oculis tuis interiorib⁹ lux illa monstrauit. ꝛ subdit. Que igiť causa cur acie fixa ipsā videre nō possis nisi vtiq; infirmitas. Et de hoc supra ibidē. O tu aīa mea vbi te sentis esse vbi iaceo: sequiť. agnoscis recte te esse in hoc stabulo quo samaritanus ille pduxit illū quē reperit multis a latronib⁹ inflictis vulnerib⁹ semiuiuū relictū. Tn̄ phūs qui statū istū diceret simplr̄ naturalē homini. nec aliū expert⁹ erat nec rōne cogente cōclusit diceret forte illd̄ esse obiectū adequatū intellect⁹ hmōi simplr̄ ex natura talis potētie qd̄ percipit sibi eē adeq̄tū p statu isto. Et sic poneret q̄ditatē rei sensibilis p obiecto adequato accipiēdo sensibile vt exposui in pmo.d.3. q.3. vide ibi multa singularia ¶ Ibi. Cōtra ista arguiť.

Quid est obiectū intellectus ſm Sco.

Hic Doc. arguit pbādo q̄ ens nō tm̄ limitatū: sed etiā illimitatū sit obiectū naturaliter motiuū intellect⁹ creati ꝛ ita ens vt est indifferens ad vtrūq;. s. limitatū ꝛ illimitatū erit obiectū adequatū naturale. s. per actionem cause naturaliter agētis. s. per modū nature agētis attingibile. Et sic intēdit pbare q̄ etiā essentia diuina sit naturaliter. i. per modū nature motiua intellect⁹ creati causando naturaliter notitiā sui. Et arguit sic. primo. eiusdē obiecti pmi accepti ſm totā suā indifferentiā ad potētiā quā pmo respicit acceptā ſm totā suā indr̄iam ē idē modus se habēdi in mouēdo. s. naturaliter vel nō naturaliter. Nūc aūt ens illimitatū mouet naturaliter aliquē intellectū vt diuinum. igiť simili modo mouet quēlibet intellectū: alia minor est ista. aliqd̄ ens mouet naturaliter aliquē intellectū causatiuū igiť quemlibet simili modo mouebit. Declaro prius maiorē anteq̄ inducam pbationē doc. Cū dicit eiusdē obiecti accepti ſm suam totā indifferentiā hic obiectū acceptū ſm suā indifferētiā nō accipiť pro illo cōceptu cōi. puta loquēdo de obiecto intellectus qd̄ poniť ens inquātū ens non accipiť ens pro cōceptu entis indifferēti ad omē ens: sed accipiť ipsum pro quāto includiť in oī per se intelligibili siue pro quāto cōprehēdit oē per se intelligibile: ita q̄ nō precise tale ens vel tale: sed vt includiť in oī ente. vt exposui in plo.q.1.ꝛ.d.3.pmi. vide ibi. Et potētia accepta ſm totā suā indifferentiā nō accipiť precise pro potētia in cōi: sed prout ipsa potētia includiť per se in oī potentia ꝛ vt cōprehēdit oēꝫ potētiā q̄ respicit illd̄ obiectū. tale obiectū sic acceptū ꝓut. s. icludit vel cōphēdit oē intelligibile habebit eundē modū mouendi potētiam quā primo respicit. Et breuiter ista maior stat in vna ꝓpositione doc. in prolo.q.3.ꝛ in secūdo.d.9. s. qn̄ extrema alicuius proportionis comparanť ad inuicē in rōne motiui ꝛ mobilis si aliq̄d vnū extremi est motiuum alterius extremi qd̄libet cōtentum sub illo extremo poterit esse motiuum contenti alterius extremi contenti sub extremo primo ꝛ adequato. Exemplū sint ista extrema. s. calor sit extremū motiuū: sed aliud extremum mobile sit calefactibile que dicuntur prima extrema. si calor in ratione motiui respicit primo calefactibile in rōne mobilis. statim sequitur q̄ si vnus calor contētus sub calore possit calefacere aliquod lignū per modū nature q̄ etiā quilibet alius calor cōtentus sub calore possit idē calefactibile calefacere. Et vltra sequitur q̄ si aliquod calefactibile contentum per se sub primo calefactibili potest calefieri ab aliquo calore q̄ qd̄libet calefactibile cōtentum per se sub primo calefactibili possit calefieri ab illo calore ꝛ eodē modo pōt calefieri: quia si vnum calefit naturaliter ꝛ reliquum: cum oīa participēt naturā primi extremi. Sic est in ꝓposito obiectum intellectus

Declaratio litere.

Nota hoc exemplū.

ex natura intellectus ꝛ ipse intellectus oīno indifferēs ad oēm intellectū sunt extrema prima proportionis in rōne motiui ꝛ mobilis: quia primū obiectum intellect⁹ est motiuū per modum nature ipsius intellectus: ꝛ intellectus est mobilis ab illo obiecto. sequitur q̄ si aliquod ens moueat vnū intellectum per modum nature q̄ etiā quodlibet aliud ens contentum sub obiecto primo eodē modo poterit mouere eūdem intellectum. Et similiter si aliquis intellectus natus est moueri ab aliquo obiecto quilibet intellectus contentus per se sub intellectu poterit moueri ab eodē obiecto. Et sic credo q̄ illa maior Doc. teneat virtute illi⁹ ꝓpositionis. Et maior sic declarata probatur a Doc. sic. primo inducendo de potentijs ꝛ obiectis earum primis siue adequatis ꝛ per se obiectis contentis sub illis primis. Secūdo pbatur. quia obiectum ꝓpriū ſm totā suā indifferentiā est adequatū obiectū ꝛ respicit potentiam ſm totum genus suum vt propriū extremum: ꝛ expone vt supra exposui de extremis proportionis. Aliquis igitur est modus proportionis ſm quem hoc extremū respicit illud: ille idē modus saluabitur inter quecūq; extrema particulariter cōtenta sub extremis istis primis quia particularia extrema ꝛ se respiciūt ſm hoc: quia includunt prima extrema: ꝛ ita se respiciunt eodem modo quo illa pma. ¶ Secūdo arguit probādo q̄ deus mouet intellectum creatū per modū nature ꝛ arguitur sic. Oīs actus pcedēs actum voluntatis est mere naturalis. i. elicitus per modū nature: sed actio essentie diuine etiā vt est obiectū mouēs intellectum creatū pcedit actū volūtatis igiť ꝛc. maior patet: quia tm̄ sunt duo modi agendi. vnus per modum nature: ꝛ alius p modū volūtatis: ꝛ nō sunt plures nec etiā modus agēdi indifferēs. s. q̄ nec sit p modū nature nec p modū volūtatis: vt extat pbatū a doc. in pmo.d. 2 parte.2 q.4.ꝛ.d.10. modus aūt agendi p modum voluntatis essentialiter competit soli voluntati: licet participatiue possit alijs conuenire illis. s. duntaxat q̄ subsunt imperio volūtatis. vt patet a doc. in pmo.d.2. Sequitur ergo q̄ nullū aliud agens pōt agere per modum volūtatis sic q̄ per naturā talis agētis possit cōpetere. Et si aliqd̄ ens aliud pticipatiue libere sicut aliq̄n intellectus imperio volūtatis elicit actū: tn̄ ille actus sic elicitus necessario est posterior actu volūtat; imediate elicito cū ille sit actus imperatus: vt exposui in plo. q. vlt. Sed si act⁹ sit simplr̄ prior actu voluntatis: ita q̄ nullo mō eliciať impio volūtatis ille simplr̄ erit elicit⁹ p modū nature. Probať minor. q2 essentia vt essentia est obiectū beatificū: nō aūt essentia vt volūtas vel vt volens igiť mouere ad actū beatificū cōpetit essētie rōne qua vt essentia est ꝛ per ꝯñs illa erit pōr actione volūtatis. cōfirmať. q2 si per impossibile deus nō esset volēs essentia sua naturaliter moueret intellectū ad vidēdū ipsam igiť ꝛ mō similiter mouebit cū nō moueat inquātū volēs sicut nec est primū obiectū inquātū volēs. ¶ Tertio arguit sic. obiectū oē gignit notitiā actualiter sui loquendo tn̄ de obiecto motiuo ꝛ pmo ꝛ formaliter: vel saltem cōtineť in alio ṽtualiter qd̄ mouet per modū nature ad notitiā cōtenti obiecti: siue obiectū formaliter hoc ē ex rōne sua formali gignat notitiā sui siue cōtineať in alio mouēte siue gignēte notitiā illi⁹ semp illa gignitio erit naturalis siue per modū nature elicita. ꝛ q̄ sit naturalis patet. q2 genitū hoc modo dr̄ proles ſm Augu.9.de tri. c.vlti. dr̄ aūt proles siue fili⁹: q2 per modū nature product⁹. est.n. de rōne prolis q̄ sit per modū nature supra patuit in pmo.d.3 ꝛ.10.ꝛ in tertio.d.8. igiť ista visio essentie cū dicatur ꝓles in intellectu beati naturaliť gignetur ab illa essentia. ¶ Quarto ꝛ vlti. arguit pbādo idē. Si voluntas necessario concurrat cum essentia in rōne principij motiui ad actum beatificū intellectus creati queto quis est ordo essentie ꝛ voluntas in mouendo: voluntas non potest dici ratio motiua prima ꝛ essentia secunda: quia virtute ei⁹ est mouēs. igiť opꝫ dare ecōuerso. s. q̄ essentia sit pma ratio motiua. patet. Tū q̄a essentia est perfectissima entitas tā formaliter q̄ originaliť nō sic volūtas. vt supra patuit. q.1.ꝛ.q.5.ꝛ in pmo d prima. q.2. di.8.q.3. est eīm origo oīm perfectionū ad intra. Tum quia ipsa poniť pncipiū magis vniuersale cū concurrat tam cū intellectu q̄ cum voluntate: ꝛ sic est cōe pncipiū respectu intellectus ꝛ voluntatis. ꝛ ideo essentia nō mouet nec ṽtute intellect⁹ nec volūtatiſ. Imo ma-

Tm̄ sunt duo modi agēdi libere. s. ꝛ naturaliter.

gis econtra. Tum specialiter: quia tā intellectus ꝙ voluntas hūt virtutem mouendi ab eēntia. vt pꝫ in locis preallegatis ⁊ sic essentia erit principale mouens. Sed prima ratio motiua in mouendo tenet suum propꝛiū modum mouendi. nos enim determinatur ad mouendum illud qḋ est secundum sed determinat ipm ad mouenduꝫ sicut videmus ꝙ actiuū naturalit̃ ꝗtum est de se necessario agit in illa tñ actione in qua subiacet volūtati nō necessario agit sed potest contingent̃ agere ⁊ non agere non quidem ex se sed ꝓpter contingentiā in voluntate ad agendū. Similiter si voluntas in agendo subiacꝫ principio naturaliter actiuo determinaret̃ ab illo ad determinate agendū. Cū ergo eēntia diuina sit prima ratio motiua ⁊ volūtas secunda: sequitur ꝙ actio volūtatis subiacebit actioni eēntie diuine ⁊ sic eēntia determinabit volūtatē ad sic deťminate agendū: ⁊ cum ipsa essentia vt eēntia agat mere nāliter ⁊ per modū nature: seqtur ꝙ illa q̄ simul erit a volūtate ⁊ eēntia erit mere naturalis ⁊ ꝑ modū nature elicita sicut est actio qua elicitur act⁹ beatific⁹. ¶ Jbi. Hic itelligendū est ꝙ motio. Hic Do. itēdit declarare ordīnē motionū ⁊ q̄ sit simpliciter pꝛīa motio. Et recitādo lrāꝫ exponā eā. Dicit ergo quasi ꝑmittēdo vnum. s. ꝙ motio omnino prima i entibus est necessario naturalis. quia omni motioni volūtatis est alia presupposita: patet: quia voluntas nullo modo agit nisi in precognitum. idest ꝙ nunꝙ elicit actū circa aliquod obiectum nisi illud sit precognitum nec similit̃ elicit actū volēdo aliquod cōplexum contingēs nisi termini saltem precognoscantur. ⁊ sic patet quomodo motio volūtatis ad actum necessario presupponit aliam motionem scilicet motionem ad actum intelligendi qui necessario presupponitur. ⁊ talis motio ad actum intelligendi necessario presuppositum motione volūtatis est simplr̃ naturalis: vt supra patuit i scḋa rōe. Et si aliqua motio i entib⁹ est nō naturalis maxīe motio volūtatis ē nō nālis: pꝫ: q2 sola volūtas ē libera ꝑ eēntiā ⁊ ꝑ modū libertatis mouꝫ siue agit. Jtē aliq̄ motio pt̄ itelligi esse ad terminū simplr̄ i finitū: aliqua aūt ad terminū finitū vel infinitū includentē finitū. ⁊ illa q̄ est ad terminū infinitū est simplr̄ prior: quia nō pōt infinitū ꝑexigere finitū. terminus infinit⁹ simplr̄ in diuinis pōt multipliciter intelligi. vel ꝑ intellectione actuali essentie diuine qua intellectus diuinus formaliter intelligit essentiā. vel ꝑ volitione. vel ꝑ essentia q̄ ponit̃ primus terminus formalis tā gñatiōis ꝙ̄ spirationis diuine. Terminus finitus simplr̄ sunt creature siue in esse obiectiuo siue in esse existētie. Terminus infinitus includēs finitū erit forte ipsum verbū tenēdo tñ ꝙ includit respectum ad creaturā de quo supra diximus. q. 8 licet hoc doc. improbet. vt ibi patet. Dicit ḡ ꝙ illa motio q̄ est ad terminū infinitū simplr̄ est prior: ⁊ sic motio q̄ est ad intra erit simplr̄ prior motione ad extra cū ꝑma sit simpliciter ad terminum infinitum. secunda tñ ad terminū finitum siue ad terminum infinitum includentem terminum finitum. puta si idea q̄ ponit̃ esse cognitum rei ponat̃ infinita participatiue que tamen includit terminum finitum. vel tenendo ⁊ melius ad propositū ꝙ intellectio creature qua deus intelligit ipsam creaturam ⁊ si sit in se formaliter infinita terminatur tñ ad creaturam finitam. ⁊ similiter volitio creature qua deus vult ipsam licet in se sit formaliter infinita terminat̃ tñ ad creaturam volitā finitam. ⁊ iste vltim⁹ modus videt̃ magis ad ꝓpositum Dicit ergo ꝙ motio q̄ est simplr̄ ad terminū infinitū est prior simplr̄. illa vero q̄ est ad terminū finitum est posterior. vt ꝓbat doc. subtilit̃ in scḋo. d. ı. q. ı. Jn isto ꝑmisso secundo de termino. s. finito ⁊ infinito nō fit aliqua cōparatio motionis per modū nature ⁊ per modum voluntatis: sed motio per modum nature que est ad terminū simplr̄ infinitū est prior motione q̄ est ad terminum finitū: ⁊ tñ vtraqꝫ per modū nature: quia motio ad notitiā essētie diuine in intellectu diuino est per modū nature: ⁊ similiter illa q̄ est ad genitū diuinū: sed motio per modū nature ad terminum finitum est motio ad creaturā in esse cognito. ⁊ hec secunda necessario ꝑsupponit primam. vt pꝫ a doc. in secundo. d. ı. q. ı. Similiter motio ꝑ modū voluntatis que est ad terminū simplr̄ infinitū. puta ad volitionē qua voluntas diuina vult essentiam diuinam siue ad spiritū sanctū est simpliciter ꝑor motione per modū volūtatis q̄ est ad esse volitū creaturarū si

Motio prima in entibus est necessario naturalis.

ue ad esse exñtie earū. ⁊ sic patet lrā. ¶ Jbi. Sic igit̃ loqui possum⁹. Hic intēdit ondere ordinē motionū in diuinis accipiēdo tñ motionē extēsiue ad intra: q2 simplr̄ loquēdo ꝓprie de motione ad intra nulla est motio. improprie tñ ⁊ extensiue ponit̃ nō motio sed quasi motio. nam vbi est motio ꝓprie ibi est receptiuū reale ⁊ realiter receptiuū alicui⁹ realiter distincti. vt pꝫ in creaturis. modo nec intellect⁹ diuinus nec volūtas diuina aliqd recipiūt nec quasi recipiūt cū ista sonēt imꝑfectionē. vt pꝫ a doc. in ꝑmo. d. 5. q. 2. tñ eo modo quo pōt ibi nominari motio suo mō noietur intelligēdo semꝑ excludere oēm imꝑfectionē vel quasi imperfectionē. Dicit ḡ ꝙ ꝑmum mobile motione naturali extensiue loquendo est intellectus diuinus: ⁊ ideo ꝑmū motiuū motione naturali est essentia diuina vt est primū obiectū intellectus sui. prima motio est naturalis motio intellect⁹ diuini a suo obiecto. ⁊ cū naturale mouēs moueat mobile inquātū pōt illud autē obiectū pōt mouere ad intellectionē actualē sui i ⁊ hoc in intelligētia ingenita illi⁹ ꝑsone in qua ꝑmo est essentia. ⁊ in intellectu paterno q̄ intellect⁹ vt in patre dr̄ ingenitus. i. nō cōicatus patri ꝑ ꝓductionē sicut cōicatur filio ꝑ gñationē. ⁊ spūi scō per spirationē. Sequit̃ ⁊ ad actualē motionē sui genitā. i. ꝙ essentia est rō mouēdi se motiōe naturali. s. cōicandi se filio genito: tūc eñ essentia mouet se i motione genita qñ ꝑ gñationē est rō cōicādi se genito. De quo ꝓlixe dictū est in ꝑmo. d. 5. q. 2. Sequitur. ad vtrāqꝫ mouebit licet ordine quodā q2 qḋ est alicui ꝑncipiū operādi opatiōe imanēte ⁊ ꝓducēdi ꝓductū distinctū quodāmō est prius ꝑncipiū operādi ꝙ̄ ꝓducendi. Et hoc satis patet a Doc. in ꝑmo. d. 2. pte. 2. q. 3. ⁊ in secūdo. d. ı. Cū dicit Doc. ꝙ essentia: vt essentia est primū motiuū intellect⁹ diuini ꝑ modū nature ꝑsupponit qḋ prius ꝓbauit. d. 5. q. ı. s. ꝙ simplr̄ ꝑma entitas in diuinis est essentia vt essentia que ponitur ꝑma in eē reali perfectissimo. ⁊ ideo seqtur ꝙ ipa sit simplr̄ primū obiectū motiuū intellectus diuini. Similiter quia intellectus diuinus est simplr̄ prior volūtate diuina. vt patꝫ. sequitur ꝙ ꝑmū mobile ab essentia diuina erit ipse intellectus. prima eñ motio essentie diuine ⁊ oīno prima est motio ad sui notitiā ⁊ illa nō potest imediate esse nisi in intellectu diuino. sequit̃ ꝙ ꝑmū simplr̄ mobile ab essentia diuina erit intellectus diuinus: ⁊ hoc loquēdo ꝑ se de motione essentie diuine ad opationē: cōparādo simpliciter opationē ad opationē: ꝑma opatio ⁊ simplr̄ prima est intellectio essentie diuine ⁊ illa est in itellectu diuino ab essentia ipsa: ḡ ꝑmū motiuū naturale est essentia diuina ⁊ ꝑmū mobile est intellect⁹ diuinus: sed comparādo ad ꝓductionē nō seqtur ꝙ intellectus sit prius mobile respectu notitie genite ꝙ̄ volūtas diuina respectu opationis siue volitionis: q2 volūtas prius mouet̃ quasi recipiēdo volitionē essētie diuine ꝙ̄ intelligat̃ ꝓductio notitie genite. Sed cōparādo ꝓprie ꝓductionē ad ꝓductionē prior est ꝓductio notitie genite q̄ est per modū nature ꝙ̄ ꝓductio spūs sancti q̄ est ꝑ modū volūtatis. ⁊ sic debet intelligi ista lrā doc. ¶ Jbi. Si dicas. Hic doc. instat ꝓbādo ꝙ etiā ꝓductio sit imanēs: sicut ⁊ opatio ponit̃ imanēs. vt patuit. q. 13. Rñdet ꝙ productio nō imanet quātū ad terminū operatio aūt oīo imanet: vult dicere ꝙ actio imanēs ꝓprie est illa cui non correspōdet aliqḋ ꝓductū vt terminus talis actionis. ⁊ sic opatio. s. intellectio vel volitio dr̄ actio imanēs: q2 ꝑ ipsam nō dr̄ aliqd habere esse ꝓductū: sed ꝓductio. puta gñatio diuina nō dr̄ imanēs: q2 ꝑ ipsam ꝓductū habet esse ad qḋ terminat̃. ⁊ sic distinguitur actio imanens ab actione trāseunte ꝭm vnū modoꝝ ponendi. de quib⁹ visum est supra. q. 13. vide ibi quō distinguitur actio imanēs a trāseunte. ¶ Jbi. Similiter essentia est naturale motiuū ad intelligendū qḋcunqꝫ intelligibile simplexꝫ sed non nisi prius illa essentia sit in oībus suis supposītis: nō quidē ꝙ sine hoc esset defect⁹ principij actiui: sed ex parte termini requiritur ordo. Hic nota primo ꝙ dicit ꝙ ipsa essentia mouet naturaliter intellectū ad notitiam omniū intelligibiliū incōplexorum: quia forte intellectio cōplexi etiā necessarij erit ab intellectu cōponente terminos. Sed de hoc erūt specialia dubia. Deinde dicit ꝙ non pōt imediate mouere intellectū diuinū ad notitiā creaturarū nisi prius sit cōicata trib⁹ ꝑsonis. hoc ꝓbatum est in secūdo. d. ı. q. ı. quia productio necessaria qualis est diuina ꝑsupponit̃ cōtingenti: ⁊ quāuis

Ordo motionū in diuinis.

Productio obiectorum incomplexorum in esse cognito est necessaria tamen secundum quid.

productio obiectorũ incõplexorũ in esse cognito sit etiã necessaria tñ est tñ ẽm quid ⁊ talis p̄supponit necessariã ẽm esse simplr non q̄ ex sui rõne p̄supponat illã: sed q̄n cõparant̃ adinuicẽ. s. pductio necessaria simplr ⁊ necessaria ẽm q̄d ad idẽ p̄ncipiũ pductiuũ vtriusq̃ ꝑ p̄us est necessaria simplr q̄̃ necessaria ẽm q̄d. q̄ ḡ lapis non pducat̃ in esse cognito ab essẽtia diuina nisi p̄us ipsa sit trib⁹ cõicata hoc nõ est ex defectu ipsi⁹ essentie: q̄si non possit pducere notitiã lapidis si prius nõ sit cõicata tribus. q2 si ꝑ impossibile nõ esset trib⁹ cõicata adhuc ipse esset ꝑfectissima rõ pducẽdi notitiã lapidis. Sed ordo iste prioris ⁊ posterioris est p̄cise rõne termini: q2 tam productio ꝑsone q̄̃ pductio notitie lapidis est ab eadẽ essentia vt a p̄ncipio formali pductiuo: ita q̄ nõ cõparantur isti termini adinuicẽ. s. ꝑsona ⁊ notitia lapidis vt causatũ ab alio sic q̄ pductio notitie lapidis necessario p̄supponat ꝑsonã vt rõnem formalẽ pducẽdi sed est simpliciter cõparatio vnius effectus posterioris ad alium priorẽ ita q̄ q̄n causa cõparat̃ ad duos effect⁹: vel quasi effectus sic q̄ vnũ imediatius respicit ⁊ aliũ mediatius nõ potest pducere mediatius nisi prius pducat immediatius ⁊ tñ si per impossibile imediati⁹ nõ esset: posset tñ pducere mediatius. ⁊ hoc vide clarius in secũdo. distin. p̄ma. q. p̄ma. ⁊ vide ibi dubia aliqua ad propositum.

❡ Sic igitur cõpleta est actio mere naturalis ⁊ ad terminũ oĩno p̄mũ. s. infinitũ qui est notitia essentie diuine in intellectu diuino: vbi motio p̄ma est elicere vel quasi elicere intellectionẽ in intelligẽtia paterna. i. in intellectu patris: ⁊ huic proxima. s. motio est gignere verbum. Hãc sequitur actio que nata est esse ad terminũ omnino primũ. puta ad essentiã primã cõmunicandã: q̄ licet nõ sit naturalis tñ est omnino necessaria. ⁊ hec est motio voluntatis: ⁊ hec quasi duplex. s. ad amare simplex ⁊ etiã ad amorem procedentẽ: ⁊ hec duplex motio voluntatis correspondet duplici motioni naturali que dicta est esse in intellectu ad intelligere ⁊ dicere. id est q̄ est talis correspondentia q̄ sicut motio ad intelligere est prior motione ad dicere respectu eiusdem intellectus. sic motio in voluntate ad amare est prior motione ad spirare. Et vltra sicut ad primam motionem in intellectu immediate sequitur prima motio in voluntate. i. q̄ sicut operatio voluntatis imediate seq̄tur intellectionẽ intellectus diuini: sic productio spiritus sancti immediate seq̄tur productionem verbi. ❡ Ibi Contra. actio naturalis in eodem precedit actionem nõ naturalem. Hic Doc. instat probando q̄ productio creature in esse cognito sit simpliciter prior omni motione voluntatis: cuius oppositũ dixit supra. quia dixit q̄ essentia diuina nõ mouet ad notitiam creaturarũ nisi sit prius cõmunicata tribus. ⁊ sic est necessario prior motio voluntatis ad intra q̄̃ motio essentie ad extra. Et arguit sic. Actio naturalis in eodem precedit actionem nõ naturalem. nunc autem per te actione naturali intellectus diuinus intelligit creabile. igitur ista actio precedit omnem actionẽ voluntatis: ⁊ ita spirationẽ sp̄us sancti. Maior patet. q2 supra dixit q̄ motio naturalis est oĩno p̄ma. seq̄tur q̄ si in eodẽ sint motio naturalis ⁊ motio libera: q̄ motio naturalis erit simpliciter prior motione nõ naturali. Et dicit in eodẽ operante: quia in alio ⁊ alio operãte põt esse ecõuerso: q2 deus ad extra simpliciter mouet per modũ volũtatis. ⁊ multe creature per modũ nature mouẽt vt ignis. Deinde dicit in eodẽ operãte ⁊ nõ in eadẽ rõne formali operãdi: q2 ĩpossibile est idẽ esse rõnẽ formalẽ mouendi per modũ nature ⁊ ꝑ modũ volũtatis. vt p3 a Doc. in p̄ino. d. 2. sed bñ idẽ operans põt habere duas rões formales operãdi. vnã ꝑ modũ nature: ⁊ aliã ꝑ modũ volũtatis. vt patet de eodẽ supposito hñte intellectũ ⁊ voluntatem. ❡ Rñdet Doc. ad hãc rõnẽ di. q̄ ma. est vera loquendo de eodẽ ordine ex p̄te termini. hic aũt est alius ordo ex p̄te primi termini ⁊ secũdi. ⁊ ideo naturalis in vno ordine seq̄tur nõ naturalẽ in alio ordine. p̄ma em̃ distinctio ordinis attẽdi᷑ ex p̄te terminorũ scd̃a ex p̄te p̄ncipiorũ quãtũ ad modũ p̄ncipiãdi. Pro intelligẽtia hui⁹ litere

Duplex ẽ ordo motionis naturalis in diuinis.

nota q̄ duplex est ordo motionis naturalis in diuinis q̄ p̄cise distĩguitur rõne terminorũ: sicut est motio essentie diuine respectu notitie sue ⁊ respectu notitie genite: ⁊ motio eiusdẽ respectu notitie creature que notitia est naturalis. vt supra patuit. Una tñ terminat̃ ad terminũ hñtem esse simplr ⁊ infinitũ vt illa q̄ terminat̃ ad notitiã essentialẽ: ⁊ similiter illa q̄ terminat̃ ad filiũ siue ad notitiã genitã: alia ꝟo terminat̃ ad esse cognitũ creature siue ad esse obiectiuũ: iste motiões dicũt̃ esse alteri⁹ ⁊ alteri⁹ ordinis rõne p̄cise terminoꝝ. q2 p̄ma ad terminũ simplr. alia ad terminũ ẽm q̄d ⁊ finitũ. Similiter in volũtate est duplex ordo mouẽdi per modũ volũtatis qui p̄cise distinguit̃ rõne terminoꝝ. vna est que terminat̃ ad terminũ infinitũ siue ad amorẽ infinitũ: vel ad amorẽ spiratũ. alia tm̃ ad esse vel tm̃ volitũ ipsi⁹ creature: vel ad esse existẽtie eiusdẽ. ⁊ sic hic ordo est duplex rõne terminorũ. nõ em̃ distĩguit̃ rõne p̄ncipiorũ. q2 est idẽ p̄ncipiũ. q2 eadẽ volũtas tam respectu p̄mi termini ĩfiniti. s. vel amoris essentialis vel amoris spirati. q̄̃ etiã respectu secũdi termini. s. vel esse voliti creature vel esse existentie ei⁹. Similiter est de essentia. q2 est eadẽ ⁊ idem p̄ncipiũ pducẽdi ꝑ modũ nature tã r̃spectu termini ĩfiniti. s. notitie essentialis vel notitie genite: q̄̃ etiã respectu secũdi termini. s. esse cogniti creature. ⁊ ideo iste ordo nõ distĩguit̃ penes p̄ncipia: cũ sit idẽ oĩno. Ad ꝓpositũ. si fiat cõparatio motionis ꝑ modũ nature: ⁊ motionis ꝑ modũ volũtatis adinuicẽ in eodẽ ordine. i. vt cõparant̃ ad terminũ infinitũ ⁊ p̄mũ simplr: tũc motio naturalis est simpliciter p̄or motiõe nõ naturali: siue motiõe ꝑ modũ volũtatis. ⁊ sic motio ad notitiã essentialẽ est p̄or motione ad amorẽ essẽtialẽ. vt supra patuit. Aduerte etiã q̄ motio essentie distĩguit̃ ẽm aliũ ⁊ aliũ terminũ: q2 vt cõparat̃ tñ ad oꝑationẽ est alia vt cõparat̃ ad notitiã genitã. ita q̄ p̄ma est ad terminũ quasi pductũ: secũda vero ad terminũ vere pductũ. Similiter dico de volũtate in qua distinguit̃ duplex motio ad intra. vna terminatur ad amorẽ quasi pductũ. ⁊ alia ad amorẽ vere pductũ. Et sic adhuc isti ordines motionũ p̄cise distinguũtur rõne terminoꝝ. Si ḡ fiet cõparatio in eodẽ operãte motionũ adinuicẽ in eodẽ ordine. s. motionis naturalis ad nõ naturalẽ cõparãdo illas tm̃ ad oꝑationẽ. patz q̄ motio naturalis est simplr p̄or motione nõ naturali: siue motiõe ꝑ modũ volũtatis. Et similiter si fiat cõparatio motionis naturalis ad motionẽ nõ naturalẽ in alio ordĩe. s. ad vere pductũ: tũc etiã motio naturalis est p̄or nõ naturali: ⁊ sic filius est p̄or sp̄ũ sancto. Si tñ motio naturalis vnius ordinis cõparet̃ ad motionẽ nõ naturalẽ: siue per modũ volũtatis alteri⁹ ordinis. vt puta motio naturalis ad pductionẽ ad motionẽ nõ naturalẽ ad oꝑationẽ. nõ seq̄tur q̄ motio naturalis in eodẽ operãte sit p̄or motione alia nõ naturali. ⁊ patz. q2 gñatio filij in diuinis nõ est p̄or imo posterior volitione diuina: qua volũtas patris vult essentiã diuinã. Sic in ꝓposito. q2 motio naturalis que est ad p̄mũ terminũ infinitũ. s. ad oꝑationẽ vtriusq̃ cã essentie diuine q̄ est eiusdẽ ordinis cũ motione ad operationẽ nõ naturalẽ est simplr alteri⁹ rõnis siue ordinis cũ motione naturali ad notitiã creature. idea nõ seq̄tur q̄ talis motio naturalis sit p̄or motione nõ naturali. Si vero motio naturalis q̄ est ad notitiã puta lapidis cõparet̃ ad motionẽ nõ naturalẽ q̄ est ad volitionem lapidis. tũc motio talis naturalis in eodẽ operãte est p̄or motione tali nõ naturali. p3. q2 cognitio lapidis ad quã est motio naturalis essentie diuine est p̄or volitione eiusdẽ: ad quã est motio nõ naturalis volũtatis diuine. Et sic p3 quõ motiones naturales in eodem operãte q̄ sunt alterius ordinis distinguũt̃ rõne terminorũ tñ. ⁊ similiter motiones nõ naturales in eodẽ operãte q̄ sunt alterius ordinis distinguuntur tñ per distinctos terminos. vt supra patuit. Et hoc est quod dicit. s. q̄ prima distinctio ordinum attẽditur ex parte terminorũ. vt supra patuit. ⁊ secũda distinctio attẽdit̃ ex p̄te p̄ncipiorũ quãtum ad modũ p̄ncipiãdi. s. distinctio motionũ naturalis. s. ⁊ libere attẽdit̃ penes p̄ncipia. q2 illa dr̃ motio naturalis q̄ est a p̄ncipio agẽte siue mouẽte per modũ nature. illa vero dr̃ motio libera q̄ est a p̄ncipio mouẽte per modũ voluntatis. ❡ Cõtra. ordo p̄ncipiorũ est p̄or ordine terminorũ. sicut ⁊ p̄ncipiũ termino. nã ꝑ p̄ncipiũ capit esse: siue pducit̃ siue cõcreatur. Cũ ḡ p̄ncipiũ ꝑ modũ nature sit prius p̄ncipio ꝑ modũ volũtatis. seq̄tur q̄ motio ꝑ modũ nature sit prior motione ꝑ modũ volũtatis. ⁊ sic terminus termino. Rñdet q̄ ista ꝓpõ. ordo p̄ncipiorũ est p̄or ordine terminorũ: est vera de termino totali q̄ vere pducit̃: sed nõ est vera de termino formali qui solũmõ capit esse ẽm q̄d. mõ q2 sp̄us sctũs capit esse simplr ꝑ motionẽ ꝑ modũ volũtatis: ⁊ similiter fili⁹ ꝑ modũ nature: bene

cõcedit q̃ motio p̃ modũ nature est ꝑoꝛ motione p̃ mo-
dũ voluntatis: sed qꝛ motio ad notitiã lapidis est tñ ad
terminũ ſm qd. ideo motio ad spiritũ sctm̃ p̃ modũ volũ
tatis est simplr ꝑoꝛ ista motione. ¶ Ibi. Completo toto
ꝓcessu originis respectu ꝑmi termini. s. essentie diuine
cõicande. Seqtur ordo alius respectu termini scdi. s.
essentie creabilis. Et quidẽ essentia diuina i isto scdo oꝛ
dine mouet ꝑmo ad itellectionẽ simplicẽ oĩs itelligibi-
lis. ⁊ hec itelligẽtia. i. itellectio actualis vt iã est in tri-
bus suppositis. Nõ aũt mouet ad distinctã notitiã veri-
tatis cuiuscũq; cõplexionis: qꝛ si moueret determinate
ad cognoscẽdã alterã ptẽ cõtradictionis in futuris cõ-
tingẽtib⁹. cũ naturale mouẽs necessario moueat. sequi-
Aduerte hic. tur q̃ itellectus diuinus necessario itelligeret hãc ptẽ
ꝯdictionis fore verã. ⁊ ita ⁊c. Aduerte tñ in hac lra. ꝑ-
mo cũ dicit q̃ essentia diuina mouet ad itellectionẽ sim-
plicẽ oĩs intelligibilis: ⁊ hec itelligẽtia vt iã est in trib⁹
suppositis. Si dicit vt iã essentia est in trib⁹ suppositis.
pꝫ supra. qꝛ essentia nõ mouet nisi vt in tribus. Si vero
accipit intelligẽtiã vt est actualis itellectio. sensus est
q̃ talis itellectio nõ terminaꝛ ad creaturas nisi ꝑus ip-
sa sit formaliter in trib⁹: qꝛ tñ est vna intellectio in deo
qua intelligit oĩa. ⁊ nõ diuersificaꝛ in se: sed tñ ſm aliã
⁊ aliã transitionẽ siue terminationẽ ad aliud ⁊ aliud obie
ctum. vt patet in ꝑmo. d. 39. nõ potest ergo itellectio di-
uina esse respectu creature nisi prius eadẽ intellectio di
uina sit formaliter in trib⁹ suppositis: siue personis. No
ta secundo. cum dicit ibi Doc. q̃ essentia nõ mouet ad di
stinctã notitiã veritatis cuiuscũq; cõplexionis. hoc inte-
rius declarabitur respõdẽdo ad quedã dubia circa hoc
dictũ. ¶ Ibi. Si queratur. Hic mouet dubium circa di-
cta pauloante querẽdo quare essentia diuina non eque
necessario mouet ad notitiã cuiuscũq; obiecti intelligi-
bilis. cũ idem videatur esse ordo cuiuscũq; itelligibilis
ad primũ intelligibile. ex quo enĩ essentia diuina poniꝛ
adequatũ obiectũ intellectus diuini in rõne motiui. vt
patuit in ꝑmo. q. pc. ꝓlogi. ⁊ di. 39. ⁊ supra i quol. ¶ Rñ
det Doc. di. q̃ naturalr mouet. ⁊ p̃ ꝯñs ad cognitionẽ
necãrio cuiuscũq; qd ẽ possibile naturalr ⁊ necessario co
gnosci hmõi est quodcũq; obiectũ simplex. ⁊ etiã quod-
cunq; cõplexum verũ necessarium. non autẽ tale est ali-
quod cõplexũ de existẽtia cõtingentis: quia nõ est natũ
esse determinatũ ad veritatem: cum repugnet cõtingẽ
ti vt cõtingẽs esse veritatis determinate. s. necessario.
¶ Et si queras quare nõ mouet necessario ad talem co
gnitionẽ de cõplexo habẽdã qualis possit haberi de eo.
puta quare cõtingens vt hmõi non est determinate ve-
rum. vt exposui de determinate vero. ⁊ per ꝯñs nõ pos-
sit vt sic cognosci: ex quo tñ suo mõ est cognoscibile: q̃re
essentia diuina nõ põt mouere ad hanc cognitionem: vt
qualẽcũq;. ¶ Rñdet dicẽs q̃ mouet ad cognoscẽdã sub
disiunctione: hoc fore vel nõ fore. puta mouet ad cogni
tionẽ hui⁹ disiunctiue. Antichristus erit futurus in tali
tpe. vel Antichristus nõ erit futurus in tali tpe. non tñ
mouet ad alterã partẽ determinate. puta non mouet in
tellectũ ad cognoscendũ determinate q̃ Antichristus
puta foret. qꝛ tunc vel intellectus diuinus posset erra-
re. puta si oppositũ posset euenire: vel si oppositũ nõ pos
sit euenire: tunc nõ esset verũ cõtingẽs. vt supra patuit.
Si enĩ moueret determinate ad cognoscẽdum alteram
partẽ illa necessario esset determinate vera. ⁊ sic Anti-
christũ fore esset simpliciter necessario. Sed an hoc con
cludat. s. si essentia diuina necessario mouet ad notitiam
huius Antichrist⁹ erit. ergo hec est determinate ⁊ ne-
cessario vera. hoc apꝑebit in dubijs circa hãc materiã.

Completo toto ordine motionis necessarie: seq-
tur motio cõtingẽs. illa nõ põt esse p̃ ꝑncipiũ naturalis
motionis. qꝛ illius nõ esset nisi necessario moueret. igiꝛ
oportet illi⁹ motiõis ꝑncipiũ esse volũtatẽ. Et fit hmõi
motio cõtingẽs ordinate. ꝑmo ad itra: qꝛ nisi ipa deter-
mineꝛ in se ad volẽdũ alterã ptẽ: nũq̃ determinabiꝛ ali
quid ad extra. ꝑmo igiꝛ determinat se ad volẽdũ hoc fo
re determinate. Scdo. ex hoc intellect⁹ vidẽs hanc de-
terminationẽ volũtatis: nouit hoc esse futurũ. ecõuer-
so igiꝛ est in motione necessaria ⁊ cõtingẽti. qꝛ in neces-
saria ꝑmũ ꝑncipiũ est naturale. ⁊ ideo ꝑmo determinaꝛ
ad ꝓpriã actionẽ. in cõtingẽte ꝑmũ ꝑncipiũ est liberum.
hui⁹ actio in ꝑmo ordine: seqtur naturalis. Cõpleta mo

tione cõtingẽti ad intra: seqtur motio ad extra. Illa igi
tur est tota cõtingẽs. ⁊ per ꝯñs imediata ipsius volũta
tis vt ꝑncipij. nullũ igitur itellectũ creatũ mouet essen
tia vt essentia: tanq̃ motiuũ per modũ nature: sed oẽm
intellectionẽ illius essentie quã nõ causat aliqd creatũ.
imediate causat volũtas diuina. ¶ In ista lra nota ꝑmo Expositio
q̃ licet motionis cõtingentis ꝑncipiũ sit voluntas. non litere.
tñ seqtur q̃ omne volitũ vel ꝓductũ sit cõtingens. imo
aliqd est simpliciter necessariũ. vt patet de amore essen-
tiali ⁊ spirato in diuinis que necessario sunt a volũtate
diuina. ⁊ ratio huius est assignata a Doc. in primo disti.
10. ⁊ apparebit infra. q. 16. nec similiter sequitur: est ꝓ-
ductum necessario. ergo per modũ nature. qꝛ ipũs san-
ctus est ꝓductus necessario: nõ tñ per modũ nature. vt
patet in primo dist. 10. ⁊ infra. q. 15. Secundo nota quõ
motio cõtingens fit primo ad intra: quia creatura prius
ꝓducitur in esse volito q̃ in esse reali. oĩa enĩ quecunq;
sunt volita: sunt ab eterno volita: ita q̃ ex tempore nihil
est volitum. De quo vide in primo. distin 39. ⁊. 40. ⁊ ꝓ-
lixius in. 45. nam voluntati diuine proponuntur termi
ni vel opposita sub disiunctione. ⁊ tunc ipa sola nulla ra
tione dictãte determinat de altera parte. Et de huius
modi determinatione vide Doc. in ꝑmo. di. 39. ⁊ q̃ expo-
sui. Tertio nota cũ dicit: q̃ intellect⁹ diuinus vidẽs de-
minationẽ volũtati; nouit hoc esse futurũ: qꝛ q̃riꝛ a quo
imediate causatur ista visio in itellectu diuino. Dico q̃
posita tali determinatione volũtatis diuine visio illius
determinationis causatur ab essentia diuina. de quo vi-
de que supra exposui in ꝑmo disti. 39. vbi Doc. expresse
dicit. q̃ imediate est ab essentia diuina: ⁊ hoc magis ap-
parebit in dubijs. Quarto nota cũ dicit in motione, ne-
cessaria primum ꝑncipium est naturale. hoc simpliciter
non debet intelligi: quia ad spiritũ sctm̃ est motio neces
saria: ⁊ tñ eius principiũ est liberũ. vt patet dist. 10. pri-
mi: sed intelligitur de motiõe necessaria que ꝓcise respi
cit principium ex sola natura principij: ita q̃ circũscri-
pto quocũq; extrinseco. necessario ꝓduceret quicqd ꝓdu
ceret. Sed volũtas diuina vñ volũtas: etiã vnde diuina
nõ vult aliqd necessario. ⁊ hoc ex rõne absoluta volũta
tis. Sed si vult aliquid necessario hoc est. quia ipsa vt
formaliter infinita comparatur ad obiectum formaliter
infinitum. ideo non potest non velle illud. vt patet a Do.
in primo distin. 10. ⁊ infra. q. 16. quando vero compara-
tur ad obiectum finitum vult illud contingenter ⁊ po-
test non velle. Sic principium naturale ex parte ipsi⁹ pri
cipij respectu cuiuscunq; obiecti ex sua ratione necessa
rio producit quicquid producit: ⁊ de isto necessario loq-
tur hic Doc. De hac differentia. s. necessarij quare vnũ
sit precise a principio naturali ⁊ aliud a ꝑncipio libero
patet infra. q. 16. Multo nota ibi: In cõtingente ꝑmum
principium est liberum hui⁹ actio in primo ordine. seq-
tur naturalis. i. q̃ accipiendo contingens vt ẽ a ꝑncipio
libero semper sequitur ꝑncipiũ mere naturale. ⁊ patet
qꝛ volũtas nõ ꝑt ꝯtingẽter velle lapidẽ vbi lapis prius
a principio naturali. s. eẽ itia diuina sit ꝓduct⁹ p̃ modũ
nature i eẽ cognito: nec similiter ꝑncipiũ liberũ põt po-
nere. a. in eẽ reali nisi ipsũ. a. sit pri⁹ positũ p̃ modũ natu-
re in eẽ cognito ab essentia diuina. Nota etiam ꝓ maio
ri declaratione instantie superius facte de ordine prin-
cipiorum ⁊ ẗminoꝝ q̃ ordo principiorũ vt comparatur
ad terminos accipientes simpliciter esse: principiũ per
modum nature est simpliciter prius pricipio per modũ
voluntatis: ⁊ sic motio vnius est simpliciter prior motio
ne alterius. ⁊ sic motio essentie diuine per modum natu
re ad productum realiter puta ad filium est simpliciter
prior motione voluntatis ad creaturam secundũ eẽ rea
le: ⁊ ſm esse volitũ. Si modo motio per modum nature
sit ad ẗminũ accipiẽtẽ eẽ ſm qd qꝛ ꝯmunicaꝛ siue ꝓdu-
citꝛ ſm qd. puta motio p̃ modũ nature ad eẽ ꝯgnitũ la-
pidis: qd eẽ ꝯgnitũ ẽ ꝓductũ siue lapidi cõicatũ ſm qd
qꝛ lapis vt sic hẽt tñ eẽ dimitutũ: loquẽdo de tali ẗmino
nõ seqtur q̃ motio naturaꝛ ad illum terminũ sit ꝑoꝛ mo
tione nõ naturali siue libera q̃ est ad terminũ simplr: vt
illa que est ad. s. s. vel amorem essentialem. Cõparando
ergo ꝑncipiũ p̃ modum nature ad ẗminũ capiẽtẽ simplr
esse per tale ꝑncipiũ: ⁊ similiter comparãdo pricipiũ li-
berum ad ẗminũ simpliciter. patet q̃ motio p̃ modũ na-
ture ẽ ꝑoꝛ motione libera: ⁊ sic fili⁹ necãrio est prior. s. s.
⁊ etiã creatura capiẽte eẽ reale. Si ꝑo ꝑncipiũ p̃ modũ

nature cōparetur ab terminum capiētem esse sm qd. s.
ad eē cognitum lapidis: ꝛ principium liberum cōparet
ad terminū habentē esse reale ꝛ simpliciter ꝛ hoc ad in-
tra: tūc modus principiandi libere est prior isto mō prin
cipiandi p modum nature. Si vero principium liberum
cōparet ad extra ad terminum capientem eē sm qd: pu
ta ad lapidē volitū vel capientē eē simpliciter reale pu-
ta ad lapidē in eē reali: tūc modus pncipiādi libere. ꝛ si-
militer motio eius libera est posterior mō pncipiandi p
modū nature isto scdo mō. ꝛ similiter motio eius est po-
sterior: vt patet.

Ad argumenta facta in isto articulo: quib⁹ pba
uit q essentia diuina pōt imediate mouere itellectū crea
tū ad sui notitiā. Sed ante rñsionē pmitto vnū q moue-
re aliū imediate ꝛ mouere aliū mediate pōt itelligi mul
tipliciter: mouere imediate aliū puta cū dico. a. imediate
mouet. b. ē sēs⁹ q. a. cāt aliqd qd imediate recipit i. b. ab
ipo. a. ꝛ sic ignis imediate mouz materiā ligni ad formā
substātialē ignis: qz i tali materia disposita imediate cau
sat formam ignis. Sed ignis calefacit lignū mediate. i.
mediante calore quem hēt. ꝛ sic mediāte alio calefacit.
id est mediāte actione alterius pcise. pōt etiam aliter i-
telligi mediate ꝛ imediate: sed iste modus sufficit ad p
positū. Cum dr de obiecto imediate ꝛ mediate motiuo.
nota bn̄: q i aut loqmur de notitia abstractiua: aut de in-
tuitia. De pria possum⁹ dupliciter loq. s. vel de abstractis
i nobis p statu isto: ꝛ tūc dico q nullū obctm imediate
mouz itellectū nrm ad sui notitiā. nec etiā imediate mo
uz ad spēz sui itelligibilē. Sed imediate mouz sēsū ex-
loqndo de obctō sēsibili: ꝛ p⁹ mouet pt⁹ fātastica. ꝛ vl-
timo fātasma pducit spēz itelligibilē: vt expositum sup
pr. i. i dubijs. Vel loqmur de abst. i itellectu soluto. Di
co tūc q nullū obctm mouz imediate talē itellectuz ad
sui notitiā abst. qz prio cāt spēz itelligibilē q postea ime
diate ptialiter cāt notitiā abst. obiecti. De hoc vide Do.
in scdo. d. 3 q 11. ꝛ i quarto d. 45. De itruitiua. dico q si ob
iectū sit motiuū formaliter q imediate mouet itellectū
quem potest mouere. Si vero non sit motiuum. saltē cō-
tinet in alio virtualiter qd mouet ad notitiam intuitiuā
illius. ꝛ tale sic virtualiter contētum non dr mouere me
diāte alio: qz mouens mediante alio nō dr virtualiter cō
tineri i illo: sicut ignis calefacit lignum mediante calo-
re non continetur virtualiter in calore: qz tunc esset eēn
tialiter iperfectior. Sed Doc. hic qn̄ loquitur de obiecto
imediate motiuo amoto oi impedimēto: sic accipit: q ta
le obiectū ex natura sua vn̄ precise talis entitas obiecti
ua actione ppria mouet intellectum ad sui: ꝛ oim virtua
liter vel essentialiter cōtētoꝝ notitiā. Et tale obiectum
dr ppriie imediate motiuum: qz vt tale est causatiuū sal-
tē partialiter notitie sui ꝛ oim contentoꝝ. Et hoc patet
in notitia intuitiua. In abstractiua ēt illud dicitur imedia
te mouere intellectū ad spēm intelligibilē: ꝛ oim contē
toꝝ qd ex natura sua potest illā causare. q modo nō ime
diate causet hoc non est ex natura obiecti: sed vel pter
ordinez potentiaꝝ: vel pter peccatū: vt patuit in pmo
dist. 3. q. 3. si cū esset pportionate presens immediate pos
set causare spēm intelligibilē: vt patet i scdo dist. 3. q. 11.
obiectum vero dr mediate mouere intellectū: qn̄ non ac
tione ppria cōpetente pcise tali obiecto vt tale obiectū
sed mouet actione alterius: ꝛ tūc dr mouere mediate. i.
mediante actione alterius pcise. Aduerte ēt q oē obie
ctum motiuum intellectus quodcūqz sit illud pōt moue
re ipsum itellectū vel mediate vel imediate. ꝛ intelligo
sic q obiectum motiuum imediate ex se formaliter ē pri
cipium imediate mouendi siue causandi notitiā sui ꝛ cō
tentoꝝ. Sed obiectum motiuū mediate tn̄ est illud qd
licet ex se formaliter nō sit principium mouēdi imedia-
te: tn̄ in se suo modo continet aliquam entitatem que sit
ratio formalis imediate mouēdi: ꝛ non cōtinet illā tn̄ p
accidens sicut ignis calorē: sed sic cōtinet illam q circū
scripto oi peraccidens adhuc inest. habens ergo talem
entitatē dr obiectum p se motiuum itellectus: iz media
te tn̄. Dico vltra q omne obiectū qd est motiuuz media
te modo pexposito alicuius itellectus: est ex se formali
ter ꝛ imediate motiuum itellectus sibi pportionati: cuz
tale sit maxime intelligibile: ꝛ q non moueat immedia-
te omnem intellectum. si alium potest mouere hoc nō est
ex imperfectione talis obiecti: sed qz motio ad extra sibi

repugnat: qz sibi repugnat agere necessario ad extra:
vt probat Doc. in primo dist. 8. q. vltima. ¶ His declara-
tis. Dicit Doc. ad pmam rōnem glosando ma. s. q est ve-
ra de obiecto imediate motiuo q habet eūdem modum
mouēdi. s. vel p modum nature vel libere. Et sic obiectū
cōparatum ad quēcūqz intellectū quez imediate potest
mouere. precise hēt eundem modum mouendi. patet: qz
modus mouēdi sequitur naturam obiecti: ꝛ sic si aliquē po
test per modum nature mouere ēt quemlibet aliū quem
immediate pōt mouere mouebit per modum nature.
Et similiter si aliquē intellectum quem mediate pōt mo
uere moueat p modum voluntatis: quēlibet alium quē
mediate mouet mouebit precise p modum volūtatis: et
sic patet ista propositio maio. Nunc aūt qtū ad primā
mi. essentia diuina est imediate motiua sui intellectus:
sed non intellectus creati. qz intellectus diuinus est pri
mum mobile oino. et ideo primo mouet a prima forma
motiua. qz non pōt imediate mouere nisi pmo mō motio
nis: ꝛ nihil aliud natum est sic moueri. Si igitur cōcludas
q eēntia diuina eodem mō mouet oēm intellectum con
cedatur quem imediate mouet: sed ille est solus intelle-
ctus diuinus: vt supra patet. Ad mi. s. q obiectū crea-
tum naturaliter mouet. Verum est de itellectu quem i-
mediate mouet. falsa aūt eēt si aliquem intellectū moue
ret mediāte actu volūtatis: quia illum non naturaliter
moueret: sicut si volūtas mea posset libere causare itel-
lectionez eēntie mee. Sed isto mō forte nō est de aliqua
volūtate ꝛ eēntia creata qz quelz essentia est imediate
motiua intellectus creati: ꝛ ideo motione naturali. nul-
la aūt volūtas est motiua ad intellectionē pfectam ali-
cui⁹ eēntie vt essentia est: qz nec pfecte continet eā emi-
nenter vel vnitiue: ꝛ qualitercūqz sit de obiecto creato
mouente intellectū naturaliter: patet prius q nō est ea-
dem rō de essentia diuina: qz ipsa nō est imediate moti-
ua alicuius itellect⁹ nisi primi. ¶ Nota aliqua i ista lra
Primo. de pmo mobili simplr ꝛ pmo motiuo simplr qd
mouet tn̄ per modū nature: vt supra patuit. ꝛ illa sunt
precise itellectus diuinus ꝛ essentia diuina vt essentia
ꝛ vt prior omni etiam attributo ꝛ etiam vt prior volun-
tate. Secundo q omne obiectum creatum mouet natu-
raliter intellectum quem immediate mouet. Sed tunc
est dubium de voluntate creata que etiam ponitur obie-
ctum intellectus ꝛ immediate motiuum. an modo mo-
ueat illum naturaliter vel libere. Dic vt dixi in 2°. vbi
adduxi opi. Ocham quam improbaui. Tertio nota cuz
dicit q quelibet essentia creata est immediate motiua i-
tellectus creati. ꝛ ideo motione naturali hoc non vide-
tur absolute verum: quia essentia relatiua nullo mō mo
uet intellectum ad sui notitiam. intelligitur ergo de om
ni essētia creata absoluta. quia omnis talis est immedi-
ate causatiua notitie sui ꝛ contentorum: vt patuit in p-
ma distin. 3. q. 3. vide que ibi exposui: vbi dixi q etiam
quantitas mouet intellectum creatum. ad sui notitiam
ꝛ adduxi ibi Docto. in 4° in materia de eucharistia. Et
nota cum dicit q nulla voluntas est motiua ad intelle-
ctionem perfectam alicuius essentie vt essentia est. quia
nec perfecte eam continet eminenter vel vnitiue: quia
hoc videtur concludere etiam de volūtate diuina q nō
possit causare notitiam essentie diuine cum proprie non
contineat eaz nec eminēter nec vnitiue. Sed dic ad hoc
dubium: vt supra dixi in quolibe. vbi de hoc sunt mote
singulares difficultates. ¶ Ad secundum dicit. q mo-
uere ad actum beatificum non est primus actus essen-
tie diuine. immo est proprie actus illius volūtatis. essē-
tia enim vt quodammodo prior voluntate licet sit obie-
ctum primum et immediatum illius visionis in ratione
terminantis: tamen non est obiectum immediatum in
ratione mouentis: sed tn̄ mouens remotum pro quan-
to mouet intellectum diuinum ad visionem precedē tēz
illud velle quo mouetur intellectus Michaelis ad vi-
sionem. Et non intelligas hic de mouente remoto quod
ēt attigit terminū pricipalē sicut dicim⁹ q mouens pri-
cipale dicitur mouens remotum respectu agentis istru
mentalis. de quo vide Doc. in 4°. dist. 1. q. 1 ꝛ similiter 2.
di. 3. Sed nec intelligitur de mouēte rmoto nō attigēte
tminū pncipalē: sed disponente ad ipsuz: qz visio eēntie
diuine vt in itellectu diuino non est dispō ad visionem
qua Michael videt eēntiā diuiam: qz si p ipossibile non
eēt tal visio adhuc Mich. posset videre eēntiā. sed itel

Ad rōnes factas in isto scdo articulo Scot⁹ rñ-det.

Exposito litere.

Mouere mediate ꝛ immediate ꝛc. multiplr

ligitur sic: ꝙ volūtas diuina nullo modo posset causare
visionē essentie diuine nisi essentia diuina fuisset prius
visa ab itellectu diuino per quā visionem eēntia est p̄ns
voluntati diuine: ⁊ vt sit eēntia dr̄ causa remota respe-
ctu causationis voluntatis diuine causantis visionē il-
lius in itellectu Michaelis. i. ꝙ ipsa causat naturaliter
aliqđ necessario req̄situm ad hoc: vt volūtas diuina pos
sit causare visionem in Michaele. ¶ Et ꝑ hoc patet ad
confir. ibi positam: quia si illa essentia non esset formali-
ter volens nihil oīno posset causare ad extra: quia nihil
posset causare nisi naturaliter: ⁊ quodcūq; extrinsecum
cum sit formaliter possibile non posset eē a necessario ni-
si cōtingenter. ⁊ sic idem esset simul contingens ⁊ neces
sarium. contingens q: ens simpliciter possibile: necessa-
rium q: ꝓductum a necessario. ¶ Ad tertiū. Dicit ꝙ es-
sentia non habet rōnem motiui ad visionem sui in itelle
ctu creato nisi inq̄tum presupponitur ipsam mouisse i-
tellectum diuinum ad visionem que presupponitur ipsi
velle diuino motiuo intellectus creati: non intelligit ꝙ
velle sit formaliter motiuum: sed ꝙ voluntas est motiua
mediante actu suo: vt alias exposui. Non igit se habent
eēntia ⁊ voluntas vt mouens supius ⁊ inferius ꝓprie lo
quendo: sic intelligendo ꝙ vtrūq; attigat ipsum motū: si
ue ipsum terminum recipiēdū in alio. Sed tm̄ volūtas
attingit intellectum creatum. tm̄ presupponit motionez
intellectus diuini ad ipsa eēntia: sine qua ipsa voluntas
non haberet illud velle quo mouet intellectum creatuz.
¶ Si arguitur contra hoc: quia voluntas vt voluntas
nō potest mouere nisi ad vidēdum volūtatem vt volun-
tas est. nō autem ad vidēdum essentiā vt eēntia: nūc aūt
videre volūtatē vt volūtas est: ⁊ non eēntiam vt eēntia
est: nō est videre btificū. probatio mi. quia idem est obie
ctum beatificū intellectus creati ⁊ diuini. Intellectus
autem diuinus non beatificat in vidēdo volūtatē vt vo
luntas ē: q: volūtas nō ē p̄mū obiectū intellect⁹ sui ⁊ nō
beatificatur nisi attingendo primum obiectum. proba-
tio ma. quia cum voluntas sit quasi posterior ipsa natu-
ra: quia proprietas non potest esse principium causandi
perfectam visionem essentie vt essentia que quodāmo-
do est prior et perfectior: iuxta illud Dam. c. 9. Totum
inquit in seipso comprehendens habet eē velut quoddā
pelagus substātie infinitum. ¶ Respondet ꝙ quia vo-
luntas est perfecte idē cum essentia. ideo potest esse prin
cipium motiuū ad videndum essentiam vt essentia est:
neganda est igitur illa ma. Uerū quidem est qđ ibi affir
matur. s. ꝙ volūtas potest esse principiū motiuum ad vi
dendum voluntatem vt voluntas. falsum autē est quod
ibi negatur. s. ꝙ non potest esse principium ad videnduz
essentiam vt essentia est. Ad proba. ma. dicit ꝙ priori-
tas illa est quasi prioritas fundamenti. sed illud funda-
mentum non solum est perfecte idem cum illo qđ intelli
gitur fundari in illo: sed etiam illud habet perfectionez
formalem formaliter infinitam: propter quod perfecte
idemptice ⁊ vnitiue cōtinet perfectionem fundamenti.
⁊ propter istam rōnem potest voluntas esse principium
cōmunicandi essentiam: quia ipsa est idemptice omnino
eiusdē perfectionis cum essentia. Hoc aliter non expo-
no hic cum iportet multa dubia: exponetur tamen forte
inferius exponendo aliqua dubia. ¶ Ad illud Aug. di-
cit Doc. ꝙ ibi loquitur Augu. de notitia que est verbuz:
⁊ illa duo requirit s. ꝙ sit naturalis similitudo obiecti: ⁊
ꝙ sit naturaliter genita ab obiecto. Et sic notitia essen-
tie causata a voluntate diuina in intellectu creato: et si
sit naturalis illius similitudo: non tamen est naturaliter
causata ab obiecto. Expono tamē literam recitando il-
Expō lr̄e. lam cum dicit. loquitur ibi de notitia que est verbum: de
quo satis patuit in primo dist. 27. Ubi cum dixisset nasci
tur ꝓles ipsa trinitatis notitia. i. ipsa notitia que gigni-
tur ab obiecto dicitur proles. Et subdit in fine capituli.
Est quedam imago ipsa mēs ⁊ notitia eius que est ꝓles
eius. ac de seipsa verbum eius ⁊ amor terti⁹. i. ꝙ mēs. i.
memoria fecūda que includit presentiam obiecti. (Se-
pe enim Aug. accipit mētem pro memoria que includit
obiectum presens: vt alias patuit) ipsa mens est quedā
imago passiue tamē: sicut etiam in deo accipitur imago:
cum dicit: faciamus hoīem ad imaginem ⁊ similitudinē
nostram. ⁊ notitia ipsius mentis: id est obiecti relucentis
in memoria est proles eius ⁊ est verbuz eius: ⁊ illa noti-
tia nascitur de ipsa mente: hoc est de obiecto relucente

in memoria. ⁊ amor tertius. i. ꝙ amor nascitur de prole
intelligendo sicut dicit Doc. in primo dist. 3. q. vltima: ꝙ
tertia pars imaginis dicitur esse a secunda pte: pro quā
to presupponit ipsam. Et in ꝓposito accipit mentem nō
tm̄ vt includit obiectum ⁊ intellectuz que pertinent ad
memoriā fecundā: sed etiam vt includit voluntatē ⁊ ob
iectum ipsius qđ est obiectum cognitum: ⁊ sic de eodem
obiecto cum intellectu dicitur nasci verbum ⁊ cum vo-
lūtate dicitur ꝓduci amor. de quo vide in primo dist. 3. q.
vltima. ⁊ in secūdo. d. 16. ⁊ distin. 24. Et ex hac auctori-
tate patet ꝙ nō quecūq; notitia actualis obiecti dicitur
verbum illius obiecti: sed illa sola que de ipso nascit tā-
q̄ proles: hoc est non tm̄ est similitudo naturalis eius: sz
naturaliter gignit ab ipso nascendo. ⁊ ideo actus volū
tatis non dicit ꝓprie nasci: q: nasci est a principio per mo
dum nature. notitia igitur actualis que ꝓducit imedia
te per volūtatem. non est verbum obiecti: q: etsi sit simi-
litudo naturalis obiecti: non tamen est naturaliter ge-
nita. i. per modū nature: sed tm̄ libere. Et ꝓpter illđ pos
set dici: ꝙ beatus nō hēt verbum de deo: q: ⁊ si illa visio
sit imago diuine essentie ipsaz naturaliter representās.
non tm̄ est imago naturalis naturaliter ab ipsa ꝓcedēs.
Sed illius eēntie est tm̄ vnicum verbuz: ⁊ hoc in solo i-
tellectu increato i quo solo potest esse notitia naturalis
ipsius obiecti naturaliter genita. Aduerte ꝙ non intel-
ligit ꝓprie genita imediate ab obiecto cuius ponitur no
titia ad hoc vt dicat verbum. sed sufficit ꝙ sit naturalis
similitudo obiecti genita imediate ab ipo obiecto ꝑ mo
dum nature: vel genita ab alio obiecto continēte virtua
liter ipsum cuius ponit notitia genita: dico ꝑ modū na-
ture. ⁊ sic notitia lapidis in deo: ⁊ si nō sit genita ab ipso
lapide. dicitur tm̄ verbum: q: est genita ab essentia ꝑ mo
dum nature ipsum lapidē virtualiter continente: ⁊ hoc
sufficit. ¶ Dat ēt aliā rn̄sionē ad illā auctoritatē Aug.
Cū dicit Aug. ꝙ oīs res quā cognoscim⁹ cōgenerat in
nobis notitiā sui. qđ vl' intelligit de re q̄ naturalr̄ cogno
scimur: hoc ē ex causis naturaliter motiuis itellect⁹ no
stri: illa quidem in seipsa vel in causis suis congenerat:
hoc est naturali fecunditate ⁊ necessitate causat in no-
bis tanq̄ naturalem similitudinem sui. ⁊ sic verbuz nō
gignitur nisi de memoria. nunc autem obiectum quod
fit cognitum per actum voluntatis non oportet preesse
in memoria. vel saltem non agit vt preexistens i memo
ria Sic igitur modo dicto saluatur proprie ratio verbi.
Et ista secunda responsio distinguitur a prima: q: hic
accipitur verbum prout precise genitum a causis natu
ralibus siue a memoria creata: que memoria requirit p̄-
sentiam obiecti: ita ꝙ obiectum actiue concurrat. ⁊ sic
accipit omnem rem vt precise extenditur ad creaturaz.
sed in prima ratione accipit rem etiam prout extēditur
ad essentiam diuinam. vt ibi patet. Sequitur vel si hoc
quod ait omnis res extendatur etiam ad essentiam diui
nam: tunc illud quod sequitur scilicet congenerat noti
tiā sui debet intelligi vel formaliter ꝓ obiecto naturali
ter motiuo vel equiualenter pro obiecto increato: quia
ipsum vel per se vel per aliquid idez sibi causat in nobis
notitiā sui que equiualet in perficiendo intellectum: ac
si eēt ꝓles naturalr̄ genita: q: ē silitudo naturalr̄ ducēs
in obiectū sicut si esset ab obiecto naturaliter expressa:
quia vt sic voluntas diuina perfecte supplet vicem ob
iecti cum sit perfecte idem illi obiecto ⁊ formaliter infi
nita. ¶ Hic videtur sequi: ꝙ essentia non est represen- **Correla-**
tatiua sui Micheli prius natura: q̄ visio eius causetur **rium.**
in Michaele. hoc patet: quia obiectum presens intelle-
ctui ex natura sua. siue quod est ratio representandi se i
tellectui in rōne obiecti actu intelligibilis dicitur actu
pertinere ad memoriam. Et etiam posito ꝙ actu nō per
tineat ad memoriam productiuam actus. tamen sequi-
tur ꝙ in re erit ratio representandi se per modum natu-
re. ⁊ sic si essentia vt essentia faceret se presentem intel
lectui creato faceret se presentem per modum nature:
⁊ per consequens necessario. ⁊ sic semper esset necessa-
rio presens in ratione obiecti actu intelligibilis. preci-
se ergo in eodem instanti quo causatur visio essentie i in
tellectu Michaelis fit presens ipsi i rōne obiecti visibi
lis: ⁊ talis p̄sentia est p̄cise a volūtate cāante huiusmodi
visionē: posset tm̄ volūtas diuina pri⁹ causare p̄sentiam
eēntie in rōne obiecti visibilis. i. facere ipsam pri⁹ p̄sen
tē itellectui creato q̄ causz visioez ei⁹: de facto tm̄ credi

tur ꝙ precise in eodem instāti sit presens quo causat vi-
sio eius: qꝛ eius presentia per prius non videtur necessa
ria. tunc enim presentia obiecti prior visione est necessa
ria quādo obiectum ptinet ad memoriam vt memoria ꝗ
vt sic est vere pductiua: vt exposui in primo dist.3.q.7.
in titulo q.4 in secūdo dist.3.q.9.4.20. Si ergo eēntia
vt eēntia non est sui: siue sue presentie repñtatiua: mul-
to magis non est repñtatiua alterius obiecti. naꝫ qꝺ est
causatiuum pñtie alterius per modū nature: multo ma
gis erit causatiuum pñtie sui p modum nature. imo est
simpl'r ipossibile ꝙ eēntia vt eēntia per modū nature sic
cātiua puta pñtie lapidis. et non simul vel pri⁹ sit p mo
dum nature sue pñtie causatiua. Sicut est impossibile ip
sam posse p modū nature causare notitiā i itellectu suo
respectu alterius obiecti: qui prius vel simul causet per
modum nature notitiam sui. Sic est impossibile ꝙ cau-
set in intellectu suo presentiam lapidis in ratione obie-
cti actu intelligibilis quia simul vel pri⁹ causet per mo
dum nature presentiam sui. Sed hoc idem est dicere re-
spectu intellectus creati. Si ergo non potest causare p̄
sentiam sui in intellectu creato: multo min⁹ poterit cau
sare pñtiam alterius. Tam ergo ipsa essentia ꝙ̄ alia ob
iecta secundaria contingenter repñtantur in intellectu
creato per actum volūtatis diuine. ita ꝙ ipsum repñta-
re siue presentiam causare in rōne obiecti actu intelligi
bilis non est precedens quomodocūꝗ ipsam intellectio
neꝫ obiecti qꝺ dicit' repñtari: 4 hoc de facto. licet de pos
sibili vt credo posset vt supra dixi ¶ Sed si queraf qua
re hec repñtatio quodāmodo prior actuali intellectiōe
illa tñ modo inueni' in memoria et in memoria diuina
nihil est pprie nisi obiectum qꝺ quasi tribuit actum pri-
mum: siue imediatum actui secundo. s. intellectioni ac-
tuali: illud autem sic actuās est pñtia cōpleta obiecti p̄-
mi. s. eēntie diuine. Et ptꝫ ꝙ proprie cōpleta pñtia obie
cti potētie si obiectū si motiuū est quādo obiectū est ac-
tu itelligibile. i. ꝙ actu pōt cāre notitiā sui i intellectu
cui est sic pñs: 4 vt sic pertinet ad actum primum imedia
tum actui secūdo: actus primus imediatus actui secun
do est quando est in potentia propinqua ad eliciendum
actum secundum: qꝺ tunc est quando obiectum est per-
fecte presens potētie: quia tunc habetur memoria per-
fecta que dicitur actus primus completus 4 immedia-
tus actui secundo. Sed actus p̄mus non imediatus ac
tui secundo est: quando principium operandi qꝺ semper
dicitur actus primus est tñ in potentia remota ad ope-
rādum. Et quādo obiectum non est actu presens intel-
lectui in ratione obiecti actu intelligibilis dicitur act⁹
primus remotus ab actu secūdo siue ab opatiōe. ¶ Ibi.
Cōtra. hic Doct. instat contra hoc quod dixit. s. ꝙ obie-
ctum secundariū nō est presens intellectui beato per es
sentiam vt essentia est: sed tñ per voluntatem diuinā.
4 arguit istitiue dicēs quō ergo beatus videt obiectuꝫ
secundarium in ipsa essentia si non est aliquo modo ibi re
presentatū: 4 non representatur sibi in voluntate: quia
voluntas non est speculum in quo videatur: licet per vo
luntatem manifestetur. s. causando visionem ei⁹. ¶ Re
spōdet. lapis videtur in essentia diuina non vt in specu-
lo in quo reluceat vt obiectū presens. s. in ratione intelli
gibilis actu: quia si in essentia vt essentia esset sic p̄sens:
sequeretur ꝙ necessario esset presens: 4 non posset sic es
set presens quin ipsa essentia vt essentia esset necessario
presens. sed ipsa essentia se sola 4 soli suo intellectui se
representat ante actum intelligendi. Sed lapis videt' i
essentia diuina vt obiectum secundarium in primo obie
cto. s. essentia diuina. non quidem motiuo ad intellectio
nem secundi: sicut mouet intellectum proprium. 4 sicut
intellectum nostrum mouet principium ad conclusionē:
sed ordine quodam primi obiecti 4 secundi terminantis
quodā alio. s. volūtate mouente ad ista duo obiecta ordi
ne quodam actum intellectus terminantia: vt supra pa
tuit.

Dubia cir ca scđm ar ticulum. In isto articulo occurrūt aliqua dubia. Primū i
hoc ꝙ si potētia itellectiua ex natura potētie nō eleuata
p aliqꝺ lumē nō haberet idē obiectū qꝺ habet vt eleua-
Primum dubium. ta p lumē grē: tūc nō eēt eadē potētia. ¶ Scđm in hoc.
obiectū adeq̄tū itellectui nr̄o ex natura potētie nō ē ali
Secundū. qd spāli⁹ obiecto itellect⁹ angelici. ¶ Tertiū ē i hoc ꝙ
Tertium. motio omnino prima in entib⁹ est necessario naturalis.

¶ Quartum in hoc ꝙ motio que est ad terminum infini 4.
cum est prior illa que est ad terminum finitum. ¶ Quin 5.
tum est in hoc. primum mobile motione naturali est itel
lectus diuinus: 4 primū motiuum motione naturali est
essentia diuina: 4 sic illud obiectum potest mouere mo-
tione naturali ad notitiam sui essentialem 4 ad notitiaꝫ
genitam. ¶ Sextum est ꝙ essentia diuina est naturale 6.
motiuum ad intelligendum quodcūꝗ intelligibile sim-
plex: sed non nisi prius illa essentia sit in tribus supposi-
tis. ¶ Septimum est in hoc ꝙ essentia: 4 si moueat ad di 7.
stinctam notitiam simplicium. non tamen mouet ad di-
stinctam notitiam veritatis contingentis: licet moueat
ad distinctam notitiam veritatis complexe necessarie.
¶ Octauū. eēntia mouet ad distinctā notitiā cognoscē- 8.
di sub disiunctione hoc fore vel non fore: 4 hec cognitio
nō est determinata de altera parte. ¶ Nonum est ꝙ mo 9.
tio voluntatis ad extra necessario presupponit aliam ip
sius voluntatis ad intra respectu eiusdeꝫ obiecti. ¶ De 10.
cimum est in hoc. obiectum mouens potentiam imedia-
te habet eundem modum mouendi respectu cuiuscūꝗ
potentie quam mouet imediate. 4 sic essentia diuina mo
uet naturaliter omnem intellectum quem imediate mo
uet. ¶ Undecimum est in hoc ꝙ quelibet essentia crea- 11.
ta est imediate motiua intellectus creati. 4 ideo motio-
ne naturali. ¶ Duodecimū est in hoc ꝙ nulla voluntas 12.
creata est motiua ad intellectionem perfectam alicui⁹
essentie vt essentia est: quia nec perfecte continet eam
nec vnitiue ¶ Tertiumdecimum est in hoc. essentia vt 13.
prior voluntate: licet sit obiectum primum 4 imediatuꝫ
visionis beati in ratione terminantis: tamen non est ob-
iectum immediatum in ratione mouentis: sed tñ mo-
uens remotum pro quanto mouet intellectum diuinum
ad visionem precedentem illud velle quo mouetur in-
tellectus beati ad visionem. ¶ Quartumdecimum est
in hoc: quia voluntas diuina est perfecte idem cum es- 14.
sentia: ideo potest esse principium motiuum ad viden-
dum essentiam vt essentia est. ¶ Quintumdecimum 15.
est ibi: quia voluntas diuina est formaliter ifinita. ideo
perfecte 4 vnitiue continet essentiam diuinam Et ista
dubia pro nunc sufficiant.

Cōtra pri mū p̄mo istatur. Contra primum instatur. primo supponendo. ꝙ
Doc. intendit de obiecto motiuo scilicet ꝙ si hic habe-
ret obiectum motiuum quod non haberet in patria: vel
si in patria haberet aliquod obiectum ad quod non pos-
set attingere e natura potentie: sed tñ per aliqueꝫ ha
bitum additum potentie. ꝙ tunc non esset eadem potē-
tia. Instatur sic. primo: quia potentia ex se nō potest at
tingere ad aliquod obiectum nisi eleuetur per aliquem
habitum: 4 ad aliud potest attingere ex se. 4 tamen nō
sequitur ꝙ non sit eadem potentia. antecedens patet:
quia attingit quidditatem vt quidditas est tñ per spe-
ciem intelligibilem: 4 tamen potest aliud obiectum at-
tingere ex se. patet: quia ex sua natura attingit ac-
tum rectum. Secundo diceretur ꝙ non possit imme-
diate attingere angelum nisi mediante aliquo lumine
supernaturali. ¶ Secūdo instatur sic. mouere per mo- 2°.
dum necessitatis 4 per modum voluntatis sūt modi ma
gis arguētes diuersitatem principij operandi: ꝙ̄ aliud
4 aliud obiectum: ita ꝙ vnuꝫ moueat potentiā: 4 aliud
non licet sit ex se motiuum: tamen nō potest mouere eā-
deꝫ potentiam. patet hoc. quia illi modi videatur repu-
gnantes. vnde Doc. in primo distin. prima q.4. dicit ꝙ
si voluntas nostra vellet finem de necessitate 4 ordina-
ta ad finem contingenter: non esset eadem voluntas:
sed essēt due voluntates. modo eadem voluntas vult
aliquid necessario 4 aliquid contingēter. patet a Doct.
in primo distin.10.4 infra. q.15. de volūtate diuina que
vult necessario essentiam diuinam 4 contingenter crea
turam. ¶ Tertio instatur sic. idem ignis potest produ 3°.
cere calorem in aliquo calefactibili: vt in alio nō potest
nisi p calorē sibi additum. patet: quia producit calorem
in seipso: vt patet a Doctore in quarto i materia de eu-
cha. 4 tñ non potest imediate calefacere lignū nisi me-
diāte calore: 4 tñ ppter hoc non negatur quin ignis sit ea
dem potētia respiciēs calefactibile: sic videt' dicēdū in
pposito ꝙ ꝙ̄uis itellect⁹ ex natura itellect⁹ non possit
attigere aliqꝺ obctm̄ nisi mediāte aliq̄ sibi addito. ꝙ ō
nino sit eadē potētia: lꝫ aliud obctm̄ ee natura sua pos-

4° sit attingere. ¶ Quarto. Si potētia dicitur diuersifica
ri ex hoc ꝙ vnum obiectū puta materiale ex natura po-
tentie potest attingere: ⁊ substantiam separatam nō po
test nisi per habitum supernaturalem sibi additum. Sic
videtur dicendum si ipsa nō attingat obiectum ex natu
ra potentie ſm totam suam entitatem ⁊ intelligibilita-
tem: cum tamen vt sic ponatur obiectum potentie. Sed
hoc non potest nisi mediante aliquo habitu. patet: quia
potentia habituata agens equali conatu intensiorem ꝓ
ducit intellectionem ꝙ non habituata: vt patet a Doct.
in primo dist. 17. ⁊ in tertio dist. 27. si ergo obiectum sit
intelligibile vt. 10. ⁊ ipsa non possit sic intelligere sine
habitu. ⁊ aliud intelligibile vt quattuor sine habitu pōt
intelligere. ergo ſm hoc videretur diuersificari: ⁊ tamē
5° non diuersificatur. ¶ Quinto instatur. certum est ꝙ est
idem intellectus hic ⁊ in patria nullo modo variatus: ⁊
tamen hic non potest attingere aliquod mere intelligi-
Rñsio ad bile sub ratione ꝓpria: vt patet a Doc. in primo dist. 3. q.
instantias 3. ¶ Respondeo premittendo aliqua. Primum est ꝙ cō
clusio Do. intelligit̄ de obiecto motiuo in se formaliter
vel de obiecto virtualiter vel essentialiter īclusō in alio
obiecto qḋ possit mouere ad notitiam sui ⁊ inclusorum.
Secundo premitto: ꝙ cōclusio intelligitur de perfectio
ne actus pertinente precise ad obiectum: quia bene ali-
quando obiectum minus perfectum intensiue intelligi-
tur intellectione intensiori: ⁊ hoc propter maiorem co-
natū potentie ꝙ intelligatur obiectū perfectius pro-
pter minorem conatum ⁊ attentionem potentie. Tertio
premitto ꝙ habitus non ponitur propter obiectum: sed
tm̄ propter potentiam: quia ipsam magis facilitat ad
Ad rōnes operandum. ¶ Istis premissis patet responsio ad instā-
ꝯ primum tias. Ad primam dico: ꝙ si obiectum eēt in se presens:
statim nullo alio addito posset attingere. Sed quātūq̄ nō
est in se presens. tunc ponit̄ species intelligibilis que fa
cit obiectū p̄sens: non in se sed in rep̄sentatiuo: vt expo
sui. Et sicut potest intelligere omne obiectum quando
est in se p̄sens: ita ipo absente potest illud īntelligere per
speciem. Et vltra dico: ꝙ omne obiectum motiuum ad
sui notitiam intuitiuam quando est in se presens potest
etiam causare: ⁊ hoc mediate vel immediate speciem in-
Ad scdm. telligibilem modo prius exposito. ¶ Ad secundum pa-
tet responsio quomodo concludit de voluntate creata ⁊
non concludit de voluntate diuina: vide que dixi in pri-
mo distin. 4. respondendo ad rationes Ocham contra
Ad tertiū Doct. ¶ Ad tertium. Dico ꝙ ignis vt ignis non respi-
cit omne calefactibile vt huiusmodi nisi mediāte calore.
Ad q̄rtum nec proprie seipsum calefacit. ¶ Ad quartum patet rn̄-
sio. Dico enim ꝙ obiectum perfecte presens causat ac-
tum perfectissimum quem potest ⁊ quantum est intelli-
gibile: loquendo de causatione pertinente ad obiectum.
Ad quītū ¶ Ad quintum. Dico ꝙ est eadem potentia hic ⁊ in pa-
tria: sed non eodem modo disposita: quia vt hic est alli-
gata ordini potentiarum: ibi non. vt patet a Doct. q. 14.
quoli. ⁊ in primo distin. 3. q. 3. ⁊ alibi sepe. ideo hic tātum
mouetur a sensibilibus. ibi vero etiam ab intelligibili-
bus.

Cōtra ſm Contra secundum instatur: ꝙ intellectus noster
istat̄ p̄mo. nō habeat precise idem obiectum motiuum quod habet
intellectus angeli. Et primo sic. sicut intellectus diui-
nus habet tm̄ essentiam suam pro obiecto adequato
motiuo: quia est formaliter infinitus: vt patet a Docto.
in pluribus locis: quia si haberet plura obiecta motiua
vilesceret. Sic videtur ꝙ intellectus angeli: ratiōe sue
supreme perfectionis habeat tātū seipsum vt motiuum
omnis intelligibilis aliter si haberet puta lapidem pro
obiecto motiuo: sicut habet intellectus noster: ꝙ tunc
2°. multum vilesceret. ¶ Secundo instatur: sicut intellect⁹
diuinus: quia infinitus habet aliquod obiectum ꝙ tātū
est immediate motiuum intellectus diuini. scilicet essen
tiam diuinam: que nullum alium intellectum immedia-
te mouet nisi diuinum: vt infra patet. q. 15. sic videtur ꝙ
saltem supremus angelus habeat aliquod speciale obie
ctum nullo modo motiuū saltem intellect⁹ humani. In
hoc enim attenditur perfectio potentie: quia habet ali-
quod perfectius pro obiecto. qḋ non habet potentia im
perfectior illud erit essentia angeli supremi. Et confir-
matur: quia talis intellect⁹ maxime appropinquatur in-
tellectui diuino: qḋ non esset nisi respiceret aliquid per-

fectius qḋ non respiceretur a potentia inferiore pro ob
iecto motiuo. ¶ Tertio instatur sic. essentia angeli supre 3°.
mi cōtinet perfectionem totius creature. ergo essentia
angeli ponitur adequatum obiectum illius intellectus.
antecedēs patet: quia ſm Doct. in quarto dist. 1. q. 1. gra
dus superior in entibus continet gradum inferiorem. Pri-
mo videtur ꝙ eminenter: quia in supremo angelo est p̄
fectio correspondens perfectioni omnis creature. ⁊ p̄fe
ctio etiam ſm quā excedit omnem creaturam: aliter nō
teneret supremum gradum in entibus creatis. Confir-
matur: q2 angelus supremus mensurat perfectiōaliter
omnem angelum īferiorem. ⁊ per cōsequens omnē aliā
creaturam: vt patet: q2 ponitur deus simpliciter prima
mensura essentialis ⁊ perfectionalis omnis creature. er
go propinquior essentia mensurat alias remotiores. pa
tet: quia sicut in genere animalis homo est mensura om
nium animalium. sic animal propinquās homini mēsu-
rat alia remotiora. patet ergo antecedens. ꝯn̄a probat̄:
quia essentia diuina ponitur adequatum obiectum intel-
lectus diuini in rōne motiui respectu oīm intelligibiliū:
vt patet a Doc. quia ipsa vt grad⁹ simpliciter suprem⁹
in entibus cōtinet omnia intelligibilia. ergo similiter es-
sentia angeli que sic continet oīa intelligibilia erit adeq̄
tum obiectum sui intellectus in ratione motiui. tale au-
tem nō ponitur respectu intellectus humani: quia mul-
ta obiecta inferiora īmediate mouēt intellectum huma
num. ¶ Quarto instatur sic. quia intellectus angeli ⁊ in- 4°.
tellectus humanus distinguunt̄ etiā genere saltem ꝓxi
mo. ergo oportet assignari aliud ⁊ aliud obiectum respe
ctu istius ⁊ istius intellectus. antecedens patet: quia es-
sētie ille distīguunt̄. ꝗ ⁊ potētie cū sint idē realiter suis
essentijs: vt probat Doc. in secundo dist. 16. consequen-
tia ptz: q2 iste potētie sic se habēt: ꝙ vna nō subordinat̄
alteri: sicut sensitiua itellectiue: sȝ magis vident̄ dispa-
te ⁊ cōtēte sub diuersis gn̄ib⁹. ꝗ videt̄ ꝙ necessario ha-
beāt aliud ⁊ aliud obiectū: cū distinguant̄ ꝑ diuersis ob-
iecta: sicut ptz de potētijs sensitiuis disparatis. ¶ Quin- 5°.
to instatur. potentia superior secundum perfectionem
habet aliquid pro obiecto motiuo quod non habet infe-
rior. Sed potentia angeli est essentialiter superior potē
tia intellectus humana. ergo ipsa habet aliquid pro ob
iecto quod non habet intellectus humanus. maior pa-
tet: quia sensus communis est potentia superior visu.
ideo respicit aliquid pro obiecto quod nō respicit visus.
et intellectus humanus est superior sensu cōmuni. ideo
respicit aliqḋ ꝓ obiecto qḋ non respicit sens⁹ cōis. er-
go ⁊c. minor patet: quia sicut essentia angeli est superi-
or: ita ⁊ potētia. ¶ Rn̄deo ad istas istātias premittēdo Ad rōnes
aliqua. Primo ꝙ aliud est loqui de aliquo ita perfecto ꝯ secūdum
formaliter cui ex sua perfectione formali repugnat sim
pliciter omnis imperfectio: et aliud de illo inter aliqua
entia perfectissimo: cum quo tamen stat aliqua imper
fectio: cum non sit sic necessario perfectum ꝙ excludat
omnem imꝑfectionē: licet multas necessario excludat
Secundo premitto ꝙ continere aliud contingit mul ti-
pliciter: aliquando continet sicut causa effectum: ⁊ ꝗ
dupliciter vel continet sic: ꝙ tota entitas simpliciter de
pendet a causa: sic ꝙ illa remota impossibile esset ab a-
lio dependere. ¶ Secundo quando sic continet. ꝙ ta-
men secundum suam entitatem ab alio etiam dependet
immo principaliter ab alio. Primo modo solus deus ꝯ
tinet omnem creaturam. Secundo modo cause secun-
de continent suos effectus: et non loquor hic de passio
ne subiecti que ponitur quasi effectus subiecti adequa
tus et idem realiter illi et sic subiecto remoto: passio nō Cōtinere
posset esse. ¶ Tertio premitto: ꝙ continere eminenter aliqḋ emi-
aliud potest dupliciter intelligi. vel ꝙ contineat aliud nenter du
secundum totam entitatem diminutam. vel ꝙ contine plicìter.
at scḋm totam entitatem perfectam. primo modo oīs
causa secunda equiuoca continet effectum. secūdo mo-
do causa prima continet eminenter omnem effectū. Et
proprie continere aliud eminenter non est ex hoc solo ꝙ
continens sit perfectius in se: sed ꝙ contentum etiam
dependeat a continente. Vel si etiam ponatur ꝙ conti-
nere eminenter sit ꝙ continens sit simpliciter perfecti⁹
ꝯtento: tūc sciendū est ꝙ quando dicimus: ꝙ continens
aliud eminēter pōt causare notitiā contenti non debet
ita absolute ītelligi. s. ꝙ tm̄ sit ꝑfectius illo: sed ꝙ etiā
ꝯtineat illud ſm totam suā entitatē: vt exposui in secū-

do distin. 3. q. 10 ⁊ etiam infra. q. 14. ¶ Quarto premitto ꝙ alique potentie dicuntur eiusdē rationis: quia sūt eiusdem speciei vt due potētie visiue in duobus hominibus: alique dicuntur eiusdem rōnis: quia licet distinguātur specie vt visiua in homine ⁊ visiua in boue: tamen cōueniunt in hoc conceptu quidditatiuo. s. potentia visiua: sic ꝙ vtraqꝫ est vera potētia visiua: licet vna sic essentialiter pfectior alia: qꝛ species sunt sicut numeri ex octauo metaphy. Et talique dicūtur eiusdeꝫ rationis sm genus: quia conueniunt in aliquo genere vt potentia visiua ⁊ auditiua: ⁊ tamen nullo mō conueniūt in aliquo cōceptu: puta auditiua vel visiua: quia tunc vel visiua eēt auditiua vel econtra. Vel vna esset vnum membrum diuisiuum respectu diuisi ⁊ esset ipsum diuisum. non dicuntur ergo eiusdem rationis sicut primo modo. Sic dico de sensu cōmuni: quia licet sensus cōmunis in homine ⁊ in asino differāt suo modo specie. tamē dicūtur eiusdeꝫ rationis pro quanto conueniunt in hoc conceptu qui est sensus cōmunis.

Intellectus hois ⁊ āgeli quō. sūt eiusdē rationis.

Hoc idem dico ꝙ intellectus hominis ⁊ intellectus angeli. posito ꝙ non sint eiusdem rationis: quia nō eiusdem speciei nec generis proximi: tamen dicuntur eiusdem: quia realiter conueniūt in hoc qđ est potentia intellectiua. Et hoc modo que ponuntur eiusdē rationis quicquid respicit ab vna ꝓ obiecto respicitur etiam ab alia. Et sic quantum ad hoc omnis potētia intellectiua habet idem obiectum adequatum. saltem loquendo de illa que est creata: sicut etiam omnis potētia visiua respicit idem pro obiecto adequato. Et ꝙ diuinus intellectus non habeat lapidem pro obiecto motiuo immediate hoc non est ex ratione intellectus: sed ex hoc ꝙ cum sit formaliter infinitus non potest moueri a creatura recipiendo ab illa aliquam perfectionem: quia tunc vilesceret. Dico etiam ꝙ licet lapis non possit īmediate ⁊ formaliter mouere intellectum diuinum. cōtinetur tamen virtualiter in primo obiecto adequato motiuo intellectus diuini. s. in essentia diuina. ¶ Istis premissis patet responsio ad instantias.

Ad pmūꝫ

¶ Ad primum negat similitudo: qꝛ intellectus diuinus: quia infinitus necessario excludit oēm impfectionem: ⁊ ideo repugnat sibi posse immediate moueri ab aliqua creatura ad sui notitiam. Sꝫ intellectus angeli est perfectionis finite ⁊ limitate cuꝫ qua stat multiplex imperfectio. ⁊ sic potest habere etiaꝫ lapidem pro obiecto motiuo: sicut etiā habet intellectus noster: vt patet a Docto. in secundo distinc. 3. q. 11. ⁊ cum arguitur ꝙ tunc vilesceret: dico ꝙ non est formaliter infinitus: ⁊ ideo non habet in se realiter omnem perfectionem: ⁊ per consequens potest perfectionem sibi competentem (loquendo de perfectione secunda) ab aliquo recipere. Est enim maioris imperfectionis dependere ab alio sm totum suuꝫ esse: sicut nunc dependet a deo: sicut etiam alie creature: ꝙ dependere sm aliquaꝫ perfectionem secundam quam recipit ab obiecto partialiter tamen ⁊ a causa minus principali.

Ad scdm.

¶ Ad secundum patet responsio quia intellectus diuinus est formaliter infinitus: ideo mouetur ab essentia sua respectu omniuꝫ intelligibilium. Sed non est sic de intellectu finito ⁊ limitato.

Ad tertiū

¶ Ad tertium. Dico ꝙ angelus nullam creaturam continet virtualiter vel eminenter sm totam entitatem illius: qualis cōtinētia requiritur ad hoc vt sit ratio causandi notitiam cuiuscumqꝫ contenti. immo pro nunc dico (non asserendo) ꝙ nulla creatura quantumcumqꝫ suprema continet aliam creaturam absolutam realiter distinctam sm totam suam entitatem: cum quelibet primo et principaliter sm totum suuꝫ esse: sic dependeat a deo ꝙ ipso per impossibile circunscripto esset impossibile ipsa aliquo modo esse. Et dicit Doc. in secundo disti. 2. q. 4. ꝙ genitum ab aliqua causa secunda tm̄ dependet ab illa in esse pro illo instanti in quo accipit esse ab illa causa: licet principaliter tamen a prima: sed in toto tempore sequenti immediate a deo. Licet ergo angelus. quia gradus supremus inter creaturas. aliquo modo contineat perfectionem illarum: nunꝙ tamen continet sm perfectionem totalem qualis continentia requiritur ad hoc vt possit causare notitiam perfectam contenti. Dico secundo ꝙ etiam casu illo posito. id est ꝙ essentia supremi angeli sic contineret omnem creaturam adhuc nō habetur intentum: quia licet ipsa essentia vt presens intellectui angelico in ratione obiecti actu intelligibilis causaret necessario notitiam sui ⁊ contentorum tamen non negaretur quin lapis contentus si esset in se presens tali intellectui possit ipsum mouere ad sui notitiam. Sicut etiam si illa essentia angeli esset presens intellectui humano causaret notitiam sui ⁊ omnium contentorum: tamen lapis si poneretur presens illi intellectui in ratione obiecti intelligibilis actu posset ipsum mouere. ⁊ sic patet ꝙ etiam illo casu posito licet sit impossibilis. ratio nihil concludit.

Ad q̄rtuꝫ

¶ Ad quartum. Dico ꝙ licet distinguantur etiam genere remotiori: qui tamen habent idem obiectum: sicut patet de sensu communi in homine ⁊ in boue: requiritur enim ꝙ distinguātur eo modo quo dixi supra: scilicet quando non conueniunt in potentia intellectiua: ⁊ talis distinctio arguit distinc. obiectorum primo motiuum: sicut patet de visiua ⁊ auditiua. modo intellectus humanus ⁊ intellectus angeli conueniunt in ratione formali intellectus.

Ad quītū

¶ Ad quintum patet responsio ex superius dictis. ⁊ sic patet solutio.

Tertio principaliter instatur contra tertium.

Cōtra tertiū īstatur primo.

Probando ꝙ motio omnino prima non sit motio naturalis. Et primo sic presupponendo: ꝙ mouere sequitur entitatem. Tunc sic. quāto ponitur ens motiuum perfectius simpliciter tanto ex natura rei primo natum est mouere quia sicut pfectius essentialiter ex sua rōne natum est esse prius imperfectiore: ita si est motiuum natum est prius mouere: ⁊ si est infinitū ⁊ presens mobili necessario mouebit illud. ponendo ꝙ necessario sit motiuum. Secundo suppono: ꝙ sicut intellectus diuinus ⁊ essentia diuina concurrunt: vt due quasi cause partiales ad intellectionem essentie diuine: sic eēntia diuina ⁊ voluntas diuina concurrunt ad volitionē essentie diuine. Tertio pmitto: ꝙ voluntas ex sua formali ratione est perfectior īntellectu: vt pꝫ a Doc. ī quarto dis. 49. ¶ Istis psuppositis arguit sic. volūtas si sola ponat motiua ad actū suū est ex sua ratiōe formali pfectius motiuū ꝙ intellectus diuinus. ergo volūtas prius mouet se ad actū suū ꝙ intellectus. antecedens patet ex tertio psupposito. Si dicat ꝙ intellectus diuinus est ita īfinitus: sicut volūtas. Dico ꝙ hoc nō soluit: quia semper voluntas ex sua ratione formali ponitur pfectior intellectū. Sicut etiā eēntia diuina ex sua ratiōe formali quidditatiua ponitur perfectior omni attributo: licet attributa sint formaliter infinita: sic ī proposito. consequentia probatur ex primo presupposito. s. ꝙ perfectius simpliciter est prius motiuum imperfectiore. Si dicatur ꝙ concurrit essentia cum voluntate. sed prius concurrit cum intellectu. ideo intellectus et essentia sunt prius motiuum. Dico etiam ꝙ hoc non soluit: quia hoc posito stat ꝙ totum principium motiuum sit pfectius. quia essentia est eadem vt concurrit cum vtroqꝫ. et tunc voluntas ex sua formali ratione ē perfectior intellectu ergo principium motiuum est perfectius vt includit essentiam et voluntatem ꝙ vt includit essētiaꝫ et īntellectū. Si dicatur ꝙ voluntas presupponit operationem intellectus. Dico ꝙ hoc non saluat. quia perfectius vt perfectius simpliciter non presupponit necessario imperfectius et maxime quando īperfectius non est de intrinseca ratione perfectioris. sicut nec infinitū presupponit necessario finitum: vt dicit Doctor. ¶ Secundo instatur sic. si motio naturalis necessario est prior motione per modum voluntatis: et in eodem operante sit vtraqꝫ motio. sequitur ꝙ ipsa erit simpliciter prior omni motione voluntaria: et sic productio filij in diuinis erit simpliciter prior omni motione voluntatis respectu volitionis essentie diuine. consequens est falsum. patet quia talis volitio est essentialis. et essentialia dicentia perfectionē sūt priora notionalibus vt patet a Doctore supra. q. 1. consequentia probatur: quia si motio naturalis in eodem ex se est prior motione volūtaria: sequitur ꝙ ex se erit prior omni motione voluntatis in eodeꝫ operante. Si dicatur ꝙ non est verum nisi de motione naturali eiusdem ordinis ⁊ de motiōe volūtatis eiusdē ordinis que respiciunt eundem terminum. Contra. quia motio ad notitiam genitam per modum nature et motio p modum volūtatis ad volitionem essentie diuine habēt eundem terminum: quia vtraqꝫ respicit essentiam diuinam: vt patet. eadem enim essentia est obiectum primum tam motionis que est ad notitiam simplicem sui et que est ad notitiam genitam: ꝙ motionis voluntatis que est ad amorem eēntialem ⁊ ad amorē spiratū si-

ue ꝑcedentem. ergo sequitur propositum. scilicet ꝙ mo
tio ad notitiam genitam cũ sit mere naturalis erit poste
rior motõe volũtatis: siue q̄ ē p modũ volũtatis respctũ
3° amoris essentialis. ¶ Tertio instatur sic. aliqua motio
per modum nature respectu eiusdez termini est simpli-
citer posterior motione per modum volũtatis que ē sim
pliciter ad idem obiectum. ergo motio naturalis in eo-
dem operante respectu eiusdem termini nõ est simplici
ter prior motione per modum voluntatis. cõsequentia
patet: antecedens probatur supponẽdo quod dicit Do.
in prologo q. vltima. ꝛ di. 38. 39. ꝛ. 45. primi. ꝛ infra pñ
ti. q. 5. ꝙ contingens determinum siue altera pars con-
tingentis determinate vera est immediate a voluntate
diuina sic determinate volente. et hec determinatio est
simpliciter prior cognitione eiusdem complexi cõtingẽ
tis. vt patet a Doc. in locis preallegatis. Ex hoc sequi-
tur ꝙ motio voluntatis que terminatur ad hoc comple-
xum contingens est prior motione intellectus ad notiti
am eiusdem cõplexi. ergo motio naturalis vt hmõ etiã
4° in eodem operante est simpliciter prior motione per mo
dum volũtatis. ¶ Quarto instatur sic. quia idem pater
in diuinis prius per modum voluntatis mouetur ad ge
nerationem filij. i. ꝙ prius vult illam generationem es-
se q̄ actu generet filium per modum nature. ergo mo
tio naturalis siue per modum nature in eodem operan-
te non est simpliciter prior motione per modum volũta-
tis. consequentia patet. quia consequens icluditur i an
tecedente. antecedens patet per Doc. in primo di. 6. q.
vnica. vbi ostendit quõ pater vult generare: vide ibi.
5° ¶ Quinto instatur sic. quando in eodem operante con-
currunt principium per modum nature. et principiuz p
modum voluntatis. et principium per moduz natnre ē
perfectissimum. immo formaliter infinitum et habet ob
iectum perfectissime presens circa quod natum est ope
rari per modũ nature. Et nullum extat impedimentuz
potest in eodem instanti quo ponitur principiũ sic pfe-
ctum perfctẽ operari operatione sibi conueniente circa
illud tale obiectum. et maxime quando obiectum ponit
alia causa partialis per modum nature imo necessario
statim agit per modum nature. Sed intellectus diuin⁹
ꝛ essentia diuina sunt huiusmodi: tam respectu cogniti-
onis essentie simplicis. q̄ respectu notitie genite: vt pa
tet. Si ergo tale principium per moduz nature ponitur
prius mouere scdm totum conatuz q̄ pncipiũ per modũ
volũtatis. sequitur ꝙ filius erit necessario prior oĩ actu
volũtatis. ¶ Respondeo ad instantias pmittendo ali-
Rñsio ad instãtias. Contra iitium.
qua. Primo quando est natura perfecta intellectua in
cludens intellectum ꝛ volũtatez semper volũtas ad h⁹
vt actum eliciat circa obiectum presupponit operõnez
intellectus circa idem obiectum incomplexuz. sic ꝙ est
impossibile illud obiectum posse velle nisi ab intellectu
eiusdem nature sit precognitum. Et hic nulla videtur
ratio assignanda nisi natura potentiarum. puta quia in-
tellectus est talis natura. ideo potest elicere actum cir-
ca obiectum absolute: etiam nulla operatione alterius
potentia premissa circa illud idem obiectum. ꝛ volũtas
e st talis natura ꝙ non potest elicere actum circa obie-
ctum nisi sit sibi presens vt actu cognitum. et sic motio
voluntatis circa obiectuz semper presupponit motionẽ
Quõ itel lect⁹ sit p̄or volũtate.
intellectus circa idem obiectum causãtis cognitionem
eiusdem obiecti. Ex hoc patet quomodo volũtas in o-
perando necessario sit posterior intellectu in operan-
do. non ꝙ intellectus in eadem natura sit ex natura rei
Nota diligenter.
in se prior voluntate. imo simpliciter in eodẽ istãti quo
est intellectus est etiam voluntas que sunt pfectiones
absolute nature. Sed intellectus dicitur prior volũta-
te in operando: quia prius necessario operatur q̄ volun
tas circa obiectum. Et quia motio intellectus circa ob
iectum ꝛ obiectum itellectum est necessario per moduz
nature: ꝛ simpliciter naturalis. ꝛ motio voluntatis tñ
libere. ideo in eadem natura in qua sũt iste potentie mo
tio per modum nature est simpliciter prior motione per
modum voluntatis. motio ergo per modum nature non
est precise ratione perfectionis pricipij actiui: sed preci
se dicitur naturalis: quia est a naturali principio neces-
sario ꝛ per modum nature mouente. ꝛ non videtur assi-
gnãda alia ratio: vt patebit infra. quest. 16. immo stat ꝙ
principium per modum voluntatis motiuum sit simpli-
citer perfectius, vt patet de voluntate respectu celi vl

ignis. patet etiam quando vtrunq̄ est in eodem operan
te: sicut in nobis voluntas est perfectior intellectu: vt
probat Doc. in quarto dist. 49. ꝛ tamen ipsa ex natura
sua presupponit operationem intellect⁹: ꝛ hoc nõ ē im-
perfectionis in voluntate: quia non habet actum circa
obiectum nisi precognitum. esset bene aliqualis imper-
fectio si intellectus posset habere actum circa aliquod
obiectum. circa quod non posset voluntas habere actũ:
quia sicut intellectus non habet actum circa obiectum
nisi actu presens in ratione intelligibilis actu. ita volũ-
tas non habet actũ nisi circa obiectum actu cognitũ. qz
aliter non potest sibi esse presens in ratione obiecti actu
amabilis. Secundo premitto ꝙ natura simpliciter sũ-
ma que est deus necessario est intelligens et volens: vt
subtiliter probatum est a Doc. in primo dist. 2. parte pri
ma. q. 1. ꝛ i illis preãbulis: ꝛ ipsa in agendo est simpliciter
independens et omnia alia in agendo ab ipsa depẽdẽt.
et sic est simpliciter primum effectiuũ ꝛ est impossibile
aliud esse prius eo: hec omnia sunt ostensa a Doc. in pri-
mo vbi supra. Ex quo sequitur ꝙ si est simpliciter primũ
motiuum. et non potest velle aliquid nisi precognitum a
suo intellectu: et nihil ad extra potest aliquid immedia-
Sed tunc est difficultas de contingentibus que immediate continentur in voluntate diuina ⁊ non in essentia vt essentia: vt patet questione presenti: quomodo tūc eēntia moueat intellectum diuinum ad huiusmodi obiectorum notitiam: quia in primo distinc. trigesimanona dicit expresse ꝙ huiusmodi notitia est ab essentia diuina. Dico ꝙ quamuis essentia vt eēntia non contineat immediate hoc contingens Antichristus erit tali hora. quia hec mere dependet a sola determinatione diuine voluntatis: tamen ipso contingenti iam posito ⁊ determinate volito: essentia continet illud quo ad eius notitiam: quia facit illud esse presens in sua essentia in ratione obiecti actu itelligibilis. ⁊ sic posito presente intellectui diuino in rōne obiecti actu itelligibilis ipse intellectus diuinus eadem penitus notitia ⁊ re ⁊ rōne indistincta qua cognoscit essentiam diuinam. cognoscit etiaz illa obiecta complexa contingentia. Et hoc patz a Docto. in primo dist. 36. vbi sic dicit ad literam. potest poni aliter ꝙ intellectus diuinus aut offert simplicia: quorum vnio est cōtingēs in re: aut si offert complexionem: offert eam sicut neutrā: ⁊ voluntas eligens vnam partem. scilicet coniunctionez istorum pro aliquo nunc in re: facit illud determinate esse verum. hoc erit pro. a. hoc autem existente determinate vero: essentia est ratio intellectui diuino intelligendi istud verum. ⁊ hoc naturaliter quantum est ex parte essentie: ita ꝙ sicut naturaliter intelligit omnia principia necessaria quasi ante actum voluntatis diuine: quia eorum veritas nō dependet ab illo actu ⁊ essent cognita ab intellectu diuino si per impossibile non esset volēs: ita essentia diuina est ratio cognoscendi ea in illo priori instanti nature: quia tunc sunt vera. non quidem ꝙ illa vera moueant intellectum diuinū: nec etiam termini eorum ad apprehendendum talem veritatē: q: tunc intellectus diuinus vilesceret: quia tunc pateretur ab alio ab essentia sua: sed sicut essentia diuina est ratio cognoscēdi simplicia: ita ⁊ cōplexa talia ⁊c. vide ibi. Ex qua littera: patet expresse quomodo essentia diuina ꝯtinet contingentia quo ad eorum notitiam. Et sic patet quomodo eadem notitia non producatur bis.

obiectio p̄ dicta ⁊ curiosa.

Solutio

Quō eēntia diuina continet ꝯtingentia.

¶ Tertio potest intelligi sic: ꝙ sit tm̄ vna notitia re penitus indistincta: sed ratione diuersificata a fm obiectorum distinctionem: ⁊ sic quot sunt obiecta intelligibilia tot sint respectus fundati in tali notitia. et terminati ad distincta obiecta: sicut etiam Doctor videtur tenere in primo distinct. 39. ⁊ tunc diuina eēntia intelligitur mouere ad notitiam horum obiectorū quatinus facit eandem notitiam esse actu illorum obiectorum. non ꝙ causet immediate illos respectus rationis: sed quia quasi causando illam notitiam causat illos respectus quatinus immediate causat fundamentum in quo fundantur illi respectus rationis ex natura fundamenti ⁊ actu causat illos quatinus actu cāt terminos illoz respectuum: qui termini tunc sunt in actu quando actu relucent in essentia diuina vt obiecta actu itelligibilia: quibus actu positis statim in notitia illa oriuntur ex natura fundamēti huiusmodi respectus: ⁊ terminantur ad illa obiecta secundaria. non vt in se: sed vt relucentia in essentia diuina: qui tamē respect' dicūr rationis pro quanto terminantur ad obiecta secundaria non habentia esse in se: sed vt tm̄ habentia esse obiectiuum ⁊ relucentia in essentia diuina: que vt sic nō habent esse reale actuale. nec existunt in existentia reali actuali ⁊ per

consequens dicunt habere esse rationis prout relatio ratio
nis dicitur omnis illa que distinguitur contra realem rela
tionem que proprie est inter extrema realia ⁊ realiter distin
cta: ⁊ oritur precise ex natura extremorum: vt expositum supra
q.13. non ꝙ sit relatio rationis: prout relatio rationis dicitur
Alia solu- illa que causatur per actum collatiuum alicuius potentie.
tio ad pri- ¶ Ista premissis patet responsio ad primam rationem: si-
mā rōnē et ue tenendo vnam viam siue aliam. Posset etiam dici ⁊ for-
melior. te melius ad euitandas aliquas difficultates: ꝙ notitia di-
uina qua intellectus diuinus intelligit omnia intelligibilia
ante actum collatiuum intellectus diuini est simpliciter ea-
dem respectu omnium intelligibilium: ⁊ omnino indistincta
re ⁊ ratione. potest tamen dici alia ⁊ alia pro quāto ipsa po-
test actu intellectus diuini comparare ad aliud ⁊ aliud ob-
iectum vt actu cognitum: ita ꝙ intellectus diuinus illa vna
⁊ eadem notitia omnino indistincta re ⁊ ratione intelligit
omnia obiecta: ⁊ ipsis postea intellectis potest intellectus
diuinus ipsam comparare vt cognitam ad alia ⁊ alia obie-
cta cognita: ⁊ tunc ipsa notitia vt cognita ab intellectu di-
uino est imediatum fundamentum fundans relationes ra-
tionis terminatas ad alia ⁊ alia obiecta cognita vt cognita
⁊ hoc modo potest intelligi distincta actu per aliam ⁊ aliam
comparationem. ⁊ potentialiter potest intelligi distincta: quia
ipsa vt cognita est potens potentia propinqua comparari
ad aliud ⁊ aliud cognitum. ⁊ ipsa vt actu non cognita ē po-
tens potentia remota comparari ad aliud ⁊ aliud obiectum
⁊ sic patet quomodo essentia diuina potest intelligi mouere
per modum nature ad notitiam oīm intelligibilium. ¶ Ad
ad septimū septimam instantiam. Dico primo ꝙ si intelligatur ꝙ notitia
lapidis in intellectu diuino sit similitudo lapidis i. se per imi
tationem. hic sensus est falsus: quia tunc aliquo modo imi-
notitiā la- taretur creaturam. Si vero intelligatur ꝙ sit similitudo na
pidis in in- turalis lapidis: vt precise relucentis in essentia diuina hoc
tellectu di- modo posset cōcedi: accipiendo tamē similitudinem decla-
uino esse si- rationis: quia sic est declaratiua ipsius lapidis vt in essentia
militudinē diuina relucentis. Tertio potest intelligi ꝙ ipsa sit primo et
lapidis. 3. immediate similitudo naturalis essentie diuine: ⁊ si esset rea
ꝑt itelligi. liter distincta ab ipsa ⁊ non esset formaliter infinita. tunc p-
fecte imitaretur essentiam: quia ab ipsa proprie in sua enti-
tate dependeret ⁊ haberet esse: ⁊ hoc modo proprie est esse
similitudinem per imitationem. respectu vero aliorum obie
ctorum relucentium in essentia diuina esset similitudo natu-
ralis per imitationē scḋm qd tm̄. cum nullo modo depende
ret ab illis. esset enim secundaria similitudo pro quanto eēt
declaratiua ⁊ manifestatiua taliū obiectorū: vt expositum ꝑ
mo distinc. 2. parte secunda. ⁊ dist. 27. ⁊ in secundo dist. pri-
ad octauū ma. q. 1. ⁊ supra in quol. q. 8. ¶ Ad octauum. Dico primo ꝙ
non habeo pro inconuenienti: ꝙ talis notitia fundet ex na-
tura rei relationem ad omnia obiecta secundaria quatinus
ipsa est fundamentum reale. ⁊ concedo ꝙ si ipsa notitia diui
na respiceret obiecta secundaria in suo esse reali ⁊ actualis
existentie. i. ꝙ terminaretur ad illa vt actu existentiam se-
tunc talis relatio esset vere realis: sed casus est simpliciter
impossibilis: quia tunc intellectus diuinus vilesceret. termi
natur enim precise ad obiecta secundaria quatinus ipsa p-
scḋa solu°. cise relucent in essentia diuina: vt supra dixi. Dico secundo
⁊ forte melius: ꝙ talis notitia nullam relationem includit
ad obiecta secundaria. ⁊ hoc ex natura rei: quia non appa-
ret aliqua ratio: ꝙ talis notitia infinita includat huiusmo-
di relationem: sicut apparet in notitia creata propter sui fi-
nitatem ⁊ limitationem. vt patet in simili a Doct. in primo
dist. 30. vbi ostendit quomodo omnis causa creata dicat re-
lationem realem ad effectum. ⁊ tamen causa prima nullam
ad nonū et includat relationem realem: vide ibi. ¶ Ad nonum patz re
decimum. sponsio ex supradictis. ¶ Ad decimum. Dico ꝙ tale esse co
gnitum si accipitur precise pro relatione rationis quod fun
datur in esse obiectiuo. ita ꝙ lapis primo producitur ab essē
tia diuina in esse obiectiuo: ⁊ post mouet intellectum diuinū
ad notitiam illius. ⁊ tunc dicitur lapis cognitus. ⁊ sic ipsum
cognosci si sit aliquid saltem rationis fundatur in esse obie-
ctiuo lapidis: ⁊ hoc sufficit. ¶ Alia dubia ab aliis subtili°
inuestigentur. sunt enim ibi nonnulle singulares instantie.

tertius arti- **De tertio principali dicit Doct. ꝙ anima ex na-**
culus prin- turalibus in quocunqȝ statu: vel angelus non potest cogno
cipalis. scere essentiam diuinam sub ratione propria mediate sic in-
telligendo. ꝙ per obiectum cognitum medium: vel in obie-
cto cognito medio cognoscatur ratio eius: quia nihil potest
Expō lre. per se distincte intelligi hoc modo mediate: nisi in illo medio
cōtineatur essentialiter vel virtualiter: ⁊ hoc perfecte: id est

scḋm totam rationē sue cognoscibilitatis. essentia diuina
sic in nullo alio continetur. igitur. maior exponitur primo: et
deinde probatur. Cognosci per medium cognitum proprie
loquendo est quando tale medium vt prius cognitum cau-
sat notitiam illius: ⁊ sic dicimus proprie loquendo: ꝙ cogni
tio demonstratiua cognoscatur per principia nō absolute sū
pta: sed vt cognita. Et similiter dicimus: ꝙ veritates conte-
te in aliqua scientia cognoscuntur per subiectum vt cogni-
tum: in quo continentur: vt patet in prolog. q. 3. An modo re
quiratur cognitio actualis an sola habitualis: de quibus su-
pra dixi in prologo respondendo ad rationes Greg. vide ibi
Si actualis ponitur: tunc sensus est: ꝙ veritas contenta co
gnoscatur per notitiam medij: scilicet subiecti: ita ꝙ notitia
subiecti est formalis ratio causandi notitiam veritatis con-
tente. Si habitualis sufficit: tunc sensus est: ꝙ veritas con-
tenta cognoscatur per subiectum vt habitualiter notum: ⁊ di
citur habitualiter notum: non per aliquem habitū: sed quā-
do est perfecte presens vel in se vel in aliquo representati-
uo in ratione obiecti actu intelligibilis: tunc est habitualiter
notum: quia est in potentia propinqua ad cognosci: non ta-
men actu cognoscatur veritas contenta nisi prius medium
continēs actu cognoscatur: quia necessario prius mouet ad
notitiam sui ꝙ̄ ad notitiam contentorum: ideo contentū nō
potest actu cognosci nisi simul vel prius actu cognoscat con
tinens. Et de rigore sermonis ly per: importat formalem ra
tionem cognoscendi: cum dico. a. cognoscitur per. b. notatur
ꝙ. b. sit formalis ratio cognoscendi. a. Cognoscere vero. a. in
b. cognito proprie nō notatur ꝙ. b. sit formalis ratio cogno-
scendi. a. sed magis notatur ꝙ. a. reluceat in. b. sicut dicim°
ꝙ imaginatum relucet in imagine. ideo cognoscendo imagi
nem alicuius ipsum dicitur cognosci in imagine cognita: quia
cognita imagine cognoscitur imaginatū: ⁊ tamen imago nō
ponitur ratio formalis cognoscendi imaginatum. Sed ali-
quando accipitur. a. cognosci in. b. vt in ratione formali co-
gnoscendi: sed non accipitur tunc ita de rigore sermonis. Do
ctor autem vt videtur accipit medium vt est formalis ratio
cognoscendi: quia illud proprie virtualiter vel essentialiter
continet entitatem secundum totam cognoscibilitatem illi°
quod sic cognoscitur. Exposita sic maiore de medio. probat
ꝙ tale mediū nō ꝯtineat virtualiter vel eēntialiter entitatē
talis cognoscibilis. ⁊ ꝓbatio eius patet in littera: ⁊ de hoc
vide que dixi in secundo distin. 3. q. 10. Et hic adducit ꝓba-
tionem maioris. dicens quia obiectum quodcunqȝ si moueat
ad aliquam notitiam. tunc ſm vltimum virtutis motiue mo
uet ad propriam ⁊ perfectam notitiam sui: igitur nec po-
test mouere ad notitiam simpliciter perfectiorem illa: ⁊ per
consequens ad notitiam proprias perfectioris obiecti. Hic
sunt duo. primum est ꝙ obiectum motiuum intellectus ad
sui notitiam producit illam perfectam quantum potest: quia
mouet ad illam ſm totam virtutem suam. precise ergo ſm
perfectiorem entitatem quam habet in se formaliter conti
net totam cognoscibilitatem sui. ita ꝙ non maiorem. patz
quia cognoscibilitas sequitur entitatem: ita ꝙ perfectior co-
gnoscibilitas: sequitur vel est entis perfectioris. si ergo conti
neret perfectiorem cognoscibilitatem necessario contineret
perfectiorem entitatem. Cum ergo precise moueat ad noti
tiam sui ſm totam virtutem: sequitur ꝙ precise causet co-
gnitionem perfectam quantum obiectum est precise cogno
scibile. ⁊ si caret perfectiorem necessario esset maioris per-
fectionis ⁊ entitatis. Secundum est ꝙ si. a. perfectū preci-
se vt duo non potest causare nisi notitiam correspondentē
perfectioni. a. vt duo: sequitur ꝙ ipsum a. existens precise
perfectionis vt duo non poterit causare notitiam perfectā
obiecti perfectioris puta vt quattuor: quia est impossibile.
a. continere cognoscibilitatem eius: nec per consequens en
titatem eius: et sic patet. ¶ Doctor instat primo contra
rationem probando ꝙ non sequitur: ꝙ si. a. continet notiti- Instantia
am. b. ꝙ propter hoc contineat entitatem. b. quia sufficit ꝙ doctoris.
eā contineat. virtualiter illud cuius est causa: ita ꝙ ad hoc
ꝙ sit causa: non oportet ꝙ contineat illud cuius non est cau
sa. nunc autem quicquid moueret ad distinctam et perfec-
tam notitiam essentie diuine. non propter hoc oportet ꝙ
esset causa illius essentie: sed tm̄ causa illius notitie: licet
igitur non contineat illam essentiam: vt probabitur: si ta-
men contineat illam notitiam vt puta ꝙ sit perfectius ea: si
cut substantia est perfectior accidente: hoc sufficit ad hoc ꝙ
moueat intellectū ad talem notitiam. videtur autem ꝙ illa
notitia possit eminenter contineri in substantia angeli vel
anime: cum illa substantia sit multo perfectior ꝙ̄ notitia: ⁊
multo imediatior ipsi obiecto. s. diuino imediatione essen-
tiali: sicut dicimus ꝙ vna essentia est perfectior alia essentia

liter:quis immediatioꝛ prime substantie de qua immedia=
Rñ̄o doct. tione vide Docto.in quarto distin.12. ❡ Rñ̄det Doc.dicēs
ꝙ nihil sufficienter continet continentia virtuali ipsam no=
titiam nisi contineat obiectum cognoscibile tanq̄ propriuȝ
representatiuum eius.scilicet formale vel eius representa
tiuum virtuale.species autem propria obiecti ꝛ si sit respe=
ctu eius diminuta in entitate:tamen continet ipsam primo
modo tanq̄ scilicet representatū per ipsam formaliter. Sȝ
quando non est representatiuum formale obiecti: opoꝛtet ꝙ
contineat virtualiter tale representatiuum propꝛium. Et
quando est representatiuum sicut obiectum cognitum:tūc
opoꝛtet ꝙ contineat aliud obiectum quod per ipsum de=
Expō no= tabilis. bet cognosci. ❡ Pro maioꝛi intelligentia huius litere nota
primo ꝙ in cognitione abstractiua representatiuum forma=
le dicitur propꝛie species intelligibilis que ponitur eius simi
litudo naturalis ꝛ per imitationem : vt supra patuit.q.13.
Obiectū p̄sens p̄ spēȝ itelligibilē nō ē rō formalis cau= sandi noti= tiā sui sed species. Sed propꝛie non dicitur representatiuum formale : ex hoc
solo ꝙ est similitudo naturalis obiecti: sed ex hoc ꝙ obiectū
est per ipsam presens in ratione obiecti:actu itelligibilis nō
ꝙ obiectum sic presens per speciem sit ratio formalis cau=
sandi notitiam sui sed simpliciter species ipsa:quia obiectū
vt sic presens non habet esse reale actuale:sed diminutū
ꝛ species tn̄ habet verum esse reale: vt patet a Docto.in pri
mo disti.3.q.6.ꝛ sic ponitur species esse formaliter rationē
formalem intelligendi obiectū abstractiue:ꝛ hoc modo dici
tur obiectum per ipsam esse presens potentie vt actu intelli
gibile.ipsa eñ species continet obiectum tm̄ formaliter: q̄a
ipsa est immediata causa cognoscendi obiectum. Si dica=
Instantia ad holcm. tur ꝙ etiam videtur ꝙ ipsum contineat virtualiter:quia con
tinet notitiam eius ergo ꝛ entitatem eius: vt patet p illaȝ
ma. Doct.s.ꝙ continens virtualiter notitiam alicuius vir=
tualiter continet entitateȝ eius.modo species est posterioꝛ
obiecto perfectione ❡ Ad hoc patet responsio: in secunda
dist.3.q.9.vide ibi singularia dubia: vbi specialiter mota est
hec difficultas de specie intelligibili essentie diuine in intel=
lectu angeli:ꝛ hoc non opoꝛtet aliter replicare Secundo
nota ꝙ representatiuū virtualiter in notitia abstractiua.est
illud quod habet i virtute sua posse immediate causare re=
presentatiuum formale.scilicet speciem intelligibilem illi⁹
obiecti. Si ergo a.continet propꝛiam speciem.b. virtualr̄:
sequitur ꝙ.a.continet virtualiter entitatem b.probatur:qꝛ
a.quando causat speciem sui siue mediate siue immediate
causat eam s̄m totam virtutem suam:ita ꝙ sicut.a. natum
est representari per speciem vt quatuoꝛ.si non est impeditū
producit eam perfectam vt quatuoꝛ:quia sic.a. precise est i
telligibile vt quatuoꝛ.ꝛ sic illa species tunc representat.a.
vt intelligibile vt quatuoꝛ:quando est tante perfectionis ꝙ
potest producere (partialiter tamen) notitiam abstractiuā
vt quatuoꝛ ipsius.a.quia tunc.a.est perfecte presens in ra
Nullū obie ctū p statu isto pōt cā re imedia= te spēm sui i intellectu tione obiecti actu intelligibilis.modo predicto. Et dixi me=
diate vel immediate:mediate quia pro statu isto nullum ob
iectum causat immediate speciem sui in intellectu.sed pri=
mo in sensu exterioꝛi: vt expositū supra.q.13.ꝛ in primo di.3.
q.3.ꝛ prima ꝛ secunda.immediate quia vt comparatur ad
intellectum solutum puta ad intellectum angeli potest im=
mediate causare saltem partialiter speciem intelligibilē:sui
vt patet a Doc.in secundo distin.3.q.11. Si ergo obiectum
precise causat immediate vel mediate speciem sui perfectā
quātum potest.sequitur ꝙ precise eris ipsum obiectum tan
te perfectionis quante requiritur ad causandum illam spe
ciem. ergo si causat perfectioꝛem speciem. necesse est ꝙ sit
maioꝛis perfectionis in se.aliter non posset eā causare. Se
quitur ergo ꝙ si causat speciem alterius obiecti que necessa
rio in propꝛio obiecto requirit tantam perfectionem:ꝙ non
poterit ipsam causare nisi contineat virtualiter vel eminē
ter perfectionem illius obiecti:et hoc s̄m totam eius entita
tem: vt expositū in secundo dist.3.q.10.patet ergo quomodo
representatiuum virtuale obiecti:aut continens virtualiter
representatiuum formale obiecti opoꝛtet ꝙ contineat vir=
tualiter totam entitateȝ obiecti.ꝛ sic si.a.posset causare spe
ciem propꝛiam essentie diuine que dicatur.b.ipsum.a. conti
neret virtualiter entitatem.b.quia species illa cum sit pro=
prium ꝛ formale representatiuum precise ipsius.b.ita ꝙ il=
la species nata est causare notitiam.b.ita perfectā ꝛ distin
ctam quātū.b.est cognoscibile abstractiue ab intellectu. se
quitur ꝙ species illa requirat tantam perfectionē:vel maio
rē in obiecto virtualiter continente ipsam quantā requirit
in propꝛio obiecto. Sed obiectuȝ propꝛium si immediate ꝓ
duceret ipsam produceret precise s̄m totaȝ virtutem.ita ꝙ
perfectius nō posset producere. Dicit ergo Doc.ꝙ nihil suf
ficienter continet continentia virtuali ipsam notitiam : nisi
contineat obiectum cognoscibile tanq̄ propꝛium represen
tatiuum eius.s.formale vel virtuale:idest ꝙ obiectum sic con
tinens notitiam necessario.vel est formale representatiuuȝ
obiecti.sicut ponitur spēs.vel virtuale:idest ꝙ possit causa=
re spēm propꝛiam obiecti:cui⁹ ē continere notitiam. Dixi
tm̄ de representatiuo formali vel virtuali in cognitione abs
tractiua obiecti. Eodem mō videtur dicendum in notitia
intuitiua:representatiuū formale obiectum notitia intuitia **Repñ̄tatiuū formale ꝛ virtuale quid.**
eius est illud qđ immediate p̄t causare notitiam intuitiuā
eius:qꝛ per illud tale obiectum est presens in ratione actu
cognoscibilis intuitiue.virtuale vero est qđ non immediate
causat notitiam nec est immediate causatiuuȝ eius:sed cō
tinet virtualiter aliud qđ est formale representatiuū eius
qđ immediate est ratio formalis causandi notitiam eius in
tuitiuam. Exemplum primi:lapis in se presens potētie:est
formale representatiuum sui.qꝛ vt sic presens est actu co=
gnoscibilis intuitiue ꝛ actu potest notitiam sui intuitiuam
immediate causare:vel si aliud immediate causaret notitiā
intuitiuam lapidis diceretur formale representatiuū eius
modo preexposito. Exemplum scđi. voluntas diuina non
causat immediate notitiam lapidis intuitiuam:tamen im=
mediate causat aliquid qđ continet virtualiter s̄m totam
eius entitatem:qđ causatum potest immediate cāre noti=
tiam intuitiuam lapidis:siue potest esse eius formale rep=
sentatiuum.tunc voluntas diuina ponitur precise repñ̄=
tatiuum virtuale ipsius lapidis.vsq̄ huc dixi de represen=
tatiuo formali vel virtuali:siue in notitia abstractiua siue in
tuitiua qñ.s.tale representatiuū nō ē representatiuū vt ob=
iectum cognitum:sed absolute.patet.qꝛ species intelligibi
lis non cāt notitiam obiecti vt cognita:nec similiter conti=
nens ipsam virtualiter cāt eam vt cognituȝ.ꝛ sic de alia.
Deinde nota ꝙ aliquando representatiuuȝ representat vt
cognitum.videlicet ꝙ ipm̄ vt cognitum cāt notitiam obie=
cti representati. ꝛ hoc modo tale representatiuū continet
aliud:qꝛ vt cognitum non representat se:qꝛ tunc vt cogni=
tum cāret notitiam sui qđ non est intelligibile. opoꝛtȝ ergo
qđ contineat aliud qđ possit cognosci per ipsum vt cogni=
tum. Siue loquamur de cognito abstractiue siue intuitiue.
Sed de repñ̄tatiuo non vt cognito non est necesse ꝙ aliđ
contineat. patet:qꝛ obiectum in se presens ꝛ motiuum:ad
sui notitiam dr̄ representatiuum sui.idest ꝙ vt sic est actu
intelligibile : et vt sic potest immediate cāre notitiam sui.
Et hoc est quod dicit. Et sic patet ista littera. ❡ Secun=
do principaliter arguit contra conclusionem. probando ꝙ **Arguit sco. scđo ꝯtra conclu sionem.**
angelus ꝛ anima possint cognoscere deitatem distincte ex
propꝛiis naturalibus.ꝛ arguit sic primo.illđ quod est ima
go propꝛia alicuius obiecti videtur posse distincte cognosci
illud cuius est imago.sic enim sensus visus distincte cogno
scit obiectum in speculo.nunc autem non solum angel⁹:sed
etiam anima est imago dei s̄m Aug.14. de tri. capitu.8.
vterq̄ autem potest cognoscere seipsum ex puris natura=
libus:sicut de ipsa anima de qua minus videt̄: vnde Aug.
14.de trinita.capitulo vltimo:quoniam semper se nosset
semperq̄ seipsam velle compꝛehendebatur:simul etiam se
sui meminisse semperq̄ seipsam intelligere et amare com=
prehenderetur quamuis non semper se cogitare discretam
ꝛc.ꝛ libꝛo.14.capitulo.4.vel.9.diximus mentem noscere
semetipsam. nihil enim tam nouit mens q̄ illud quod sibi
presto est:nec menti magis quicq̄ presto est q̄ ipsa sibi:ide
est ꝙ ipsa est sibimet perfecte presens in ratione obiecti ac
tu intelligibilis saltem loquendo de anima a coꝛpoꝛe solu=
ta. ❡ Secundo instat.per hoc ꝙ intellectus creatus btūs
potest naturaliter cognoscere suum actum beatificum:igr̄
per illum potest naturaliter cognoscere obiectum. conse=
quentia ista probatur. Tum qꝛ actus est naturalis similitu
do obiecti.immo videtur esse expꝛessioꝛ similitudo q̄ esset
species intelligibilis ipsius obiecti si poneretur. igitur obie
ctum potest distincte cognosci per ipsum:vt per naturalem
similitudinem sui. Tum qꝛ non videtur ꝙ actus possit co=
gnosci vt est huius obiecti nisi cognosceretur hoc obiectuȝ
sub ea ratione:sub qua ipsius est actus: sed actus est ipsius
obiecti sub ratione propꝛia ꝛ perfectissima obiecti : aliter
non esset actus beatificus. ❡ Respondet Doctoꝛ. Primo **Respōsio scoti.**
s̄m opi.aliquoꝛum.negando ꝙ anima vel angelus possint
ex suis naturalibus cognoscere se distincte nec similiter ac=
tum beatificum. Et hoc Doct.impꝛobat:qꝛ anima ꝛ ange=
lus ꝛ actus beatificus per se continentur sub obiecto pri=
mo motiuo intellectus tam anime q̄ angeli. ideo sequitur
ꝙ ex puris naturalibus possunt ista cognosci distincte ab in
tellectu tam aīe q̄ angeli. Secundo dat responsionem pro
pꝛiam concedendo vnū ꝛ negando aliud:cōcedit ꝙ ange=

lus potest seipsum distincte cognoscere:idest ꝙ potest essen
tiam suam sm̄ totum suum esse absolutum perfecte cogno
scere. Et hoc probauit in secūdo dist.30.q.8.supponendo ꝙ
obiectum actu intelligibile habet partialem causationez re
spectu intellectionis: ꝛ similiter intellectus aliam partialez
Et ex hoc arguit probando ꝙ angelus possit cognoscere se
ipsum per essentiam suam. ¶ Et primo sic.omnis causa p
tialis que est in actu sibi perfecto proprio sm̄ ꝙ talis causa
potest causare causalitate sibi correspondēte effectū: ꝛ quā
do est vnita alteri cause partiali in suo actu potest cum ea
perfecte causare:sed essentia angeli est de se in actu primo
correspondente obiecto:quia de se est actu intelligibilis.et
etiam de se est vnita intellectui : sicut obiectum in coniun
ctione vtriusqꝫ cause partialis.ergo potest immediate cum
alia causa partiali vnita habere actum perfectum intelle
ctionis respectu sue essentie. ¶ Preterea 2° in intellecti
bus habētib⁹ species intelligibiles.i.sic species virtute ob
iectorum cum intellectu causant intellectionem: in quibus
tamen obiecta habent esse diminutum : ergo si in se habent
tale esse absolutum ꝛ esse simpliciter.s.actu intelligibile pos
sent melius ꝛ verius causare eundem effectuz.quia quicqd
potest causari ab aliquo diminute tali in aliquo esse virtute
alicuius simpliciter:talis pōt ab illo simpliciter tali causari
sed essentia angeli vt in se est presens itellectui suo:q̄ essen
tia est simpliciter tale.s.actu intelligibilis in se : qualis ipsa
est sm̄ quid in specie intelligibili:igitur si in specie intelligi
bili vbi habet esse tale sm̄ qd potest causare intellectionem
multo magis hoc potest vt est in se sm̄ esse simpliciter. Et
vide que ibi exposui. Hoc idem dicendum est de anima: vt
patebit in 4°.distin.45. Sed negat aliud.s. ꝙ angel⁹ vel
anima possit cognoscere se sub illo respectu siue relatione
qua refertur ad ipsum deum sub ratione deitatis quia non
pōt naturaliter cognosci relatio nisi naturaliter precogno
scatur terminus:vt patuit in prolo.q.1.ꝛ penultima. ꝛ dist.
8.q.1.ꝛ sic sequitur ꝙ nō potest se cognoscere sub illa ratio
ne formali qua est imago:quia sic posset cognoscere relatio
nem qua refertur vt imago ad imaginatum. ꝛ sic oporteret
prius cognoscere ipsam trinitatem distincte ad quam termi
natur relatio imaginis:sed trinitatem naturaliter non pōt
cognoscere:vt patet ergo nec seipsum vt imaginem. Et pro
ista responsione videtur esse illud Aug.15.de tri.c.24: vel
7.qui vident inquit suam mentem ꝛ in ea trinitatem istam
scꝫ memoriam intelligentiam.i.actum intelligendi ꝛ volun
tatem.i.actum volendi (memoriam perfectam accipit pro
ut comprehendit intellectum ꝛ voluntatem cuꝫ obiecto: vt
patet in primo dist.3.q.vltima nec tamen credūt ea que in
telligunt esse imaginem dei. speculum quidem vident : sed
vsqꝫ adeo non vident per speculum: vt.s. ipsum speculuꝫ qd
vident sciant ipsum esse speculum.i.imaginem.i.ꝙ q̄uis vi
deant me.intelligentiam ꝛ voluntatem que sunt vere ima
go dei.non tamen vident eam sub illa ratione qua sunt ima
go dei:siue sub illa ratione qua referuntur ad imaginatuꝫ.
¶ Contra hanc responsionem arguit Doc.dupliciter. Pri
mo sic.relatio imaginis vel est idem cum essentia anime vel
angeli:vel saltem necessario consequens naturam eius: igi
tur per ipsam cognitam potest ipsa relatio cognosci. ante
cedens probatur:quia ipsa relatio dependentie essentialis
vel est idem nature dependenti:vel necessario consequitur
quia si contingenter adueniret nature natura posset esse si
ne illa dependentia ꝛ ita non essentialiter depēderet. ꝛ hoc
satis probatum est a Doc.in 2° di.1.q.5.vel.4.relatio aūt
imaginis videtur esse relatio dependentie imitantis ad illō
qd imitatur: vt exposui in primo dist.3.q.vltima.consequen
tia patet:quia si talis relatio est idem realiter nature:sequi
tur ꝙ natura ꝛ relatio sunt simpliciter vna res realiter ꝛ p
consequens cognoscens distincte naturam distincte cogno
scet illud quod est eadem res cum natura. ¶ Secundo sic.
potentia potest cognoscere quodcunqꝫ contentum sub suo
obiecto primo naturali.nunc aūt sub ente naturali limitato
qd est obiectū naturale intellectus creati continetur illa re
latio imaginis:quia ipsa non est infinita cuꝫ sit in fundamē
to finito ¶ Respondet Doct.ad primū ꝙ relatio non pōt
cognosci nisi cognoscatur vtrunqꝫ extremum:qñ igitur fun
damentum non includit terminū in ratione cognoscibilita
tis ipsum non est causa sufficiēs ad cognoscendū relationē
quia relatio in ratione sue cognoscibilitatis includit tā ter
minū q̄ȝ fundamētū.i. ꝙ fundamentum ꝛ terminus sunt q̄
precise ꝛ immediate mouēt intellectū ad notitiā relationis
oporteret ergo ꝙ fundamentum includeret virtualiter ter
minum relatiōis sm̄ totā suā entitatē:ad hoc vt esset cā suf
ficiens mouendi intellectum ad notitiaꝫ relationis.sicut de
us qui ponitur terminus relationis creature:pōt immedia
te mouere intellectū creatū ad notitiā relationis termina
te ad ipsam ꝛ fundate in creatura ipsa creatura nō concur
rente:quia ipse deus virtualiter continet totā entitatē fun
damenti:sic in proposito fūdamentuꝫ non est causa suffici
ens nisi contineat virtualiter totam entitatem termini.mo
do est impossibile ꝙ creatura contineat deum sub ratione
deitatis. Et cum arguitur ꝙ ipsa relatio necessario conseq
tur fundamentum. Ex hoc non sequitur ꝙ per ipsum possit
perfecte cognosci nisi esset entitas absoluta : ad cuius co
gnitionem non requiritur aliud cognosci in ratione termi
ni:qꝛ talis entitas absoluta pt̄ distincte cognosci quocunqꝫ
alio extrinseco non pertinente ad rationem formalez eius
ꝛ intrinsecam circūscripto. Sed non est sic de relatione : q̄
necessario includit terminum non vt aliquid sibi intrinsecuꝫ
et pertinens ad suum esse quidditatiuum:sed requirit qꝛ ipa
relatio est formaliter tendentia in terminum. ¶ Contra.
Hic probat ꝙ solum fundamentum sit sufficiens ratio co
gnoscendi relationem ꝛ arguit sic.qd includit aliud in enti
tate includit in cognoscibilitate.fundamentum illud inclu
dit relationem istam in entitate si necessario consequitur ip
sum.igitur includit ipsam ꝛ in cognoscibilitate. ¶ Rñdet
ꝙ non includit eam in entitate vt totalis causa:sed vt pri
ma causa supposita tñ alia causa.s.termino:qꝛ ꝛ ipsuꝫ fun
damentum illam aliam cām supponit. Similiter concedit
ꝙ includit eam in cognoscibilitate presupposita alia cā ei⁹
in cognoscibilitate.ꝛ hoc si simplr̄ simplr̄:si aliqn alicuiꝰ
tñ cognoscenti.s.angelo vel anime ꝛ hoc naturaliter siue
ex causis naturaliter motiuis non presupponitur obiectuꝫ
siue terminus esse naturaliter cognoscibilis : ꝛ ideo lꝫ fun
damentum sit huic naturaliter cognoscibile non sequitur re
lationem huic esse naturaliter cognoscibilem:qꝛ nec termi
nus eius est naturaliter cognoscibilis. Aduerte tñ ꝙ funda
mentum est cā illius relationis fundamentalis:qꝛ immedi
ate recipitur in ipso.ꝛ etiam causa suo modo immediate ef
fectiua:terminus vero:ꝛ si ponatur cā in ratione terminā
di:cum sit simpliciter impossibile ipsam esse actu ꝛ non esse
ad talem terminum cuꝫ ipsa sit formaliter tendentia in ter
minum tñ ꝙ terminus sit cā effectiua ipsius totalis siue p
tialis videtur satis dubium per ea que dixi supra. q. 11. nec
hoc expresse habetur a Sco. Sufficit ergo ꝙ relatio in sua
entitate ꝛ in cognoscibilitate dependeat a termino in ratio
ne precise termini cum ipsum necessario ad suum esse requi
rat : vnde si per possibile vel impossibile posset immediate
cāri ab alio q̄ȝ ab extremis adhuc necessario reqreret extre
ma ad suum eē pertinentia:qꝛ ex quo est formaliter ad aliō
si illud aliud non eēt nec ipsa eēt de hmōi materia prolixe
dictum est supra.q.11.in dubijs ibi positis. Ponitur ergo
fundamentum vt cā eius proxima vt ipsam terminās in ra
tione fundamenti.ꝛ ponitur alia cā terminus vt terminās
necessario eius dependētiam:qꝛ ergo necessario depēdet a
fundamento in quo ponitur:qꝛ est impossibile ipsam eē si
ne fundamento ꝛ similiter necessario dependet in suo esse a
termino.ideo quantum ad hoc ponitur fundamentum cā p
tialis:ꝛ terminus alia cā partialis non faciendo mentionē
de cā effectiua. Sed qꝛ teneo ꝙ causetur effectiue etiaꝫ ad
ad mentem doc.ꝛ ꝙ tñ effectiue a fundamento. hec dicere
volui. ¶ Ad secundum. Dicit doct. ꝙ ens limitatum et ad
se : vel si etiam est limitatum et ad alterum tamen limita
tum est naturale obiectum intellectus creati. Sed entitas
limitata in se que est eēntialiter ad alterum illimitatum nō
est naturaliter intelligibilis ab intellectu creato sicut nec
terminus sine quo ipsa intelligi non potest. modo relatio
creature ad deuꝫ licet sit in se formaliter limitata est tamē
ad terminum simpliciter illimitatum. et sic potest dici illi
mitata terminatiue. ¶ Dicit etiam doc. ꝙ licet iste rationes
probabiliter videantur saluare ꝙ absoluta entitas anie vel
actus beatifici posset naturaliter intelligi ab anima : licet
naturaliter non possit intelligi ab ea relatio ad terminum:
nec per consequens oporteat deuꝫ intelligi in ratione ter
mini illius relationis. Tamen rationes ille de anima et de
actu videntur habere aliam difficultatem. vnam commu
nem:qꝛ per illud quod est naturalis imago obiecti potest ip
sum obiectum cognosci:licet per hoc quod est imago nō co
gnoscatur relatio imaginis. Exemplum per specieꝫ albi in
oculo videtur album. licet non cognoscatur relatio illius
speciei ad album ita est de intellectu ponendo speciem in
telligibilem. Et ratio est quia relatio illa fundata in specie
sensibili vel intelligibili non est formalis ratio cognoscen
di obiectum sed illa forma in qua fundat relatio. Igitur in
proposito:licet non naturaliter intelligatur relatio anime

Nō pōt naturalit̄ cognosci relatio nisi termino naturaliter precognito.

Aduerte. quō fundamentum ꝛ termin⁹ dicūr diuerso respectu cāe relationis

vel actus beatifici ad deum: tamen q3 est tale fundamentum quod ex se est similitudo obiecti per ipsum poterit cognosci obiectum. ¶ Videt autem stare ratio prius facta de actu: q3 actus videtur esse formalis similitudo obiecti et actualior q̃ species intelligibilis si poneret respectu .s. essentie diuine. igitur si per speciem obiectum potest distincte intelligi vel cognosci magis vel eque poterit intelligi p actū. ¶ Videtur etiam stare aliud qd fuit ibi tactū: quia q actus intelligatur vt est obiecti et non intelligatur obiectū sub illa ratione sub qua terminat actum videtur esse contradictio: nunc autem ex naturalibus anima que beata est potest cognoscere ex natura sua actum beatificum vt est beatificus et per consequens vt est obiecti beatifici. quia et si nō habeat actum illum ex natura sua tamen super illū actum tam existentem potest reflecti et hoc virtute sua naturali. Qd pbo primo per illud .15. de trini. ca. 11. vbi dicitur. Qui dicit scio me viuere vnum aliquid se scire dicit. proinde si dicat scio me scire me viuere duo sunt. et sequitur: sic potest addere tertiū et quartum et innumerabilia si sufficiat. potest mq̃ virtute naturali si tñ sufficiat ad continuandum istos actus reflexos. Et hoc dicit: quia non posset hmōi actus cōtinuare nisi semper presupponēdo omnes alios premissos simul esse. puta si habeo centesimum actum reflexum simul habeo .99. precedentes et sic de aliis. et propter hoc dicit: si sufficiat ad continuandum in infinitum hmōi actus reflexos. ¶ Hoc pbatur secundo: quia si ad actum reflexiōis requiritur aliqd supernaturale pari ratione ad nouum actum nouum supernaturale: et tunc sicut in infinitum potest procedi in actibus reflexionis. sic in infinitum requiritur aliud et aliud supernaturale quo reflectatur. ¶ Confirmatur: quia actus tertius haberet se ad secūdum sicut reflexus ad rectum. si igitur posito actu recto nō potest anima reflecti super illum nisi virtute alicuius supernaturalis ad hoc eleuantis. pari ratione nec per tertium potest reflecti super secundum nisi per aliud supernaturale. ¶ Hoc pbatur tertio. quia intellectus actū quem habet potest percipere et experiri. et hoc sm propriam perfectionem illius actus et ex natura ipsius potentie: sicut quando video ex virtute potentie naturalis percipio me videre: et possem illud ex ratione virtutis visiue percipere si esset reflexiua sicut intellect⁹.

Rñdet ad instantias. ¶ Rñdet do. ad istas instātias pmittendo vnā distinctionē .s. q aliqd esse mediū in cognoscēdo potest itelligi dupliciter. Vno modo q sit medium cognitum sic q per ipsum cognitum cognoscatur aliud: sicut cognoscitur conclusio per principium. Alio modo q nō sit medium cognitum sed ratio cognoscendi solum: sicut species sensibilis in sensu est ratio sentiendi. primo modo nihil est medium cognoscendi obiectum illud nisi contineat in se cognoscibilitatem illius obiecti: sm quam istud cognoscitur p illud: quia si istud excedat illud in cognoscibilitate: tunc illd qualitercunq3 perfecte cognitum deficiet ab isto cognito in cognoscibilitate. Et hoc patet. quia si .a. cognoscitur per .b. vt cognitum. ita q .b. vt cognitum sit ratio cognoscendi .a. sine causandi notitiam perfectam et distinctam .a. sequitur q .b. continebit .a. sm totam ei⁹ cognoscibilitatem. patet. quia .b. vt sic est causa sue cognitionis et causat ipsam sm totam suam virtutem: et per consequens causat illam quātum est cognoscibile: vt supra expositū. Si ergo vt sic cognitum causat notitiam alterius quantum ipsum est cognoscibile: sequitur q cōtinebit cognoscibilitatem illius et p consequens entitatem. Sed non potest continere cognoscibilitatem obiecti perfectioris: patet quia tunc vt cognitum causaret notitiam perfectam illius quantum est cognoscibile. hoc autem est simpliciter impossibile. quia vt causat cognitionē sui causat perfectam quantum potest. ergo ad causandum illā requiritur tota eius perfectio et virtus. Si ergo ponatur causare perfectionē qualis est illa que est pfectionis obiecti nō poterit causare p pfectionē quā precise habet ad causandū cognitionē sui perfectā: ergo per maiorem perfectionem et per tantā pfectionē quāta requiritur ad causandum notitiam perfectā3 perfectionis obiecti. sed obiectū imperfecti⁹ non habet tantā perfectionem quāta requiritur: ergo si posset causare vt cognitū cognitionē perfectionis obiecti necessario contineret illud sm totā eius cognoscibilitatem. et per consequens sm totā eius entitatē et sic patet rō. ¶ Sed loquēdo de medio secundo modo qd scilicet est ratio cognoscēdi nō vt cognitū. dicit q aliquid potest esse mediū cognoscendi aliud licet cognoscibilitas sua propria deficiat a cognoscibilitate illius: dū tamen sit natū ducere in illud vt cognoscibile. et sic species intelligibilis hoc mō ponitur mediū cognoscendi: q3 potest esse ratio formalis cognoscendi obiectū cui⁹ est talis species: vt supra patuit. Et p hoc patet responsio ad primum: q3 licet anima sit imago dei tamē non est nata esse mediū3 cognoscendi deum scdo modo: q3 si vt cognita esset sic medium necessario contineret entitatem dei perfectam. Sed si ponitur medium tñ ponitur medium primo modo vt haberi potest ex auctoritate Augustini supra adducta. qui videt suam mentem etc. Mediū3 aūt cognoscendi secundo modo respectu istius medii vt cogniti est aliquod proprium formale representatiuū3 ipsius aīe et per illud cognoscitur anima sub propria ratione tanq̃ pfectissimum representabile per illud: et per consequens per illud non potest intelligi deus sub ratione sue intelligibilitatis: sed tñ in aliquo diminuto intelligibili imitante et participante intelligibilitatem eius. ¶ Per idem ad secūdum: q3 actus est similitudo cognita: et talis non sufficit ad cognoscendum illud cuius est actus sicut species intelligibilis in vno intellectu visa alii intellectui videnti eam non sufficeret ad perfecte cognoscendum obiectum cuius est. ¶ Contra. actus in illo intellectu cui inest est ratio perfecta attingendi obiectum tanq̃ presens per illu3 actum igitur ēt cui iste actus est presentialiter notus: ille per illu3 actum notum poterit attingere illud obiectum: q3 per illum actum et in illo habet idem obiectum sibi presens. ¶ Rñdeo. intellectus cui actus inest: per illum vt rationem primam attingendi attingit obiectum supposita tamen presentia obiecti propria. cui autem ille actus est cognitus nō habet illum: vt sibi propriam rationē attingendi. Sed ad hoc q habeat actum quo formaliter attingeret: oporteret habere alium actum: et cum hoc propriam presentiam obiecti. Nota q aliud est esse rationem propriam intelligendi siue causandi notitiam obiecti. et aliud est esse rationem propriam et proximam attingendi obiectum: quia primo modo ponitur causa actus intelligendi: secūdo modo ponitur precise ipse actus intelligendi: quia potentia habens illum formaliter attingit obiectum et actu per illum percipit obiectū in se. Et ideo posito q nunc habeam actum quo intelligo lapidem in se presentem si cognosco illum actum in me nō propter hoc cognosco obiectum cuius est: patet quia ille actus secundus non terminatur ad obiectum i se sed precise ad actum rectum quo intelligo obiectum in se. et ideo sola visio actus non sufficit ad videndum obiectum illius actus: quia oporteret videre obiectum per actum immediate ad ipsum terminatum: licet ergo actu recto immediate terminato ad obiectum videam obiectu3 quando est presens non tamen sequitur q per illū actum siue in me siue in alio videam obiectum: quia actus ille rectus et si sit similitudo obiecti cognita non tamen est ratio causandi notitiam distinctam obiecti cuius est. ¶ Ad aliud cum arguitur q anima ex natura sua potest reflecti super actum beatificu3 vt beatificus est: hoc posset negari: verum quidem est q potest reflecti sed non nisi virtute illius virtute cuius habz actum rectum. Nec plus probat auctoritas Aug. quia nō dicit q possit semper ex sola natura. sed si habet actum rectū pt reflecti super illum vel ex virtute illius per qd h3 actu3: et nō sequitur illud icōueniens de pcessu in infinitū: q3 idē supernaturale sufficit ad actum rectum et ad oēs reflexos: .s. ipsa voluntas diuina que causat actu3 rectum btificum. ¶ Ad idem etiam de sensu. patet: quia q percipio me videre esto q hoc non fit per potentiam visiuam: tñ non est per potentiam inferiorem sed per superiorem: cuius est cognoscere visionem.

In isto articulo sūt aliqua parua dubia. Primo in hoc q nihil potest intelligi per aliquid vt per mediū cognitu3 nisi tale mediū contineat illud virtualiter vel eētialiter sm totam eius cognoscibilitatem. Dubia circa istam. Quero primo quid intelligitur per medium cognitum: vt cognitum. aut intelligitur de medio cui inest cognitio propria. aut de cognitione qua cognoscitur. Primo instatur. Si primo: ergo non est ratio cognoscendi vt cognitum: sed est ratio cognoscendi vt precise entitas talis. Si secundo: contra quia talis notitia non est ratio causandi cognitionem alterius: quia tunc contineret illud secundum tota3 cognoscibilitatem: quod non videtur de cognitione maxime quando per medium cognitum cognoscitur substantia aliqua. ¶ Secundo instatur: quia cū accipitur per medium cognitum vt cognoscitur aliud. aut hoc vt accipitur reduplicatiue: et tunc sequitur q esse cognitū illius medii esset causa cognoscendi aliud: quod est falsum 2° quia vt sic habet tñ esse diminutum. aut accipitur specificatiue et tunc sensus est q tali medio vt sic cognito non repugnat q per ipsum aliud causetur. et tunc quero vt prius: q3 aut causat vt habet precise esse cognitu3. aut absolute: aut

vt est aliquod totum per accidens. quocunq3 dato sequitur
3° inconueniens. ¶ Tertio instatur: ꝛ accipio aliquod princi=
pium per quod vt cognitum cognoscitur cõclusio. puta ista
conclusio: homo est risibilis: per hoc principium cognitum
animal ratio nale est risibile. Tunc quero dicatur principiuʒ
a. ꝛ conclusio. b. notitia. b. a quo immediate causatur. aut a
notitia. a. ꝛ hoc non: quia talis notitia contineret conclusio
nẽ sm̃ entitatem suam totam. aut causatur ab. a. absolute:
ꝛ tunc. a. contineret totam entitatem. b. ꝛ per consequens
extrema ipsius. b. ꝛ sic contineret entitateʒ hominis qui po
nitur vnum extremum: qđ non videtur quia contineret seip
4° sum. aut causatur ab. a. includente tam principium ꝙ con=
clusionem ꝛ hoc est tm̃ vnum per accidens. ¶ Quarto sic:
quia ponitur deus sub ratiõe deitatis esse primum subiectũ
theologie in se vt primo notum: vt patet in prologo questio
ne. 3. ꝛ sic vt primo notus continet omnem veritatem in illa
scientia contentam: ꝛ sic per ipsum vt primo notum potest
causari notitia omnium veritatum contentarum in theolo=
gia in se. Tunc sic. ipse vt primo notus ponitur subiectum
theologie beatorum: ergo vt primo notus continet notitiã
omnium veritatum theologicarum respectu intellect⁹ bea
ti creati: ꝛ tunc mouebit necessario talem intellectum ad no
titiam non tm̃ sui sed ꝛ omnium contentorũ. patet: quia nõ
ponitur voluntas sic subiectum: vt supra patuit. ¶ Respõ
Ad rationes ꝯtra primũ dubium. deo premittendo vnum. q quando doc. dicit q per medium
cognitum cognoscitur aliud: sic debet intelligi q. a. si poni=
tur ratio formalis causandi notitiã. b. q nunꝙ poterit cau
sare notitiam. b. nisi prius sm̃ totam virtutem suam causet
in eodem intellectu notitiam sui perfectam. quia obiectum
motiuum per modum nature pri⁹ necessario mouet ad sui
notitiam perfectam: ꝙ ad notitiam alterius: quia non põt
a. causare notitiam. b. in intellectu. c. nisi. a. sit perfecte pre=
sens. c. ꝛ vt sic prius necessario causat notitiam sui perfectã
quantum potest: vt etiam supra exposui ꝛ non potest perfe
ctiorem causare: quia scđm totaʒ eius virtutem ꝛ perfectio
nem quam habet causat. perfectiorem causare non posset
nisi haberet in se maiorem perfectionem: ꝛ per consequens
non potest causare notitiã. b. in. c. si. b. est perfectius intelli
gibile ꝙ. a. nisi contineret totam intelligibilitatem siue to=
tam entitatẽ. b. cum ad perfectam notitiã. b. requiratur tan
ta perfectio. Dicitur ergo mediũ vt cognitũ causare notitiã
alterius ꝛc̃. quia per cognitionem ipsius medij argum⁹ de
cognitione alterius vel perfectioris vel imperfectioris: ꝙ
si. a. vt presens. c. causat necessario cognitionem sui perfe=
ctam vt. 4. ꝛ perfectiorẽ causare non potest. Si causat co=
gnitionem b. vt duo perfectã signũ est q. a. continet perfe=
ctionem. b. que requiritur ad cognitionem ipsius. b. Si ve=
ro. b. sit cognoscibile vt. 6. que cognitio requirit in causa p=
fectionem forte vt. 7. tunc talis cognitio non poterit causa
ri ab. a. quia tunc contineret entitatem. b. vt. 7. sed tm̃ ha=
bet perfectionem. vt. 4. quia non potest causare notitiã ni
si perfectam vt. 4. Hoc modo debet intelligi per mediũ co
gnitum. non q cognitio eius sit causa: nec q necessario req=
ratur: sed quia tale medium non posset causare vt obiectũ
notitiam alterius obiecti nisi prius causaret sui notitiam:
Sed non est sic de specie intelligibili: quia ipsa causat noti
tiam obiecti: ꝛ tamen non causat prius notitiã sui. Si etiã
dicatur q notitia obiecti virtualiter cõtinentis aliud est ra=
tio causandi notitiam illius: non requiritur tunc q talis no=
titia cõtineat virtualiter entitatem illius obiecti sed sufficit
q sit notitia perfecta talis obiecti virtualiter continẽtis ali
ud obiectum sicut etiam dixi in prologo. questione. 3. respõ
dendo ad rationes Grego. vide ibi. prima tamẽ responsio
videtur melior ꝛ magis ad propositum: scilicet q obiectum
sit notum habitualiter: ꝛ tamen non causat notitiam alte=
rius nisi actu sit prius cognitum: non q cognitio sit forma=
lis ratio causandi sed ipsum obiectum vt actu notum habi=
tualiter: idest vt presens intellectui in ratione actu intelli=
gibilis. vt exposui in prologo. vbi supra. ¶ Hoc premisso
Rñsio ad primũ scđm ꝛ tertium. patet responsio ad primum argumentũ. et similiter ad alia
sequentia. Cum dicatur in tertio argumento. Dico secundũ
primum modum q principium continet conclusionem. idest
q medium in tali principio: scilicet animal rationale conti=
net conclusionem idest inherentiam passionis ad subiectum
non enim intelligo q contineat subiectum sed sufficit q cõ=
tineat predicatum ꝛ inherentiam ipsius ad subiectuʒ: ꝛ hoc
modo est ratio cognoscendi huiusmodi inherentiam quam
virtualiter continet. Nam cum dico q principium continet
veritatem conclusionis nihil aliud intelligo nisi q continet
conformitatem siue inherentiam predicati ad subiectũ: vt
exposui in prolog. questiõe. 3. articulo primo: vide ibi singu=
larem expositionem. ¶ Ad quartum: patet responsio: q2 Ad q̃rtum
non ponitur deus vt primo notus esse ratio formalis conti
nendi omnem veritatem: ita qđ notitia illa contineat: sed
dz continere vt primo notus habitualiter id est vt perfecte
presens intellectui in ratione obiecti actu intelligibilis: tñ
in aliquo intellectu non potest immediate causare notitiã
alicuius contenti nisi prius causet notitiã suam intellectu
creato non causat notitiam sui ꝛ per consequens nec alte=
rius: sed voluntas diuina potest supplere vicem talis ob=
iecti: vt exposui in questione. 3. ¶ Secundo principaliter Dubiũ secundũ principale.
dubitatur: q2 Doc. videtur concedere q q̃n medium cogni=
tum continet aliquid virtualiter vel essentialiter q possit
causare notitiaʒ illius perfectam. Contra. primo: q2 causa Primo instatur.
effectiua siue equiuoca siue vniuoca continet virtualiter ef
fectum ꝛ tñ non omnis effectus cognoscitur per eam tanꝙ
per medium cognitum: patet de multis. nam per solem co
gnitum non cognoscunt̃ omnes effectus solis. Nec valet
dicere q sol non continet aliquem effectum scđm totam ei⁹
entitatem: q2 ad omnem effectum solis principaliter cõcur
rit cã prima. immo plus dependet a cã prima vt pʒ. Con=
tra. Tum quia non sequitur. Deus continet omnem effec=
tum scđm totam entitatem. ergo cognoscendo deuʒ sub ra
tione ꝓpria poterit cognoscere omnem effectum perfecte
non sequit̃: vt supra patuit. Tum etiam: q2 Deus continet
etiam passionem hõis. ꝛ tñ non cognito Deo potest imme
diate cognosci passio per subiectum cognituʒ. ꝛ hoc est: q2
virtualiter continet illam. ergo sic erit de sole. ¶ Secundo 2°
instatur: q2 voluntas diuina continet virtualiter omneʒ ef=
fectum ꝛ tñ p ipsam vt cognitam etiam perfectissime non
cognoscitur omnis effectus: immo nec potest cognosci: vt
patet de beatis perfecte cognoscentibus ipsam voluntatẽ
diuinam qui tñ possunt de nouo acquirere cognitionẽ mul=
torum vt patet a doct. in quarto dist. 45. ꝛ in scđo. disti. 3.
questione vltima. ¶ Tertio instatur: q2 homo continet eẽn 3°
tialiter omnia superiora ꝛ tñ homo cognitus non est ratio
cognoscendi omnia superiora perfecte: patet q2 superiora
sunt ratio cognoscendi hominem distincte: vt patet a doct.
in primo distinctione. 3. q. 2. aliter sequeretur circulus: quia
tunc idem respectu eiusdem puta. a. respectu. b. esset ratio
cognoscendi. b. ꝛ econtra. b. esset ratio cognoscendi. a. Silr
hoc idem videtur de homine respectu partium eẽntialium:
q2 homo continet eẽntialiter animam ꝛ corpus ꝛ tñ p ho= 4°
minem cognitum non cognoscitur distincte anima. non eñ
humanitas cognita causat notitiam distinctam ipsius aĩe.
¶ Quarto instatur: q2 paternitas in nobis continet eẽn=
tialiter omnem conceptum superiorem. ꝛ tñ ipsa cognita
non est ratio cãndi cognitionem superiorum. ¶ Respõdeo Ad rõnes ꝯtra scđm
Ad primaʒ concedendo de illo qđ continet scđm totam ei⁹
entitatem. Cum instatur de deo. Dico q sic debet intelligi
q quando obiectum continet plura virtualiter scđm totam Ad primũ
entitatem: q̃n causat notitiam sui per modum nature in ali
quo intellectu q etiam pt cãre notitiam oĩm virtualiter cõ
tentorum: immo amoto impedimento necessario causat. et
sic essentia diuina que necessario mouet intellectum diuinũ
ad sui notitiam etiam necessario mouet ad notitiam omniũ
contentorum. intelligitur ergo q̃n obiectum sub ratione ꝓ
pria immediate causat notitiã sui. Sed non q̃n illa notitia
causatur ab alio sicut causatur visio a volũtate diuina. Cuʒ
dz secundo de passione. Dico q ideo dz subiectum cõtinere
entitatem passionis ꝓ quanto continet scđm qđ ponitur cã
necessaria ꝛ immediata ꝛ precisa ipsius. Et dico si per im=
possibile deus non eẽt ꝛ homo eẽt adhuc contineret homo
suam passionem ꝛ ideo per hominem cognitum posset co=
gnosci passio. sed non est sic de sole: q2 si deus per impossi=
bile non eẽt et sol eẽt: sol non posset ꝓducere aliquem effe=
ctum cum talis effectus necessario depẽderet a prima cã:
tenendo ordinem essentialem sic. s. q sit impossibile scđam
cãm aliquid causare non concurrente prima causa. ¶ Ad
scđm. Dico q si voluntas diuina necessario moueret intel= Ad scđum
lectum creatum p modum obiecti ad suam notitiam q etiã
moueret ad notitiam omnium cõtentorum. Sed qr tm̃ mo
uet contingenter ad sui notitiaʒ non sequitur q cognoscẽs
voluntatem diuinam cognoscat omnia contenta. ¶ Ad Ad tertiũ
tertium. Dico q si homo posset immediate causare notitiã
sui distinctam posset etiam cãre notitiam distinctam omni=
um superiorum: sed talis notitia distincta non potest ha=
beri sine notitia superiorum. Dico ergo: q homine cognito
per speciẽ intelligibilem possunt omnia superiora cognosci
vel per eandem speciem vel per aliam et aliam sicut expo=
sui supra questiõe. 13. que tñ dependent a primo obiecto eo
modo quo exposui. ¶ Ad quartum. Dico q conclusio doc.

Ad quartum intelligitur de illo medio cognito quod est motiuum alicuius
intellectus ad sui notitiam: quia tunc potest mouere ad no
Dubium ter titiam contentorum. sed relatio nullo modo est motiua ad sui
tium principa notitiam. ¶ Tertio principaliter dubitatur de hoc quod di
le. cit q si fundamentum includeret terminum secundum suam co
gnoscibilitatem: q tunc includeret relationem secundum suam co
Contra primo gnoscibilitatem: quia pono q .a. includat. b. secundum cogno
instatur. scibilitatem .b. et tunc sequitur q possit causare relationis
notitiam sine .b. hoc autem est falsum: quia ipsa relatio est
formaliter habitudo ad .b. ergo non potest perfecte cogno
2º sci sine .b. ¶ Secundo instatur: quia idem videtur q si ter
minus includeret fundamentum secundum totam cognoscibilita
tem fundamenti q tunc cognito termino posset statim cogno
3º sci fundamentum quod non videtur ¶ Tertio: quia Deus sub
ratione deitatis ponitur terminus relationis creature: vt men
surabilis essentialiter ad ipsum vt ad mensuram. ergo co
gnito deo vt termino talis relationis necessario cognosce
retur ipsa relatio: nec valet dicere q talis notitia causaretur
a voluntate: quia ipsa non ponitur terminus talis relationis: nec
vt terminus continet ipsam relationem: quia terminatur ad
Responsio ad primum et secundum ipsam. ¶ Respondeo premittendo vnum q quando dicitur. q si fundamentum contineret terminum intelligitur sic q fun
damentum vt presens intellectui in ratione obiecti actu in
telligibilis necessario causaret notitiam sui perfectam et im
mediate post causaret notitiam termini contenti et post no
titiam relationis: et sic relatio illa non posset actu cognosci
non precognitis extremis. Et sic patet ratio ad primam cum
dicitur q tunc posset cognosci relatio sine termino si intelligi
tur sine termino causante vel concausante notitiam relationis
conceditur quia ipsa tamen esset causata a fundamento. Si ve
ro intelligatur sine termino vt precognito tunc negatur. quia
requiritur saltem terminus vt precognitus. ¶ Per hoc patet
responsio ad secundum. Concedo enim q si terminus contine
ret virtualiter fundamentum relationis q primo causaret
notitiam sui secundo notitiam fundamenti et tertio notitiam re
lationis: et q posset causare notitiam relationis sine fundamen
Ad tertium. to: vt concausante sed non sine fundamento vt saltem preco
gnito: et sic patet. ¶ Ad tertium dico q et si deus sub ratione
deitatis ponatur terminus relationis dependentie mensu
rabilis etc. Non tamen sequitur q causet notitiam sui. Nec requi
ritur ad hoc q cognoscatur talis relatio q notitia sit causa
ta a deo sub ratione deitatis. sed sufficit q voluntas diuina
in aliquo intellectu causet notitiam termini sub ratione pro
pria et notitiam fundamenti sub ratione propria et notitiam
relationis talis. et tunc bene verum est q relatio illa non po
test distincte cognosci extremis non precognitis licet non cau
santibus huiusmodi cognitionem: nec aliud requiritur vt pa
tet considerandi. et sic patet responsio ad istas instantias. ¶ Quar
Quartum dubium principale. to principaliter dubitatur de hoc q species intelligibilis est
medium cognoscendi obiectum licet cognoscibilitas sua pro
pria deficiat a cognoscibilitate obiecti dum tamen sit natum
Contra quartum dubium primo instatur. ducere in illud vt cognoscibile. Instatur primo: quia si spe
cies est ratio cognoscendi obiectum ergo est causa cognitio
nis illius. ergo continet entitatem obiecti siue eius cogno
scibilitatem quecunque sit illa. Sed est impossibile q imper
fectius simpliciter contineat perfectius: immo est impossi
bile q causatum immediate ab aliquo contineat illud. sed
lapis immediate causat speciem suam in intellectu angeli
si ponitur presens. immo essentia angeli immediate causat
speciem sui in intellectu suo: vt patet a Docto. in secundo.
distinctione tertia questione. ii. et sic species angeli contine
ret ipsum angelum. ¶ Secundo instatur sic: si causat noti
2º tiam obiecti aut causat notitiam abstractiuam perfectam
secundum q obiectum est intelligibile abstractiue perfecte
ergo non continet ipsum obiectum deficiendo a cognoscibi
litate eius: quia causat notitiam ita perfectam quantum ob
iectum natum est intelligi: aut non causat perfectam noti
tiam: ergo per speciem aliquam non haberetur distincta et perfe
cta notitia obiecti. Si dicatur q causat distinctam et perfectam
abstractiuam sed non intuitiuam. Contra. Tum quia species sen
sibilis in sensu exteriori causat intuitiuam et perfectam: et tunc
vt prius arguatur: quia si causat visionem perfectam quantum
ipsum obiectum est visibile: ergo sequitur q continet obiectum
visibile secundum totam suam visibilitatem: et sic non deficit
a visibili secundum eius visibilitatem. Si imperfectam causat
ergo sequitur q nunquam poterit haberi visio perfecta alicuius
visibilis cum visio tamen causetur a potentia et a specie in orga
no. Tum etiam: quia loquendo de abstractiua si per speciem
cognoscitur obiectum abstractiue quantum vt sic est cogno
scibile sequitur q saltem vt sic contineat totam eius cognosci
bilitatem et tamen species ipsa est simpliciter imperfectior ipso ob
iecto cum sit imitatiua ipsius. ¶ Tertio instatur: quia si con 3º
ceditur q species est ratio sic cognoscendi et per consequens vt sic
continet cognoscibilitatem obiecti quare etiam non conce
ditur q ipsum contineat vt cognita. videtur enim q ex quo ip
sa est presens ipsi intellectui et perfecte presens cum ipsum
actu informet q etiam prius causet cognitionem sui quam ob
iecti et sic poterit eodem modo dici medium vt cognitum
sicut etiam conceditur de aliis mediis vt cognitis vel sal
tem oportet assignare differentiam istorum. ¶ Respondeo pre
mittendo aliqua: primum illud quod proprie est ratio cogno Responsio ad rones contra quartum dubium. et
scendi aliud tanquam per medium cognitum sic virtualiter con
tinet illud q nullo modo continetur ab illo: immo omnino sibi
repugnat sic posse contineri: quia sic causans vt obiectum co
gnitum modo preexposito est essentialiter perfectius con
tento quod per ipsum cognoscitur tanquam per medium cognitum:
et hoc satis patet ex superius declaratis. Et ideo tale me
dium nunquam potest causare notitiam contenti nisi prius causet no
titiam sui perfectam quantum potest: vt supra patuit. Secundum
est q medium proprie non vt cognitum sed quod est ratio co
gnoscendi primo obiectum: cuius ponitur tale medium si
cut species intelligibilis: sic vel dependet in esse ab obiecto
primo vel saltem natum est dependere: quia enim species la
pidis causatur immediate ab ipso lapide in intellectu ange
li talis species dependet actu a lapide si vero talis species
causaretur a deo immediate adhuc eo modo representa
ret lapidem: sicut si esset immediate causata a lapide: vt pa
tet a doc. in primo et secundo et sic nata est contineri ab ip
so. Dico ergo q tale medium non dicitur continere obiectum in
se: nec secundum eius entitatem: nec secundum cognoscibilitatem cum
vel dependeat ab obiecto: vel sit natum dependere si ab alio
causetur. hoc enim ab obiecto q sit ratio sic cognoscendi: quia obiectum causando
id secundum suam entitatem causat etiam illud secundum conditiones consequentes
ipsum. Dicitur ergo diminute continere cognoscibilitatem
obiecti ex hoc solo q immediate est ratio causandi notitiam
obiecti abstractiuam. et in hoc: quia supplet vicem obiecti et per
consequens non sequitur q contineat obiectum secundum cogno
scibilitatem: immo ipsum obiectum continet suam cogno
scibilitatem abstractiuam etiam perfectam quantum ipsum
est sit cognoscibile: licet causet eam mediante suo effectu
dando sibi naturam talem q causet non cognitus notitiam
abstractiuam obiecti et etiam notitiam abstractiuam con
tentorum in tali obiecto. vt supra dixi. Non est ergo simile
de medio vt cognito et de isto medio. Multa alia dubia es
sent circa multa alia dicta in isto articulo que tamen cau
sa breuitatis pro nunc transeo.

¶ Questio Quintadecima.

Posito q beatus in pa
tria habeat verbum de creatura vi
sa in essentia diuina. ¶ Utrum re
spectu istius verbi creature intelle Titulus questionis exponitur.
ctus possibilis habeat se pure passi
ue. Hic non queritur si de obiecto be
atifico possit haberi verbum nec de
obiecto secundo modo viso in illo lo
co primo nec si aliud sit verbum ob
iecti primi et secundi: sed supponitur de obiecto secundario
haberi verbum. et queritur qualiter intellectus possibilis se
habeat in eius formatione. Incipiendo igitur a manifestio
ribus primo inquiretur de formatione verbi secundum mo
dum intelligendi quem nunc experimur. et secundo appli De articulatio questionis.
cabitur ad intellectionem in patria. ¶ De primo supposi
to q intellectio perfecta: puta diffinitiua de obiecto diffini
bili siue sit verbum illius siue non: saltem non est sine verbo
ipsius: et per consequens si quis actiue se habeat ad intellectionem
illam perfectam ipsum quodam modo actiue se habebit in
formatione verbi. de causa igitur intellectionis in nobis pro
statu isto tria sunt videnda. Primo q in parte intellectiua
est aliquod principium actiuum respectu intellectionis. Se
cundo. verum illud actiuum sit aliquid anime intellectiue
vel tantummodo sit obiectum representatiuum obiecti: quod
dicatur esse in anima pro tanto q sit in ipsa sicut accidens eius
vel representatiuum non autem sicut aliquid nature eius.
Tertio dato q sit aliquid anime inquiretur si est intellectus
agens vel possibilis. ¶ Prima conclusio probatur. s. q re
spectu intellectionis in nobis sit aliquod actiuum. Et ar
guitur sic. intellectio aliqua in nobis est noua vt experitur
quilibet: quia nunc experior me intelligere aliquid quod prius non
intelligebam. ergo intellectio noua et illa est forma absoluta

vt probatum est supra.q.13.arti.primo. omnis autē forma absoluta cū sit terminꝰ actiōis habet aliqđ principiū actiuū p̄ ꝗ accipit eē. igitur respectu nostre intellectionis noue est aliqđ principium actiuum. aliud est intrinsecum supposito intelligenti: vt patet secundo de anima cōmento.6. Hic duo sunt notāda: nota p̄mū de intellectione noua: quia accipitur hic intellectio noua que de nouo nullo alio presupposito habet esse ita ꝙ non dicitur precise noua propter nouitatē alterius sicut relatio intrinsecus adueniēs dicitur precise noua propter nouitatem alicuius absoluti ad qđ necessario sequitur: vt patuit supra questione.10.ꝛ 13. modo intellectio dicitur noua: quia stante obiecto ꝛ intellectu nullo alio posito potest immediate causari. loquitur ergo de nouitate immediata: ita ꝙ non precise dicatur noua propter nouitatem alterius ad qđ necessario sequat̄. Secundo nota de principio intrinseco siue de principio precise existēte in ipsa anima respectu intellectionis in nobis: quia hic loquitur tm̄ de intellectione abstractiua quia de intuitiua nō est presens q̄stio quia nunc experimur abstractiuam sed non intuitiuam: vel saltem est dubium de intuitiua pro statu isto. ꝛ de ista philosophus vel parum vel nihil loquutus est: sed forte in omnibus locis in quibus locutus est de intellectione nostra loquitur de abstractiua. respectu ergo istius ponitur principium intrinsecum actiuum: videlicet species intelligibilis que est subiectiue in intellectu possibili. si teneatur tamen ꝙ notitia talis causetur ab obiecto saltem partialiter tūc illa erit principiū intrinsecū. Sed in ꝓposito loquit̄ de p̄cipio intrinseco absolute: siue ex pte aīe siue ex pte obiecti sed post determinabit de vnoquoq;. Et ꝙ respectu intellectiōis in nobis sit principium intrinsecum actiuum. patet per philosophum secundo de anima tex.c.60. Differt autem supple in intellectu ꝛ sensu: quoniam hec quidem actiua operationis extra sunt vt visibile ꝛc̄. ꝛ sequitur. causa autem quoniam singulariū secundum actum est sensus. idest ꝙ sensus terminatur ad singulare actu existens. scientia autem vniuersaliū. hec aūt in ipsa quodammodo sunt anima: vnde intelligere in ipsa quidem est cum velit. sentire autem non est in ipsa. necessarium autem est esse sensibile. hec ille. Nota tamen pro intelligentia huius auctoritatis: quia non ponitur obiectū extra: puta visibile esse actiuum immediatum respectu visionis: immo est ipse sensus ꝛ species visibilis obiecti existens in organo visus. tamen sensibili actu extra nō existente ꝛ approximato potentie nunq̄ esset visio illius: quia visio perfecta necessario terminatur ad obiectum extra actu existens ꝛ in ꝓpria existentia presens: ꝛ ideo q̄uis sensus visus habeat in se speciem visibilis: nunq̄ posset causare visionem visibili non presente in propria existentia: ꝛ hoc modo dicitur ꝙ sensus non habet in se vnde possit sentire: quia dependet a sensibili extra: quod tamen sensibile dicitur causa remota sensationis: quia causat speciem sensibilem in organo sensus. ꝛ vltra requiritur presentia sensibilis vt possit haberi de ipso sensatio. Sed quia anima cognoscit obiectuꝫ abstractiue: ꝛ talis cognitio non requirit existentiam obiecti cum non terminetur ad ipsum inquantum existens: vt supra patuit questione.13. sed sufficit species intelligibilis existens in anima. ꝛ ideo anima intelligit cum vult: quia etiam obiecto annihilato habet in se omnia requisita ad intellectionē abstractiuam de qua est sermo nunc. Secus esset de intuitiua quam nō posset habere sine presentia obiecti in propria existentia: vt supra patuit questione.13. Sit igitur hec conclusio tanq̄ certa: scilicet ꝙ alicuius intellectionis noue principium actiuum sufficiens est supposito intelligenti intrinsecum. Et tunc arguitur vltra per diuisionem. vel illud principium pertinebit ad voluntatem vel ad partem sensitiuaꝫ vel ad partem intellectiuam vt distinguitur contra voluntatem ꝛ sensum. non potest nam primum saltem in prima intellectione: quia ipsa precedit omnem actum volūtatis. de hoc vide docto. in secundo distinctione. 42. Nec est dare secundum: scilicet ꝙ illud principium sit precise in parte sensitiua relinquitur igitur ꝙ sit in parte intellectiua Secunduꝫ scilicet ꝙ nō sit in parte sensitiua probatur. Primo sic. effectus equiuocus semper est minus nobilis sua causa equiuoca vt habetur super.13.gen. de quo vide Doc. in quarto di.12. Sed intellectio est simpliciter perfectior phantasmate ꝛ quacūq; ꝑfectione que est in parte sensitiua: quia itellectio est ꝓpria perfectio nature itellectiue que inquātū talis nobilior est tota sensitiua. ¶ Hic tamen aduerte ꝙ rō nō ita simpliciter concludit nisi recte intelligatur. nam intellectio actualis est etiā nobilior specie itelligibili ꝛ tamen equiuoce causatur ab illa. ꝛ similiter visio albedinis est nobilior ipsa ꝛ tamen equiuoce causatur ab ipsa saltem: vt a cā remota. similiter species intelligibilis est perfectior fantasmate: ꝛ tm̄ equiuoce causatur ab illo: vt patet questione presenti. ꝛ in p̄mo.d.3 q.8. Dico ergo ꝙ ratio bene concludit de cā totali equiuoca: sicut etiam ipse dicit in quarto.d.12. ꝛ nō sp̄ de partiali. si ergo poneretur fantasma vel aliquid existens in pte sensitiua totalis causa intellectionis ratio concluderet. ꝛ sic ratio debet intelligi.

Expō lre.

quomō cā equoca est nobilior suo effectu

¶ Secundo probatur idem. Angelus non sp̄ habet omnem intellectionem quam p̄t habere: quia cum possit intelligere quodcunq; intelligibile vel haberet vnicam que simul esset omnium intelligibilium vel haberet tot distinctas quot correspōdēt oibus intelligibilibus: quorum vtrunq; videtur eē impossibile: q2 primum poneret infinitam perfectionem illius intellectionis: immo videtur ꝙ infinitam: q2 nec intellectio diuina excederet eam quantuꝫ ad intellectionem obiectorum. scḋm videtur ponere infinitā perfectionem intellectus. s. ꝙ ita distincte cognosceret ōnia per distinctos actus simul sicut vnum obiectum p vnum actum. Sequitur igitur ꝙ cum possit quodcunq; intelligibile intelligere ꝙ possit habere aliquam intellectionem nouaꝫ. Sed in tali perfectionis est habere notitiam habitualē perfectaꝫ p quam intellectus sit in potentia accidentali tm̄ ad intelligendum. sicut expositum est in primo.d.3.q.6. vide ibi. vnde philosophus tertio de anīa loquens de intellectu possibili: dicit. cuꝫ aūt sic singula fiant sciens dr̄ qui scḋꝫ actum: hoc autem confestim accidit cum possit operari per seipsum est quidem igitur ꝛ tūc potentia quodammodo nō tm̄ similiter ꝛ āte addiscere. vult dicere ꝙ quando habet habitum per quem potest ex se operari: licet tunc sit in potentia aliqua non tm̄ essentiali que est ad formam siue ad principiuꝫ operandi sed tantummō accidentali ad operationē. ꝛ hec est dispositio perfectior eiusq; de potentia opādi exit in actum operandi. ¶ In ista littera nota aliqua: primum est de notitia habituali aliquando accipit̄ habitualis ꝓ habitu acquisito ex frequentatis actibus: de quo non est hic sermo. aliquando accipitur notitia habitualis propter quādam similitudinem ad huiusmodi habituꝫ primo modo dictum: quia sicut habens habitum acquisitum prompte ꝛ statim potest exire in actum sic habens notitiam isto secundo modo. Est ergo notitia hoc secundo modo principium perfectum productiuum notitie actualis ꝛ est memoria fecunda que includit presentiam obiecti vel in se: qñ est respectu notitie actualis intuitiua: vel in alio representatiuo vt in specie itelligibili respectu notitie actualis abstractiua. Et de huiusmodi notitia habituali loquitur sepe Doct. in p̄mo distinctione.2.parte.2. distinctione.6. ꝛ distinctione.27. et distin.3. questione.7. ꝛ alibi sepe. ita in presenti loquitur ꝙ esse de habituali in angelo ꝛ hoc tm̄ respectu notitie abstractiue: q2 habet in se species quiditatum intelligibilium: de quo vide doc. in secundo distinctione.3.q.10. ꝛ distinctio.9

Notitia hītualis multipliciter accipitur.

¶ Secundo nota de potentia essentiali ꝛ potentia accidētali siue potentia remota ad agendum siue propinqua. potentia essentialis est remota accidentalis propinqua. Et de hoc vide exposita in primo. distin.6. ꝛ distin.7. ꝛ in secūdo. distin.3. nec oportet hic multum immorari. Et q̄ło angelus possit acquirere cognitionem actualeꝫ nouam de obiecto prius habitualiter noto: vide doc. in secundo distinctio. 3.q.10. ꝛ q.11. ꝛ que ibi exposui. ¶ Hic recitat vnam opinionem que dicit ꝙ angelum posse habere nouam intellectionē est mere creditum: quia philosophi precipui hoc nō viderunt. Preterea hic etiam diceret ꝙ angelum ad quamlibet intellectionē quam habet moueret̄ immediate a deo. ¶ Contra hoc. licet forte philosophus qui posuit intellectionem angeli idem cum substantia angeli diceret consequenter intellectionem esse ab eo a quo est substantia. Et licet catholicus dicens intellectionem illam qua angelus intelligit se esse coeuam angelo et quasi propriam perfectionem consequentem naturam necessario: posset aliquo modo dicere illam immediate a deo iuxta illam propositionem probabilem: accidens proprium coeuum substantie eiusdem est: est a generante illam substantiam. tamen de accidente per accidens quod contingenter inest non videtur probabile dicere ꝙ hoc sit a generante. Et confirmatur: q2 licet deus possit immediate causare quamcunq; intellectionem in angelo: tamen si aliquam non causaret vt pote huius obiecti: sed derelinquat angelum sibi ꝛ ordini causaruꝫ naturaliter actiuarum: non videtur ꝓbabile ꝙ angelus nō possit attingere ad intellectionem huius obiecti: cum anima sic sibi ꝛ causis naturalibus relicta ad eius intellectionem possit attingere naturaliter lꝫ mediante sensu. Istud qđ dr̄ de philosopho videtur facere ad propositum nostruꝫ: quia si philosophus vidisset aliquā intellectionem nouam posse

competere angelo dixisset ipsum aliquando esse in potentia accidētali ad intellectionem: quia hec est dispositio perfectior eius quod aliquando est in potentia ad intelligēdum. igitur ille qui tenet siue per rationem: siue per fidem aliquā esse intellectionem nouam in angelo consequenter dicat angelum quandoqꝫ ad illam esse in potentia accidentali. sicut philosophus consequenter diceret ad illud: quod ipse tenet: magis autem concordat cum philosopho: qui tenēs aliquod antecedens: concedit consequens quod philosophus etiam concederet: si illud antecedens teneret ꝙ ille qui tenendo illud antecedens negat illud cōsequens: quia Aristo. illud non negaret concedendo illud antecedens. ¶ Tertio propositum probatur per auctoritates. 15. de tri. ca. 7. vel. 14. dicit August. Quod excellit in anima mens vocatur: ꝛ post: homo non secundum omnia que ad naturam eius pertinent: sed secūdum solam mentem imago dicitur. Et libro. 14. capitulo. 8. Imago ibi inuenienda in nobis est. quo etiam natura nostra nihil habet melius. ¶ Ex istis auctoritatibus ꝛ aliis similibus habetur ꝙ tota imago est in parte intellectiua accipiendo intellectiuam pro ea que transcendit sensitiuam. Sed imago includit parentem ꝛ prolem: vt patet. 9. de trini. capitulo vltimo et alibi multotiens. igitur in parte intellectiua est parens gignēs illam notitiam que est proles: ꝛ per consequens principium actiuum respectu intellectiōis. Qui igit͂ poneret phātasma vel aliquā formā talem in parte sensitiua esse rationem immediate gignendi notitiam actualem non saluaret: vt videtur rationem parentis in mente proprie accepta. ¶ Preterea August. 15. de trini. capitulo. 23. Memoria hominis et maxime illa quam pecora non habent id est qua res intelligibiles ita continentur vt non in eam per corporis sensus venerint habꝫ in hac imaginem trinitatis imparem quidem: sed tamen qualemcūqꝫ similitudinem patris. hoc exponit capitulo. 15. in fi. sic Hoc verbum nostrum de scientia nostra nascitur quēadmodum ꝛ illud de scientia patris natum est. ꝛ capitulo. 21. vel. 63. Memoriam inquit tribuens omne quod scimus.

¶ Ex istis habetur ꝙ illa memoria quam pecora non habēt hoc est proprie intellectiua pro tanto habet similitudinem patris. quia de ipsa vel de scientia que est in ea nascitur verbum nostrum sicut verbum eternum nascitur de scientia patris. satis expresse videtur in istis auctoritatibus velle ꝙ in parte intellectiua proprie accepta sit principium actiuū respectu intellectionis. ¶ Nota aliqua in ista litera. Primo de intellectione coeua angelo qua seipsum intelligit ꝙ non concomitatur necessario naturam eius ita ꝙ posita natura angeli necessario sequatur talis intellectio quia illa causatur in ipso angelo per essentiā ipsius angeli: vt patet a Docto. in secūdo dist. 2. q. 8. ꝛ vide que ibi exposui. ꝛ licet sit de facto illa intellectio in eodem instanti quo ponitur angelus esse. non tamen ponitur necessario: quia posset eē natura angeli sine tali intellectione non tm̄ per potentiam diuinam sꝫ etiam per potentiam naturalem: quia voluntas angeli posset intellectum angeli auertere a consideratione sue essentie ꝛ conuertere ad aliud obiectum. ꝛ quomodo possit hoc voluntas: vide que dicit doct. in secundo. dist. 44. ꝛ que ibi notaui. Et posito etiam ꝙ illa sit in eodem instanti. primo in quo angelus accipit esse adhuc esset causata ab ipso: quia nō est impossibile naturam tm̄ per instans durantem posse immediate ꝛ in eodem instanti causare actum aliquem et potest ex natura sua elicere: de quo vide doct. in secundo dist. 5. q. 2. q̄ questio est de reportatis parisius. Si tamē talis intellectio necessario concomitaretur naturam angeli sicut passio subiectum: tunc posset concedi ꝙ esset a causante naturā angeli. Et ꝙ dicit de accidente proprio coeuo substantie cuius est ꝛ necessario concomitante hoc non debet intelligi vt aliqui intelligunt de aliqua qualitate accidentali absoluta nec proprie de aliquo accidente absoluto: quia nullum tale necessario concomitatur substantiam cū omne tale sit vere separabile a substantia. vt patet a doct. in quarto dist. 11. Et si dicatur ꝙ ignis determinat sibi aliquem gradum caloris quo non posito non est substantia ignis. Dico duo: primum ꝙ calor in igne sic determinato causatur a substātia de hoc vide Doct. in quarto. distin. 11. ꝛ. 12. vel. 13. posito tamen casu ꝙ esset tale accidens necessario consequēs naturam substantie cuius est ꝛ hoc ex natura precise ipsius substātie potest concedi ꝙ tale accidens sit causatum a causante substātiam: si tamen non ponatur immediate generari a substantia illius accidentis. Secundo nota ibi. esse in potentia accidentali ad intellectionem est dispositio perfectior eius quod est in potentia ad intelligendum: non intelligitur ꝙ esse sic in potentia accidentali sit perfectius ꝙ̄ non esse: quia melius est esse in actu intelligens ꝙ̄ in potentia: quia ꝛ deus actu omnia intelligit ꝛ non est aliquo modo in potentia ad aliquam intellectionem producendam: intelligit ergo sic ꝙ loquendo de intellectu qui est in potentia ad intelligendum ꝙ tunc est in perfectiori dispositione ad intelligendum quādo est in potentia accidentali siue propinqua siue dispositissima: ꝙ̄ quādo est tantum in potentia remota: quia primo modo statim potest exire in actum cum vt sic habeat actu omnia requisita ad producendum actum sed secūdo modo non potest statim exire ad actum cum vt sic deficiat sibi aliquid necessariū ad hoc vt statim possit exire in actum. Tertio nota expositionem auctoritatum. prima cum dicit ꝙ homo secundū mētem tantum dicitur imago. Et sciendum ꝙ imago accipitur dupliciter: aliquando habitualiter aliquādo actualiter. que distinctio patet a Doc. in secūdo distinctione vigesimaquarta. imago actualiter includit memoriam perfectam actualem intellectionem et actualem volitionem. prima pars includit intellectum cum obiecto presente vel in se vel in aliquo representatiuo ꝛ etiam includit voluntatem: quia tunc representat patrem vt perfecte fecundum: quia ratione intellectus cum obiecto est productiuus filii ꝛ ratione voluntatis est spiratiuus spiritus sancti: ꝛ hoc patet a doct. in primo distinctione tertia questione vltima. 2. pars q̄ est actualis notitia obiecti representat filium. tertia pars que est actualis volitio obiecti cogniti representat spiritum sanctum et hoc dicitur imago actualis. Imago vero potentialis siue fundamentalis siue aptitudinalis est memoria fecūda que includit intellectum et voluntatem et obiectū actu presens in ratione obiecti intelligibilis et amabilis. ꝛ hoc totum dicitur imago fundamētalis et dicitur hoc totum memoria fecunda: quia statim potest exire in actum. siue in notitiam actualem obiecti et amorem illius que sunt postea due partes vltime actuales representantes filium et spiritum sanctum. secundo modo accipiendo imaginem imago dicitur mens id est memoria fecunda ꝛ perfecta modo preexposito. Et addit ꝙ imago includit parentem ꝛ prolem parens est mens que est productiua ratione intellectus ꝛ obiecti notitie genite. s. notitie obiecti q̄ notitia perfecta dr̄ proles siue verbū: vt patꝫ a Doc. in primo distin. 27. ꝛ ratione voluntatis est productiua volitionis obiecti que volitio adhuc dr̄ proles. Sicut ergo parens actiue se habet respectu prolis etiaꝫ loquendo de vtraqꝫ prole: vt patet a doc. i tertio dist. 4. Sic memoria fecūda est productiua prolis. Alie auctoritates. s. quo verbum nostrum nascitur de scia nostra accipiunt sciam pro scia habituali. s. pro memoria: vt patebit infra. ꝛ in primo. d. 6. q. 27. ¶ In isto articulo sunt aliqua dubia. primo in hoc. intellectio est proprie perfectio nature intellectualis vt intellectualis est que inquantum talis nobilior est tota aia sensitiua. ꝛ ita perfectio intellectus perfectior est pfectiōe sensitiue. ¶ Secundo dubitatur in hoc: si angelus haberet vnicam intellectionem respectu omnium intelligibiliū illa intellectio esset formaliter infinita. quia nec intellectio diuina excederet eam quantum ad multitudinem obiectorum. ¶ Tertio dubitat͂ in hoc. Si intellectus angeli ita distincte cognosceret oīa intelligibilia per distinctos actus sicut qōlibet eorum seorsum esset nimia perfectio in ipso angelo. ¶ Instatur contra primum probando ꝙ forma perficiens perfectius perfectibile non sit simpliciter nobilior forma q̄ immediate perficit imperfectius perfectibile. Et primo sic quia sequeretur ꝙ forma accidentalis esset perfectior forma substantiali. patet: quia substantialis perficit materiam ꝛ accidentalis perficit substantiam completam que est multo perfectior materia ergo. ¶ Secundo instatur: etiam loquendo in ordine formarum accidentalium ꝛ arguitur sic. causa equiuoca est perfectior suo effectu. hoc patet sepe a doc. sed phantasma causat speciem intelligibilem: vt patꝫ a doc. presenti questione. ꝛ in primo distin. 3. q. 8. ꝛ non causat nisi equiuoce: ergo phantasma est perfectius specie intelligibili: ꝛ tamen phantasma est perfectio sensitiue vt sensitiue: ꝛ species intelligibilis est perfectio intellectiue vt intellectiua est cum tm̄ in intellectu possibili immediate recipiatur ergo. ¶ Si dicatur ꝙ phantasma est causa equiuoca non totalis sed tm̄ partialis: ꝛ talis causa non est perfectior suo effectu. Contra: ꝛ probo ꝙ etiam causa equiuoca partialis sit simpliciter nobilior toto effectu. Et suppono primo dictum Docto. in primo distin. 17. ꝙ quando due cause partiales concurrunt simul ad aliquem actū ꝙ vtraqꝫ attingit actum secundum substantiam ꝛ intensionem actus: ita ꝙ talis actus ꝛ secundum substantiam ꝛ secūdum intensionem est ab vtraqꝫ causa ptiali. Suppono secūdo ꝙ vnus nō producit actū in virtute alterius. ꝛ hoc patet a Doct. p

Expō iste notabilis.

No. tertiū

Dubiū pri͂ circa pmū articulum notandū.

Dubiuꝫ secundum.

Dubiū tertium.

Cōtra pmum dictū instatur primo.

2°

tanti questione: et in primo dist.3.q.8.et distin.17. et alibi se
pe. Tunc sic. actus causatus aut secundum totum est ab vna
sicut ab alia aut tantum secundum partem. si primo. ergo
causa partialis equiuoca est perfectior suo effectu. Si secun
do hoc non videtur: quia vtraque precise attingit ipsum effe
ctum et secundum substantiam et secundum intensionem. Tum
etiam: quia pono quod effectus sit simpliciter indiuisibilis qua
lis est species intelligibilis et actus intelligendi. ergo sequi
tur quod phantasma quod immediate ponitur in sensitiua par
te sit nobilius aliqua forma immediate recepta in intellectu
3° possibili. ¶ Tertio instatur: quia forma non dicitur perfecti
or eo quod communicatur perfectiori perfectibili: patet hoc quia
communicari accidit sibi. Tum etiam: quia talis perfectior
esset tantum denominatione extrinseca: quia a receptiuo si
ue a subiecto perfectiori et non denominatione intrinseca de
qua est sermo: quia dicimus quod intellectio est in se formaliter
perfectior quam forma recepta in sensitiua parte aliter seque
retur quod relatio rationis que est subiectiue in subiecto perfe
ctiori esset simpliciter nobilior intellectione que immediate
ponitur in subiecto imperfectiori: puta quod relatio rationis sit
in natura angelica. intellectio sit in intellectu humano quod
non videtur. intelligitur ergo de perfectione intrinseca et for
4° mali. ¶ Quarto instatur sic quia si intellectio ideo est nobi
lior: quia in subiecto nobiliori siue quia est perfectio subiecti
nobilioris statim sequitur quod omnis intellectio perficiens eun
dem intellectum sit eque perfecta hoc non videtur verum: quia
vna intellectio est nobilior alia: puta illa que est perfectioris
5° obiecti. ¶ Quinto instatur: quia visio albi videtur simplici
ter nobilior notitia abstractiua eiusdem albi et tamen notitia
abstractiua est in intellectu: et visio in potentia visiua: ante
cedens patet. quia illa terminatur ad obiectum actu existens
et notitia terminatur ad obiectum non vt existens: ergo vi
sio erit simpliciter nobilior notitia abstractiua eiusdem albi.
6° ¶ Sexto instatur sic. si intellectio est nobilior: quia perfectio
nobilioris nature: sequitur quod intellectio quam habet intelle
ctus de lapide erit nobilior intellectione quam habet homo
de eodem lapide. consequens falsum: quia ille intellectiones
sunt eiusdem speciei. quia eiusdem obiecti. antecedens pa
tet: quia natura intellectualis angeli est multo excellentior na
7° tura intellectuali hominis. ¶ Septimo instatur sic. illa
operatio est simpliciter perfectior que est propinquior et
immediatior sue mensure perfectionali: quam illa que est remo
tior: sed albi visio actualis est propinquior et immediatior
ipsi albo vt obiecto mensuranti quam intellectio eiusdem ab
stractiua: ergo talis visio erit simpliciter perfectior intelle
ctione maior patet: quia perfectio mensurabilium est penes
accessum ad suam mensuram perfectionalem: vt patet etiam
a Docto. minor patet: quia visio immediate causatur ab al
bo et intellectio eiusdem remotissime ab illo causatur: vt su
pra patuit questione.13. ergo visio immediatius mensuratur ip
8° sum album vt mensuram suam quam intellectio eiusdem ¶ Oc
tauo instatur sic. Illa operatio est simpliciter nobilior et per
fectior que respicit idem obiectum sub nobiliori conditione
quam illa que respicit idem obiectum non sub illa conditione no
biliori. Sed visio albedinis respicit ipsam simpliciter in esse
realis existentie et vt singularis que singularitas sicut ad
dit perfectionem nature singularis: vt patet a Docto. in pri
mo dist.5.q.2.et in 2°. dist.7.et questione.11. ita cognitio sin
gularitatis videtur habere aliqualem perfectionem. et hoc
patet a Docto. in secundo distinctione.3. questione.11. intel
lectio vero eiusdem albedinis abstractiua non respicit eam
secundum suum esse realis existentie nec vt singularem que
sunt conditiones multo excellentiores quam habere esse tantum
obiectiuum siue possibile quod esse respicit proprie notitia ab
stractiua: vt patet a Docto. in questione.13. quolibet. maior pa
tet. quia actus specificatur ab obiecto: vt patet a Docto. in
primo. distinctione.5. questione.7. et presenti questione ini
mo actus capit nobilitatem ab obiecto: vt patet a Doct. in
primo. distinctione.3. questione.7. et quanto respicit ob
iectum sub conditionibus nobilioribus tanto nobilior dici
tur: vt patet a Docto. in tertio distinctione.27. vbi vult quod
amor qui respicit deum sub ratione deitatis sit perfectus: quia
respicit ipsum sub nobilissima conditione. Hoc idem in pro
lo. questione.3. vbi vult quod notitia theologica que respicit ob
iectum theologie sub perfectissima ratione et conditione sit
nobilissima et perfectissima ¶ Nono instatur sic. si intelle
9° ctio est perfectior absolute: quia est perfectio nobilioris na
ture. quero aut hoc intelligitur: quia immediate recipitur in
nobiliori natura aut quia perficit nobiliorem naturam: ali
ud non videtur dandum. Sed nullo istorum modorum: se
quitur propositum: ergo. non primo: quia vt supra dictum for

ma perfectior ipsa intellectione immediate informat natu
ram imperfectiorem: vt patet de forma substantiali. non
secundo patet: quia a natura ignobiliori potest immediate
causari effectus nobilior quam intellectio: patet quia ab igne qui est
imperfectior natura intellectuali immediate causatur sub
stantia que est perfectior omni accidente vt patet per philo
sophum.7. meta. tex. commenti quarti. Immo substantia se
parata a materia que est perfectissima inter omnes substan
tias creatas non potest immediate causare aliquam substan
tiam nec immediate transmutare materiam ad formam: vt
supra patuit questione.7. Non tertio: quia aliqua forma es
sentialiter et formaliter perfectior intellectione immediate
perficit naturam ignobiliorem. patet de anima intellectiua
que immediate perficit corpus organicum quod tamen est
imperfectius intellectuali natura. ¶ Decimo instatur sic. 10
Si intellectio est perfectior eo quod nobiliorem perficit naturam
sequitur quod illa operatio erit simpliciter perfectior que poni
tur perfectio nobilioris potentie: siue intelligatur quod subiecti
ue sit in nobiliori potentia siue quod sit immediate elicita a no
biliori potentia siue quod sit formaliter perfectiua nobilioris po
tentie. Sed quocunque istorum dato non sequitur quod opera
tio nobilioris potentie sit simpliciter perfectior operatione
ignobilioris potentie. probatur quo ad singulas partes: quia
aliqua est volitio potentie volitiue omnino ignobilior aliqua in
tellectione potentie intellectiue que potentia intellectiua vt
supponitur et probatum est in quarto dist.49. est formaliter im
perfectior potentia volitiua. quod autem aliqua intellectio sit perfe
ctior patet in multis: quia cognitio distincta vltimi finis est
simpliciter perfectior volitione lapidis. Tum quia terminatur sim
pliciter ad obiectum perfectius. Tum quia immediatius poten
tia intellectiua per illam coniungitur obiecto perfectissimo:
quam potentia volitiua volitione qua vult lapidem. modo sic imme
diate coniungi fini vltimo est singularis perfectio in opera
tione sic coniungente: vt patet a doct. supra.q.13. quolibet. art.1.
et secundo hoc idem in quarto. di.tc.et.49. intellectio ergo ta
lis siue accipiatur: vt est subiectiue in intellectu siue vt causa
ta ab intellectu: siue vt formaliter perfectiua intellectus est sim
pliciter perfectior ipsa volitione lapidis: siue consideretur inquan
tum est subiectiue in voluntate: siue inquantum causata a volun
tate: siue inquantum perfectiua voluntatis. Hoc etiam patet
a doc. in prologo.q. vltima. vbi concedit quod aliqua intellectio sit for
maliter nobilior aliqua volitione. Patet etiam: quia nolitio ob
iecti quam ponitur actus positiuus voluntatis, vt patet a doc. in
primo. d. prima.et.d.47.et in secundo. d.6.q.2.et.dist. 42.et in
tertio. d.30.et in quo. que nolitio ponitur formaliter perfectio
potentie volitiue: non est formaliter perfectior omni intel
lectione vt patet per multas intellectiones discurrendo.
¶ Posset etiam principaliter instari contra hoc quod dicit
in hoc dicto. s. quod natura intellectualis est simpliciter perfe
ctior natura sensitiua. quia licet sit verum vbi intellectiua et
sensitiua distinguuntur: tamen vbi eadem est anima in eo
dem posset multum dubitari sed hoc pretermitto pro nunc
alias forte declarabitur. ¶ Respondeo ad omnes instan
tias premittendo aliqua. primo quod doc. non loquitur hic de
quacunque perfectione simpliciter accepta sed precise de per
fectione secunda aduenienti nature habenti esse perfectum.
et sic non loquitur de perfectione que nata est esse pars es
sentialis alicuius sicut sunt forme substantiales que licet per
ficiant materiam tamen vltra hoc sunt partes intrinsece com
positi per se. de istis ergo non est sermo. sed precise est ser
mo de perfectionibus aduenientibus nature habenti esse
completo. Secundo premitto quod natura quelibet habet suam
perfectionem natam sibi competere: et hoc patet in omnibus
naturis dicentibus perfectionem: quod dico: quia aliquod ens
est ita vltimate imperfectum quod non ordinatur ad vlteriorem
perfectionem nature: vt patet de relationibus: vt dicit doc.
Et sicut est ordo in naturis natis perfici perfectione secun
da: ita videtur quod sit ordo in perfectionibus secundis: ita quod
natura perfectibilis perfectior nata est etiam habere per
fectionem respectu perfectiorem. vt patet discurrendo in
naturis. Et non loquor hic precise de naturis que specie
distinguuntur. quia vna potentia visiua specie distincta ab
alia circa idem obiectum non habens visionem specie distin
ctam: ita quod sicut vna est perfectior potentia essentialiter
et quidditatiue alia ita et visio vnius sit quidditatiue perfe
ctior visione alterius respectu eiusdem visibilis: potest ta
men esse perfectior intensiue sed de tali non est presens ser
mo sed est sermo de perfectione secunda essentiali et quiddi
tatiuaque specifice vel genere distinguitur ab alia. Est er
go sermo de naturis: siue specie siue genere distinctis natis
habere perfectionem eiusdem rationis sicut dicimus quod om

Nota sge nosã doctore declarationem.

nes potentie sensitiue conueniunt in hoc ꝙ nate sunt ha-
bere operationes sensitiuas vt vltimas perfectiones secun
das. Et omnes potentie intellectiue nate sunt habere intel
lectiones eiusdem rationis sic ꝙ conueniunt quiditatiue in
conceptu itellectionis. Et sic dicimus ꝙ potentia intellecti
ua que est perfectior omni potentia sensitiua nata est habe
re perfectionem secundam cuiuscunqꝫ potentie sensitiue: et
sic dato quocunqꝫ intellectu etiam infimo in natura intelle-
ctuali est perfectior essentialiter omni potentia sensitiua eti
am perfectissima ꝛ sic ille intellectus natus est habere per-
fectionem secundam excedentem omnem secundam poten-
tie sensitiue. ¶ Tertio premitto ꝙ perfectio secunda natu-
re mere intellectualis est essentialiter ꝛ formaliter perfecti-
or omni pefectione secunda nature sensitiue ꝛ non est sic ꝑ-
fectior: quia precise fundatur i tali natura sic perfecta: quia
tunc sequeretur ꝙ omnis perfectio fundata i tali natura nō
esset eque perfecta. immo si per impossibile intellectio funda
retur immediate in potentia visius ꝛ visio immediate funda
retur in intellectu: adhuc intellectio esset essentialiter perfe
ctior visione. Nec ꝑcise dicitur perfectior. quia causata a ta
li natura perfectiore: quia tunc quodlibet causatum imedia
te a tali natura esset eque perfectum. immo si esset immedia
te ab alio causata esset eadem que nunc: quia respectus ad
aliam ꝛ ad aliam causam non variat rationem formalē rei:
vt patet a doc. in pluribus locis. Nec precise dicitur perfe-
ctior: quia immediate perficit naturam perfectiorem: qꝛ tūc
relatio aliqua eēt eque perfecta que imediate perficit crea-
turam intellectualem. Est ergo perfectior formaliter. quia
precise talis entitas: ꝛ nulla alia causa videtur assignanda
manifestatur in illa perfectio qꝛ ē ꝑfectio nature ita ꝑfecte
Intelligit ergo doctor: ꝙ natura intellectualis vt huiusmo-
di nata est habere perfectionem secundam excellentiorem
omni perfectione secunda nata competere nature mere sen-
sitiue. ꝛ maxime illa perfectio secunda precipue est perfecti-
or qua natura nata est coniungi perfectissimo ꝯcēto sub ade

ad rōes cō tra pmū. quato eius obiecto. ¶ Istis premissis patet rñsio ad instan
tias. Ad pmā dico pmo ꝙ intelligitur de perfectione se-
cunda: que nō est nata eē pars essentialis alterius. Dico se
cundo ꝙ intellectio dicitur perfectior omni perfectione secū

ad secūdū. da nature sensitiue: quia talis entitas ꝛ non precise quia est
perfectio talis nature. ¶ Ad secundum dico: ꝙ species itel
ligibilis non causatur a phātasmate vt a causa totali: qđ re-
quiritur ad hoc vt cā equoca sit perfectior suo effectu. Cum
queritur a quo causatur. Dico ꝙ partialiter a phantasmate
ꝛ partialiter ab intellectu agente: vt infra patebit presenti.
q. ꝛ supra patuit. ꝛ in pmo. dist. 3. q. 8. Cum dicitur ꝙ secū-
dum totum esse est ab vtraqꝫ causa. admittitur sed non seor
sum sumptis sed simul concurrentibus: ita ꝙ alia nō causan
te effectus non erit. concluderet bene si precise ab vna. ita
enim ille effectus est a duabus simul sumptis ꝙ quacūqꝫ mi
nima entitate illius effectus assignata precise est a duabus
simul sumptis: licet tamen principalius ab vna ꝙ ab alia: vt

ad tertium satis patuit in pmo. dist. 3. q. 8. ꝛ patet presenti questione.
¶ Ad tertium cōcedo: ꝙ intellectio nō dr̄ perfectior ex hoc
solo ꝙ ꝯmunicatur nature perfectiori: immo sic cōmunicari
presupponit totam perfectionem illius qđ ꝯmunicatur ve-
rum tamē est: ꝙ eī⁹ perfectio aliqualiter manifestatur eo ꝙ na

ad quartū. ture perfectioris ponitur esse perfectio. ¶ Ad quartū: patꝫ
responsio ex supra dictis: quia precise non dicit̄ ꝑfectior: qꝛ

ad quintū. sic perficit. ¶ Ad quintū. Dico ꝙ notitia abstractiua est no
bilior quacunqꝫ sensitiua. Cum probatur ꝙ sensitiua termi-
natur ad exñs: dico ꝙ ex hoc solo non dicitur perfectior: qꝛ ꝑ
us dicit̄ intellectio formaliter perfectior ꝙ itelligat̄ ad aliō
emanare. ¶ Et cuꝫ dr̄ ꝙ est perfectionis obiecti hoc nihil ē
qꝛ intellectio est a perfectiori potētia: et vltra dico ꝙ ex sua
natura est perfectior: vnde etiā dico ꝙ quando ab eodem ꝑ-
cise obiecto causat̄ visio ꝛ itellectio vtraqꝫ habet ab obiecto
effectiue suā perfectionē sibi competētem sic ꝙ itellectio na
ta causari ab obiecto. a. necessario causatur vt perfectior ꝙ
causet̄ visio ab eodē obiecto ꝛ tunc obiectū illud est suo mo-
do illimitatū ad plures effectus quorum vnus necessario ē

ad sextum et septimū. perfectior alio. ¶ Ad sextū: patet responsio ex supra dictis
¶ Ad septimū dico ꝙ intellectio potest habere duplicē mē
suram vnā essentialem ꝛ aliā per similitudinem imitationis

intellectionis mēsura duplex. de prima vera est ꝓpositio: quia proprie mēsura essentialis
est mensura scđm quantitatem virtutis: ꝛ hoc modo in genere
operationum intellectio si nō est prima saltē est propinqui-
or prime ꝙ aliqua sensitiua. Et similiter si oēs operationes
ꝯparent prime operationi infinite in diuino intellectu sim-
pliciter est propinquior ꝙ aliqua sensitiua. Dico scđo ꝙ etiā
loquendo de mensurabili scđm similitudinem imitationis ad-

huc intellectio est perfectior similitudo naturalis obiecti se
cundum imitationem ꝙ sensitiua. Et cum dicitur ꝙ sensiti-
ua terminatur ad existens: vt existens: dico ꝙ precise habet̄
ꝙ tūc includit relationē realem mensurabilis ad ipsum obie
ctū: ꝛ intellectio quādo obiectū actu non existit includit tñ
relationē realem aptitudinalem siue potentialem mensura
bilis ad ipsum obiectū: ꝛ qñ obiectum actu existit includit a-
ctualem realem: tamen siue includat relationē realem siue
non intellectio ex sua natura est magis similitudo obiecti na
turalis secūdū imitationē ꝙ aliqua operatio potentie sensi-
tiue. Et de hac mensura prolixe dixi supra. q. 13. ¶ Ad octa
uum patꝫ rñsio ex supradictis: quia dicitur perfectior ex sua
natura intrinseca et non ex hoc solo ꝙ terminatur ad obie-
ctum sub conditionibus nobilioribus. bene tamē verū est ꝙ
si loquamur de operationib⁹ eiusdem generis: puta intelle-
ctionibus ꝙ illa intellectio est simpliciter perfectior q̄ termi
natur ad perfectius itelligibile siue ad idem itelligibile sub-
conditionibus ꝑfectioribus ꝙ alia que terminatur: vel ad i-
perfectius intelligibile vel ad idem sub conditionib⁹ impꝛe
fectioribus. ¶ Ad nonū patet responsio ex supradictis: qꝛ
scꝫ ex natura sua formali est perfectior. ¶ Ad vltimū. Dico
primo ꝙ forte omnis actus volubilis erit perfectior si tenet̄
ꝙ actus voluntatis ex natura sua sit perfectior. Dico scđo
ꝛ melius ꝙ aliud est loqui de potētijs partis intellectiue vt
intellectiue ꝛ aliud de potentijs intellectiue vt ꝯparātur ad
sensitiuam: qꝛ primo modo: si accipiatur itellectio perfectis
sima ꝛ volitio perfectissima. puta visio ꝛ fruitio eiusdē: frui-
tio ex natura sua est simpliciter ꝑfectior visione. Et hoc mō
dicit doc. in prolo. q. vltima ꝙ debet fieri ꝯparatio perfectis
simi in vna specie ad perfectissimum in alia specie. vide ibi.
sic est in ꝓposito. Ex his patet solutio ad omnes instantias

¶ Secundo principalr̄ contra secundum instatur: proban ad octauū. cōtra scđm dubiū istat̄ pmo.
do ꝙ posito ꝙ idem actus intelligendi sit omniū intelligibi-
liū etiam si intelligibilia essent actu infinita et simul eodem
actu intellecta ꝙ talis actus intelligendi nō esset infinitus
formaliter ꝛ intensiue. Et primo arguit̄. eūdem actū simul
eē pluriū obiectorū est simul habere plures respect⁹ ad illa
obiecta qꝛ plures terminationes siue transitiones super illa
obiecta. Sed idē habere plures respect⁹: siue rōnis: siue rea
les. ex hoc nō est perfectius intensiue. patet: quia si idē albū
includeret actu infinitas similitudines ad īfinita alba nō es
set infinitum formaliter. Sic dico in ꝓposito ꝙ eodeꝫ actu
intelligendi simul intelligerem infinita obiecta simul habe-
re infinitos respectus ad illa: ꝛ sic non seqtur ipsum eē ac-

2° tu infinitum intensiue. ¶ Scđo instatur ꝛ pono ꝙ actus in
telligendi diuinus nō sit in se formaliter infinitus: ꝛ ꝙ tñ il
le actus sit infinitoꝝ obiectorum non sequitur tunc. ꝙ sit in
finitus intensiue: qꝛ si sic tunc eius īfinitas depēderet ab ali
quo extrinseco: qđ est simpliciter impossibile. Confirmatur
qꝛ si actus intelligendi diuinus non esset obiectorum scđa-
rioꝝ adhuc esset formaliter infinitus: ꝛ patet de facto: qꝛ
in primo instanti quo terminatur ad essentiam est formali-
ter infinitus: ꝛ tñ in illo instanti non est ad obiecta scđaria:
vt supra patuit in 2°. di. 1. q. 1. ꝛ in ꝓlo. q. penul. ꝛ di. 39. et
alibi si ergo non diceretur formaliter infinitus ex hoc quod
esset ad obiecta īfinita. ¶ Tertio instatur ꝛ pono ꝙ sint in

3° finita obiecta eiusdem speciei vt puta actu infinite partes
eiusdem ꝯtinui que obiecta sint eque perfecta: ꝛ ꝙ eodē ac-
tu simul ꝑfecte intelligantur: sed ꝙ non sint intelligibilia: ꝙ
ro tūc aut ille actus ex hoc est formaliter infinitus. aut non
Si scđo habetur intentuꝫ. Si dicatur ꝙ debet itelligi de in
33. ⁊ 36. ⁊ in quarto di. 14 ⁊ vide que ibi exposui ꝑ terti
in. q. vltima prolog. ⁊ di. 7 secundi: tn̄ propter inexper-
tos in via doc. interpono hunc articulum. Dicit ergo ꝑ-
mo ꝙ bonitas moralis actus est integritas eorum oīm
que recta ratio operantis iudicat debere ipsi actui con-
uenire vel ipsi agenti in suo actu conuenire. i. ꝙ tūc actꝰ
dicitur bonus moraliter quādo sic elicitur vel imperatur
a voluntate sicut recta ratio dictat esse eliciendum sic ꝙ
actus dicatur bonus moraliter: vel quia habet oēs cir
cunstantias quas recta ratio iudicat actui ɔuenire. vel
dicitur bonus moraliter quando agens elicit actum sm
omnes circunstantias quas recta ratio ipsius agentis
iudicat conuenire ipsi agenti in suo actu. i. in eliciendo
ipsuȝ actum. ¶ Ibi hec descriptio declaratur. Hic doc.
declarat bonitatem moralem actus ꝑ cōparationeȝ ad
bonitatem entis siue entitatiuam ꝙ̃ dicitur bonitas essen-
tialis. ⁊ non accipitur hic bonitas entis: siue entitatiua ꝓ
ut est passio entis. sed accipitur pro ꝑfectione essentiali en
tis in se: ita ꝙ talis bonitas essentialis siue ꝑfectio: que
est integritas vel ꝑfectio essentialis entis in se importet
positiue negationem imꝑfectionis. ꝑ qđ excluditur imꝑ-
fectio ⁊ diminutio. i. ꝙ bonitas essentialis loquendo de
bonitate ꝑfecta entis importat entitatem positiuā ꝑfe-
ctam ad quā concomitanter sequitur negatio imꝑfectio-
nis: sicut bonitas essentialis primi entȝ dicit positiue en
titatem ꝑfectam ad quā cōcomitatur negatio oīs imꝑfe-
ctionis: nam negatio imꝑfectionis nō pōt necessario ali
cui inesse nisi ꝓpter entitatē positiuam: vt supra patuit in
ꝑmo. d. 3 q. 1. vide ꝙ̃ ibi exposui. sic pariformiter bonitas
entis secundaria ꝙ̃ est superueniens entitati essentiali est
integritas conuenientie vel integra conueniētia eius
cui debet cōuenire vel alterius sibi: ⁊ iste due conueniē-
tie connexe cōmuniter sunt. s. q̄n integra cōueniētia cō
uenit illi cui debet conuenire. sicut pȝ de sanitate ꝙ̃ dicitur
bona homini: quia sibi cōueniēs: ⁊ cibus dr̄ bonus quia
habet saporem sibi conueniētem: ⁊ ideo bonitas cibi est
conueniens sapori ad cibum: ita ꝙ ꝑima dr̄ sanitas bo-
na homini: quia conueniens sibi: ⁊ similiter sapor dr̄ bo-
nus cibo: qꝛ sibi conuenit. ita ꝙ cibus dr̄ denominatiue
bonus: quia habet saporem sibi conuenientem. ⁊ hec in-
tegra conuenientia dicitur conuenientia eius alteri cui de
bet conuenire: secunda cōuenientia alterius sibi: vt pȝ
ibi. Exemplum vtriusqȝ potest haberi ab Augusti. 8
de trini. c. 3. ⁊. 8. Bona inquit valitudo sine doloribus
⁊ lassitudine. hec pro prima conuenientia: quia valitudo
est bona homini quia est ei conueniēs. ⁊ subdit. ⁊ bo-
na facies hoīs dimēsa pariliter: ⁊ affecta hilaritate: ⁊ lucu
lenter colorata. h̄ ꝓ secūdo. vnde non dicitur hic bona fa-
cies hominis: quia ɔueniens hoī: sed dicitur in se bona fa
cies: quia habet omnia ɔueniētia ad bonā faciem: ⁊ hoc est
qđ dicit: vel alteriꝰ sibi. Si enim diceretur bona facies ho-
minis: quia cōueniēs homini cui debet ɔuenire. hec essȝ
prima cōuenientia. sed quia dicitur bona facies in se non
quia alteri ɔuenit sed quia ɔueniētia faciei cōueniūt si-
bi dicitur secūda cōuenientia: quia talis facies dicitur bo
na habendo illa que sibi ɔueniūt. ¶ Sequitur ⁊ est diffe-
rentia. Hic Doc. declarat aliqualē differētiam inter ꝑi-
mam integritatē siue conuenientiam integrā ⁊ secūdā.
de prima: quia illud qđ est ɔueniens alicui dicitur bonū e
hoc est illi ꝑfectio vl̄ bonitas sed nō dicitur denoīatiue
vel accidētaliter bonum in se. patet cū enim dicitur valitu
do est bona homini: quia conueniens homini: non dicitur
valitudo bona in se formaliter sicut accipitur in secūdo
mēbro. Unde de secundo membro dicit. Illud autē cui
aliquid conuenit dicitur denominatiue bonū eo ꝙ habet
illud qđ sibi cōuenit sicut facies hoīs dicitur in se deno-
minatiue bona: quia hēt oīa conueniētia faciei. ¶ Sequi
tur. ⁊ i pꝛio est denoīatio quasi forme a subiecto. patet:
quia valitudo denoīatur bona: quia ɔueniēs tali subiecto
puta hoī. sicut ars dicitur humana ex h̄ ꝙ cōuenit homini.
sic aliquid dr̄ bonū hoī: qꝛ bonū humanū: ⁊ sic valitudo
hoīs dicitur bonū hūanum: qꝛ ɔueniens hoī. Sed i 2ꝰ mē
bro ecōuerso est denoīatio subiecti a forma vt cuȝ dicitur
facies bona: quia itegritas faciei siue itegra ɔueniētia
ꝙ̃ est bonitas faciei denoīat ipsā facieȝ: ⁊ similr cū dicitur
hō est bonꝰ. sm illud bonū suum: puta quādo habet bo-
nitatē sibi ɔuenientē ⁊ sm illam bonitatem dicitur bonꝰ ita
ꝙ est ibi denoīatio subiecti a forma bonitatis. ¶ Sequi
tur. actꝰ aūt natꝰ est ɔuenire agenti ⁊c. Hic Doc. decla
rat q̄ō actꝰ potest dici bonꝰ duplr ⁊ quia est ɔueniens
hoī. puta actus debellandi hostē dr̄ bonus qꝛ cōueniēs
hoī debellāti: ⁊ sic denoīatur bonus quasi a subiecto: quia
ideo bonus: qꝛ cōueniēs tali subctō: ⁊ si actus debellā-
di hēt bonitatē aliquā sibi itrīsecā: tūc talis actꝰ erit bo
nꝰ denoīatiue tali bonitate: ita ꝙ ibi erit denoīatio sub-
ctia forma. Et hꝰ ē qđ supra dixit ꝙ iste due cōueniētie
ɔcualiter sūt cōnexe ⁊ precipue in actu morali qui dici
tur bonus: qꝛ cōueniens alteri: ⁊ dr̄ bonus: qꝛ habet ali
quā bonitatem intrinsecā qua formaliter dicitur bonus.
Et non tn̄ iste due cōuenientie sunt cōnexe in actu mo
rali. sed ⁊ sunt gn̄aliter connexe in actu naturali ⁊c. vult
dicere ꝙ actus non tn̄ dr̄ bonus bonitate accidētali si-
bi inherente qualis est bonitas moralis que est rectitu-
do actus sibi conueniens: sed etiā bonitate naturali sibi
conueniēte. Exemplum. actus dilectionis pōt intelligi
hr̄e duplicē bonitatē videlicet naturalē ⁊ accn̄talē. naȝ
dilectio vt est quiditatiue ens habet bonitatem siue ꝑfe
ctionem essentialem sibi conueniētem: puta. quia est ta-
lis entitas siue talis qualitas. ⁊ hec dr̄ bonitas natura-
lis siue essentialis: ꝙ̃ nihil aliud est nisi perfectio quidita
tiua actus. pōt etiā habere bonitatem accidētalem: pu-
ta rectitudinem ꝙ̃ est bonitas moralis. ¶ Ibi. Ista con
uenientia. Nūc doc. declarat quō bonitas essentialis di
catur ɔuenire: ⁊ dicit ꝙ ista ɔuenientia bonitatis essen-
tialis alicui vel est ex natura extremorū: puta cōparan
do lapidem ad hominem: quia lapis habet talem bonita
tem essentialem sibi ɔuenientem ⁊ homo: quia hō hēt
precise talem bonitatem essentialem sibi conueniētem.
⁊ hoc est qđ dicit: ex natura extremorum. Uel si talis cō
uenientia bonitatis essentialis: puta ꝙ talis bonitas cō
ueniat vni ⁊ talis alteri: debeat reduci ad iudicium alic

cuius intellectus adhuc erit cōuenientia naturalis. puta si aliquis actu iudicet lapidi talē bonitatem essentialē esse conuenientē ꝛ talē homini: adhuc talis cōueniētia bonitatis essentialis erit naturalis. pꝫ quia hoc precise erit cū intellectus sit mēsura cōueniētie. hoc est ad iudiciū illius intellectus: qui est mēsura toti⁹ nature. s. intellectus diuinus. iste quidē intellect⁹ sicut perfecte cognoscit quodcūq̄ ens: ita pfecte cognoscit cōuenientiā vel discōueniētiā vnius entis ad alterū: ꝛ qꝛ pfecte cognoscit Soꝛ. cōuenire cū Joan. in tali pfectione vel bonitate essentiali ꝛ in tali bonitate discordare ab asino: ideo pfecte iudicat talē bonitatē essentialem esse cōuenientē soꝛ. ꝛ Joan. ꝛ esse discōuenientē asino. ¶ Ibi. vlterius aliqḋ agens. In ista lr̄a vsq̄ ibi: sicut igit̄ pꝫ. plura dicit Doc. primo q̄ est aliqḋ agēs qḋ nullo modo iudicat de actu suo: an scilicet cōueniat sibi an alteri sit sibi cōueniens: nec illum habet in potestate sua: vt sunt omnia agentia sine cognitione: tam intellectiua: q̄ sensitiua: talia eīm agentia nullū penitus iudiciū habēt: sed in actibus suis vel ex solo impetu nature regulantur ꝛ agūt ꝑpter finē: vel regulatur a ṗma regula oīm que est deus: ꝛ hoc magis videt̄. vt patet a Doc in ṗmo. d. 2. q. 1 in ṗma rōne qua probat deū habere intellectū ꝛ volūtatem: ꝛ similiter in vltima. Secūdo sunt alia agētia que tm̄ agūt per cognitionē sensitiuā. ꝛ talia siue habeāt iudiciū de suis actib⁹: an. s. sint sibi ꝯueniētes: siue nō: tn̄ illi actus cū nō sint in potestate taliū agentiū: vltra bonitatē naturalē nullā aliam videtur habere. vt pꝫ de visione elicita a sola potētia visiua que ꝑter bonitatē naturalē sibi cōuenientē. puta q̄ est ꝑcise talis entitas nullā aliā videt̄ habere: ꝛ dico vt tm̄ elicita a potētia sensitiua: qꝛ si esset elicita a tali potētia ex imperio volūtatꝪ posset habere bonitatē vel malitiā moralē. vt infra patebit arti. 3°. ꝛ patuit supra in ꝓlogo. q. vlti. ꝛ in. 2°. dist. 4. ꝛ in. 3°. d. 33. Tertio sunt alia agentia. s. per intellectū ꝛ volūtatē: que habēt actus suos in ptāte sua: ita q̄ cōtingēter possunt illos elicere ꝛ nō elicere: ꝛ talia agētia possunt per intellectū iudicare de cōueniētia act⁹ ꝛ nō tm̄ de cōueniētia ṗmo mō supradicta. an. s. illi actus sint boni: qꝛ conueniūt tali agēti sicut valitudo est bona: qꝛ cōueniēs homini sed etiā de cōueniētia secūda: q̄ est integritas cōueniēs actui qua cōuenientia dicūtur formaliter boni: sicut facies dr̄ formalit̄ pulchra: qꝛ habet circūstātias sibi cōueniētes: talia ergo agētia nata sunt habere regulā intrinsecā rectitudinis in suo actu: ꝛ illa est potētia intellectiua q̄ iudicat de actu suo ꝛ de actib⁹ aliarū potētiarū. vt supra patuit. q. vlti. ꝓlogi. ꝛ in solis istis agētibus pōt esse actus bonus habēs bonitatē moralē: sed nō sufficit ad illā. s. bonitatē moralē q̄ in agēte sit potentia iudicatiua de cōueniētia sui actus: sed opꝫ q̄ actu recte iudicet de actu ꝛ scd̄m illū rectū iudicium actus fiat. Vult dicere q̄ nō sufficit ad bonitatē moralē actus: q̄ quis habeat potētiā iudicatiuā patet. qꝛ habēs talē potētiā si actu haberet cognitionē erroneā et eliceret actū cōformiter illi cognitioni: ille act⁹ nō esset rectus: ꝛ tn̄ haberet potētiā iudicatiuā: si etiā haberet cognitionē rectā ꝛ nō erroneā ꝛ actu non eliceret actū cōformiē tali cognitioni: adhuc act⁹ nō esset rect⁹: ad rectitudinē ḡ actus reqritur q̄ cōformiter eliciatur dictamini recto: siue cognitioni recte actu ꝛ formaliter dictāti: nō tm̄ de actu eliciēdo: sed de oī circūstantia requisita: ꝛ talis cognitio dr̄ vere practica: de qua ꝓlixe dictū est in ꝓlogo. q. vlti. ꝛ i ṗmo di. 17. Cōsimiliter tale agēs per intellectū ꝛ volūtatē talē actū elicit qualē h; in sua ptāte. Habet aūt in potestate sua talē actū qualem cognoscit ꝛ elicit: quia potestas liberi arbitrij vel formaliter vel cōcomitanter cōsistit in cognitione ꝛ electione: de quo libero arbitrio alr̄ patebit. Sic igitur patet quō bonitas moralis actus est conuenientia iudicatiua ꝫm rectā operationē operantis de qua conuenientia actus moralis vide que prolixe pertractat doctor in ṗmo. dist. 17. ¶ Ibi Quod aūt addebat̄ oīm eoꝝ que debēt cōuenire actui sic declarat̄. Nūc doc. declarat que sūt circūstantie necessario requisite ad bonitatē moralē act⁹. Et primo premittit vnum anteq̄ declaret circunstantiam obiecti vel finis ꝛc. Et dicit q̄ omne iudicium incipit ab aliquo certo. Primum iudicium de conuenientia nō potest presupponere aliquam conuenientiam dictatam ab illo intellectu: quia tunc non esset primum iudicium practicū. Sicut eīm ṗma cōuenientia actus dicitur esse primo dictata ab illo intellectu: ꝛ dicitur prima cōuenientia dictata a primo iudicio intellectus dictante: si esset alia conuenientia prior dictata illa non esset nisi a priori iudicio dictante: ꝛ sic primū iudiciū nō esset primum. Dicit ergo q̄ primū iudiciū de cōueniētia actus anteq̄ iudicet de tali conuenientia presupponit aliquod certū a tali potentia iudicatiua: nā iudicatū ꝛ illud certum est natura agētis: ꝛ potētia agēdi qua agit: ꝛ ratio quiditatiua actus: si eīm intellect⁹ vult iudicare an aliqua volitio sit cōueniēs volūtati: necesse est prius ipsum cognoscere naturam ipsius agētis: ꝛ potentiā volitiuā ꝛ actū volendi: nisi eīm ista cognosceret nō posset aliquo mō iudicare: an actus cōueniat tali agēti: sicut q̄ nō pōt iudicare voluntatē esse cōuenientē homini: nisi ꝑcognoscat tā holem q̄ volūtatē: sed ꝑcognitis natura operātis: ꝛ potētia eliciētis: ꝛ rōne q̄dditatiua act⁹ ex rōne q̄dditatiua istoꝝ ꝑcognita cōcludit̄ hūc actū: puta volitionē eē cōuenientē huic agēti. s. homini ꝫm istā potētiā. s. volitiuā. ¶ Alterius ex rōnib⁹ istoꝝ triū. Deinde doc. declarat quō intellect⁹ iudicat de circūstātijs actus cōueniētibus: puta de circūstātia obiecti finis: modi. tpis. ꝛ loci. ꝛ dicit q̄ habita cognitiōe operātꝪ: ꝛ potētie ꝫm quā q̄s opatur: ꝛ ipsi⁹ opationis siue act⁹: primo iudicat de circūstātia obiecti: q̄ est ṗma circūstātia reqsita ad actū moralē: habita eīm cognitione. puta act⁹ comedendi ꝛ agētis cui cōuenit sic comedere: ꝛ potētie ꝫm quā inest actus comedēdi: statim iudicat q̄ talis actus comedendi conuenienter trāsit sup cibū restauratiuū deperditi: nō aūt sup illud qḋ nō est natū esse nutrimētū: sicut lapꝪ vel aliqd hmōi. puta fenū: qḋ licet alij aīali esset nutrimētū: nō tn̄ homini: ꝛ hec est ṗma circūstātia act⁹: sic q̄ act⁹ trāseat sup obiectū cōueniens: ꝛ hoc ꝫm dictamen rōnis. Aliter talis cōueniētia obiecti nō diceret̄ pertinere ad bonitatē moralē. vt patet a Doc. in 2°. d. 7. Sequitur. Ista determinatio obiecti est ṗma determinatio q̄ pertinet ad gen⁹ moris: nō tāq̄ vltia determinans aliqd in illo gn̄e. s. moris. sed tanq̄ potētiale receptiuū determinationis moralis. Act⁹ eīm dr̄ bonus ex gn̄e ex hoc solo q̄ trāsit super obiectū conueniēs ꝫm iudiciū rōnis: ita q̄ tale obiectum sic conueniens nō est aliqua differētia determinās aliquid i genere moris: qꝛ est simpliciter primū presuppositū: ꝛ potentiale respectu aliarum circunstātiarum: ita q̄ nisi actus trāsiret super obiectū conueniens: nullo modo esset capax alicuius circunstātie moralis: puta finis ꝛc. Sicut si actus diligendi haberet pro obiecto malum culpe: talis actus nunq̄ posset esse bonus moraliter: qꝛ bonitas moralis necessario ꝑsupponit actum esse bonum ex genere: siue hr̄e obiectū conueniens. non eīm dilectio ꝫm rectā rōnem nata est trāsire super malum culpe: qꝛ malum non est diligibile cum sit priuatio boni. ¶ Ibi. In ista aūt bonitate specifica q̄ dicit̄ bonitas ex circunstātia: talis est processus. prima eīm bonitas videt̄ esse ex circunstātia finis: qꝛ ex natura agentis ꝛ actionis ꝛ obiecti precognita statim concluditur q̄ talis actus siue actio non debet competere tali agenti: nisi in ordine ad talem finem: ꝛ debet talis act⁹ eligi ꝛ apperi propter talem finem. Et addit q̄ ista circunstātia finis non est ipsius actus vt precise in esse reali positi: sed est ipsius actus vt voliti: ꝛ per actum voluntatis ad talem finē relati: immo nō minus est electio bona: que fit ꝑpter finem debitum: esto q̄ per actum illum elicitum extra non attingatur finis electionis q̄ si attingeretur: ꝛ hoc ꝓlixe patꝫ a Doc. q. vlti. prolo. ꝛ pꝫ lr̄a: de alijs circunstātijs. s modi: tēporis: ꝛ loci: licet Doc. in scd̄o. disti. 40. vbi etiā prolixe enumerat circunstantias morales: ponat circunstātiā cause efficientis: vt. s. actus eliciatur libere: de q̄ vide ibi. ¶ Contra hic doc. arguit probādo q̄ huiusmodi circunstātie non ptineāt ad bonitatem moralem: pꝫ: qꝛ bonum est q̄litas ex. 10. ethi. Virtus etiā est q̄litas: et pꝫ in predicamentis scd circunstātie sunt tm̄ relationes. ergo non ptinent ad bonum morale. ¶ Respōdet doc. q̄ ꝫm p̄hm. 7. phys. t. c. 17. Virtus oīs ꝛ malicia ad aliquid sunt: ꝛ p consequēs actum esse virtuosum vel moralem importat relationē: vel plures relationes. Dicit enim formaliter cōformitatem ad rōnem rectā. siue ad dictamen rectum: ita q̄ circūscripta tali cōformitate act⁹ nō esset bon⁹ moraliter ꝛ de hoc clari⁹ vide Doc. i ṗmo. d. 17. ꝛ hoc mō act⁹ ver

re moralis non est qualitas absoluta: sed dicit qualitas
a Phȝ pro quāto habet modū denominandi vel predi-
candi qualitatis sicut sanum vel pulchrum. Sed an ha-
bitus vel actus moralis sit quidā intiue relatio: vel sit
denominatiue. vide Doc. in pmo dist. 7. ¶ Ibi. Iuxta
secundā partē auctoritatis Dionysij. Auctoritas Dio-
nysij de diui. nomini. est q bonū est ex vna et tota causa
.i. q bonū morale est ex causa integra ex omnibus circū
stantijs. et hec est prima pars auctoritatis. Sequitur se
cūda pars. malum autem est ex particularibus defecti
bus: puta ex carentia circunstātie debite: vel ex positio
ne male circunstantie. Et hoc declarat Doct. et dicit q
actus vno modo dicitur malus moraliter malitia oppo-
sita priuatiue bonitati in actu. Exemplum. Si actus ca
ret aliqua circūstantia morali: quā natus est habere di
malus priuatiue: que priuatio circunstantie opponitur
priuatiue circūstantie actuali debite. Alio modo dicit
malus cōtrarie: et hoc est quādo non tm̄ caret circūstan
tia debita: sed includit positiue circunstantiam malam.
Nam sicut dare eleemosynā amore dei cum alijs circū-
stantijs est bonus moraliter: sic dare eleemosynā perso
ne indigēti nō ordinādo illā ad debitū finem est malus
priuatiue: quia est ibi priuatio debiti finis. Dare vero
tm̄ propter libidinem: vt propter finem: talis actus est
malus contrarie: quia includit circunstantiam finis ma
li que suo modo cōtrarie opponitur circunstantie finis
debiti. Et de istis malitijs priuatiue et contrarie. vide
Doc. in secundo dist. 7. et que ibi exposui. ¶ Ibi. Ex di
ctis de bonitate morali. Sequitur correlarie q in eodē
actu substrato potest esse multiplex bonitas moralis: qr
idem actus potest esse recte circunstantionatus non so-
lum multis circunstantijs particularibus: que non sunt
multe bonitates: sed integrant vnam bonitatem: sed et
potest esse complete circunstantionatus omnibus circū
stantijs pertinentibus ad vnā virtutem: et etiam omni-
bus pertinentibus ad aliam virtutem: et ita fm̄ dictami
na diuersa perfecta prudentie respectu multorum finium
propriorum. Nam quilibet habitus virtutis habet in-
telligere propriam prudētiam: cuc est quoddam dicta-
men rectum: siue cognitio practica dictās de actu talis
virtutis: ita quot sunt virtutes specie distincte in volū-
tate: tot possunt esse habitus prudentie specie distincti
in intellectu dictantis de actibus illarum virtutum: ex
quibus habitibus prudentie generatur prudētia in ho-
mine. s. habitus generalis prudentie cōmunis omni ha
bitui prudentie. Et de hoc vide Doct. in primo dist. 47.
Dicit ergo Doc. q idem actus potest elici a volūtate fm̄
inclinationem plurium virtutum: que virtutes inclināt
ad illum actum eliciendum vt cōformiter se habēt suis
dictaminibus proprijs: et sic vnum dictamen potest di-
ctari de tali fine: et aliud de alio fine: et sic de alijs: ita et
idem actus potest elici a voluntate ordinando illum ad
fines sic dictatos fm̄ q alia et alia virtus inclinat. Exē
plum. Vado ad ecclesiā ex iustitia: quia teneor per obe-
dientiam ex voto: vel vado etiā ex charitate ad deū vt
orem: vel vt exhibeam deo cultum latrie: vndo etiā ad
ecclesiam ex charitate fraterna vt edificem proximū: et
sic patet quomodo idem actus est elicitus ad alium et
alium finem fm̄ q alia et alia virtus inclinat. Et addit
q in quocūq actu sunt bono bonitate morali: siue vltra
etiam bono bonitate meritoria quāto currunt plura mo
tiua ordinate agendi tanto melior est. vt patet in exem-
plo supra posito. Consimiliter in eodem actu possunt cō
currere multe malitie: tot quidem quot sunt dictamina
de oppositis que deberēt inesse. vt pȝ. De istis habitib9
virtuosis quomodo simul possunt cōcurrere ad eūdem
actum. vide Doc. in quarto. d. 14. q. 2.

De secundo articulo principali in quo doc. decla
rat. An actus ab eodē habeat q sit laudabilis: siue vitu
perabilis: siue culpabilis. Et dicit q aliqd esse laudabi
le vel vituperabile: imo generalius premiabile et puni-
bile cōtinetur sub hoc cōmuni qd est imputabile: et illi9
cōmunis est vna ratio. hec. s. actū esse in libera potesta-
te agētis. Vult dicere q act9 ex hoc dr̄ imputabilis: qr
est in potestate agētis. i. act9 imputat agēti vel ad lau-
dem: vel ad vituperiū. vel premiū: vel ad penā ex hoc so
lo q est in potestate agētis: qr. s. agens pōt ipsum elice-
re vel nō elicere. Si cū nō esset in potestate agētis non
possit sibi imputari: nec ad laudē: nec ad vituperiū. Se-
quitur. Et licet ad istam potestatē cōcurrant intellect9
et voluntas: nunq̄ tm̄ fertur nisi in precognitū. vel forte
etiā tenendo q talis actus sit causatus a volūtate par-
tialiter et ab intellectu. i. ab actu intelligendi obiectum
siue ab obiecto cognito: tm̄ illa indifferentia qua actus
potest elici et non elici complete est a sola volūtate: quia
sola voluntas habet hanc indifferentiam siue indeter-
minationem: q potest eundem actum elicere. intelligē-
do diuisim in sensu. s. diuisionis et non compositionis. i. q
voluntas in eodem instanti quo intelligitur: prout actu
elicitiuo potest ipsum elicere et non elicere: non q con-
iunctim simul possit elicere et nō elicere: sed diuisim. i. q
in illo instanti quo elicit actum: et quo intelligitur prior
actu potuisset non elicere actum. Et similiter in illo in-
stanti quo actū non elicit potuit ipsum elicere: ita q est
simpliciter indifferens ad hoc. ¶ Hic tamen aduerte
q actus tunc dicitur esse in potestate voluntatis libere
precise in illo instanti quo illum elicit: quia in illo instā-
ti quo elicit actum: adhuc intelligitur prior actu elicito.
et per consequens in illo instanti quo elicit potest nō eli-
cere. Sed non est intelligibile q simul habeat actū elici
tum et non elicitum: nec q simul eliciat et non eliciat: nec
q cōiunctim pōt simul elicere vel nō elicere: ita q possi
bilitas eliciēdi et nō eliciēdi possit simul reduci ad actū. s.
q simul eliciat et non eliciat: sed bene in eodē instāti quo
vna possibilitas reducitur ad actum potuit alia reduci
si prima non reduceretur. Et de hoc vide prolixe Doc. in
primo distinctione. 39. et que ibi clare exposui. et aliqua-
liter in secundo distinctione. 25. Dicit ergo Doct. ista in-
quam indifferentia vel indeterminatio ad alteram par-
tem nō potest complete reduci: nisi in ipsam voluntatē
quia quecunq alia potentia actiua est naturaliter acti-
ua: et ita determinate vnius quātum est de se. idest vni9
partis contradictionis. Agens enim per modum natu-
re dicitur precise determinari ad vnum effectum: siue
numero: siue specie: sed dicitur determinari ad alteram
partem contradictionis: sic q vtraq pars non est in po
testate eius. puta q ignis approximatus passo posset ip
sum calefacere et nō calefacere: qr sic determinat ad ca
lefaciendū: q amoto omni impedimento de necessitate
calefacit: sed nō est sic de agente libero quia tale sic est
circa obiectum volibile: q amoto omni impedimēto po
test ipsum velle et non velle: ita q in illo instanti quo eli
cit actum volendi potest non elicere actum volendi: sic
q tale agens ex semetipso potest se determinare ad al-
teram partem contradictionis. vt patet nono metaphy
si. tex commen. 10. Aliter simul ageret cōtraria. Si enim
voluntas esset indeterminata ad velle et nolle circa idē.
nec q cōiunctim posset simul elicere vel non elicere: ita
q possibilitas eliciendi et non eliciendi possit simul edu
ci ad actum circa idem obiectum: vel ad velle et nō vel-
le: siue ad nolle et nō nolle: et non esset in potestate sua se
determinare ad alteram partem: tunc simul vellet obie
ctum et nollet: vel simul vellet obiectum et non vellet.
Sequitur. quia igitur actus eius sic indeterminate est
in eius potestate: supposita tamen intellectione: ideo ta
lis act9 per se est imputabilis agēti: vel ad laudē: vel ad
vituperiū: vel ad premiū: vel ad penā. Unde Aug. secū
do de libero arbitrio. Satis compertum est et c. Motus
inquit si culpe deputatur non est naturalis: sed volunta
rius: et accipit ibi motum voluntatis pro actu volūtatis:
quo volūtas mouetur in obiectū. Dicit ergo: q si tal mo
tus: vel actus deputatur culpe. i. si ei imputatur agēti ad
culpam: talis inquā motus non est naturalis: sed volun
tarius: quia si actus esset productus per modum natu-
re: et necessario nō posset agēti imputari ad culpam: sed
si imputatur ad culpam: vel ad laudem: erit voluntarie
productus. Sequitur. In illa auctoritate Augu. Mo-
tus inquam quo voluntas conuertitur: nisi esset volun-
tarius: et in nostra potestate positus nec laudandus eēt
hō: neq culpandus vt satis patet supra questōne 16. et
in secundo distinctiōne. 57. Et sic patet quō imputabile ad
laudem: siue ad culpam est in potestate agentis: ita q
imputabile duos respectus importat: Unum ad potesta
tem: siue dominium agentis: vt scilicet libere sit in ple-
na potestate ipsius agentis. Et aliud respectū importat
ad aliqd correspondēn actui vel agēti fm̄ iustitiā. et hoc propter
ipsum actū: ita q agēti p actū: qui est in potestate sua im-

putatur laus vel vituperium. Et addit ꝙ secundus respectus sequitur ad primum: quia enim iste est dominus sui actus: ideo actui ⁊ agenti debetur aliquid propter actũ: puta laus vel vituperium: vel premium: vel pena. Sequitur. Primus respectus. s. quẽ actꝰ importat ad agens manet non variatus per se in actu bono vel malo: quia tam actus bonus ꝗ malus non potest dici bonꝰ vel malus: nisi qa est in potestate agẽtis. Sed secũdus respectus ipsius actus variatur: nõ quidem formaliter secũdũ bonũ vel malum: sed presupposita differẽtia boni vel mali: que attenditur ẜm conuenientiam vel discõuenientiam aliquam dictam in primo articulo. variatur penes aliqua correspondentia ipsi ⁊ illi: quia aliud ⁊ aliud correspondet. nam actui bono moraliter correspondet laus vel premium: ⁊ actui malo moraliter correspõdet vituperium vel pena: ⁊ sic actus bonus moraliter imputatur agẽti ad laudem vel ad premium: ⁊ actꝰ malus moraliter imputatur agenti ad vituperium ⁊ ad penam. Sequitur. Actus autẽ neuter vel indifferens: qui .s. nec est moraliter bonus: nec etiam moraliter malus. vt supra exposui questione. 17. Talis actus si est in potestate agentis: adhuc erit imputabilis: vel vt quodam modo vituperabilis. i. dicitur talis actus imputari agẽti ad vituperium: ex hoc ꝙ potuit illum ordinate elicere ⁊ sibi dare rectitudinem qua esset moraliter bonus: vel si non sit imputabilis ad vituperium: saltem potest dici vt nõ laudabilis imputari: ⁊ hoc ꝑpter defectũ eius. s. agentis: qui potuit talem actum laudabiliter egisse. Et hoc patet ꝙ non ab eodem formaliter est actus bonꝰ bonitate morali ⁊ imputabilis: quia actum esse bonũ moraliter habet ex conuenientia regulam. s. ad dictamen rectum. siue ad prudentiam: ita ꝙ dicitur bonus moraliter: quia conformiter elicitur dictamini recto. vt supra patuit articulo primo. Et actus dicitur imputabilis ex hoc ꝙ est in libera potestate agentis. vt dixi supra. Sequitur. Laudabile aũt ⁊ vituperabile ambo ista important. s. ꝙ actus laudabilis importat ꝙ sit conformis dictamini recto: ⁊ quod sit in libera potestate agentis. et actus vituperabilis importat ꝙ sit difformis dictamini recto: ⁊ ꝙ sit in potestate agẽtis: quia licet laudabile ⁊ vituperabile formaliter dicãt hoc qd est imputabile cũ determinatione illius ad quod est imputabile. i. ꝙ laudabile non dicit precise imputabile quia pt esse ad laudem ⁊ ad vituperiũ: sed dicitur imputabile cum determinatione. formaliter dicit imputabile ad laudẽ vel ad premiũ: ⁊ vituperabile dicitur formaliter imputabile ad vituperabile ad vituperium: vel ad penam. Licet ergo dicãt formaliter imputabile cum determinatiõe ⁊c. Tamen materialiter connotant illud propter qd ipsum est ad hoc imputabile. s. laudabile connotat bonitatem moralem: propter quam actus est imputabilis agẽti ad premium: ⁊ vituperabile cõnotat malitiam: ꝑpter quã actus est imputabilis agenti ad penam. ¶ Ibi. De imputabili tamen distingui potest. Dicit doc. ꝙ imputabile potest dupliciter accipi. sicut etiam actus voluntatis potest dupliciter accipi. Uno modo pro actu volũtatis elicito. Alio modo pro actu volũtatis imperato in alijs potentijs. Loquendo ergo de actu elicito voluntatis dicit ꝙ omnis talis actus cum sit in potestate voluntatis est imputabilis: vel ad laudem ⁊ premium: si est elicitus conformiter regule recte: vel ad vituperium ⁊ ad penã. si est elicitus difformiter regule recte: vel non ad laudẽ si est indifferens: puta si est elicitus a voluntate: nec cõformiter nec difformiter regule recte. Et actus voluntatis elicitus est magis in potestate voluntatis ꝗ actꝰ imperatus: quia ad eliciendum talem actum voluntas nihil presupponit nisi cognitionem obiecti cum quis elicit actum. Sed executio actus imperati dependet a potentia sensitiua: que agit per modum nature: ⁊ aliquando actus imperatus in potentia sensitiua potest impediri impotentia ad actum illum ne eliciatur. Nota etiã ꝙ sicut actus volũtatis elicitus est per se pmo bonus vel malus moraliter. vt patet a doc. questione vltima prologi. ⁊ in secũdo distinctione. 42. ⁊ in tertio distinctiõe. 33. ita est per se primo imputabilis formaliter: ⁊ sic actus imperatus in alijs potentijs a volũtate est tñ materialiter bonus vel malus. vt patet a doc. in secundo distinctione. 42. ⁊ in tertio distinctione. 33. ideo non per se primo: nec formaliter: sed secundario ⁊ materialiter dicitur imputabilis. Et ratio est: quia virtꝰ vel malitia formaliter est ab actu volũtatis elicito. vt patet. ⁊c.

De tertio principali potest dici ꝙ actus dilectionis naturalis ⁊ meritorie non differunt specie: ⁊ hoc loquendo de per se differentia: quam important per se ratio naturalis: ⁊ ratio meritorij: non autem per accidens de differentia. s. aliqua concomitante. puta differentia obiectorum: vel aliqua tali: intelligendo etiam de differentia actus specifica. Nunc doc. declarat principale intentũ. s. quõ actus exterior imperatus a volũtate habet bonitatẽ moralem propriam aliam ab illa quam habet actus elicitus: ⁊ similiter habet ꝑpriam malitiam. Secũdo declaratur quomodo actus exterior bonus vel malus non habet propriam imputabilitatem. ¶ De primo probat doc. auctoritate ⁊ ratione quomodo actꝰ exterior imperatus habet propriam bonitatem vel malitiam aliam a bonitate vel malitia actꝰ interioris elicit. Auctoritas est Aug. 13. de trinitate. capitulo. 5. vel. 14. Mala inquit volũtate vel sola quilibet miser efficitur: sed miserior potestate qua desiderium male voluntatis impletur perfecto: quãuis ⁊ si male volẽdo miser esset: minus tamen esset si nihil eorum que perperã voluisset habere: potuisset. hec ille, Et patet ꝙ hoc non potest intelligi de miseria pene: quia desiderans ⁊ nõ potens habere quod desiderat plus habet de pena ꝗ ille cuius desiderium impletur. Intelligit ergo de miseria culpe cũ dicit: sed miserior potestate qua desiderium male volũtatis impletur: ⁊ sic actus malus exterior addit ad miseriam culpe: que prefuit in actu interiori. ¶ Secũdo probatur ratione supponendo quod dictum est in primo articu. ꝙ bonitas moralis est itegritas eoꝝ: q̃ ẜm rectã rationem operãtis dictantur debere cõuenire ipsi actui. Tunc sic quicunqꝫ actus formaliter habẽt aliam ⁊ aliã integritatẽ supradictã habẽt aliã ⁊ aliã bonitatẽ moralem: cum bonitas moralis sit talis integritas: sed actus exterior imperatus ẜm dictamen rectum siue ẜm rectã rationem habet aliam integritatem ab integritate actꝰ eliciti. Probaꝛ minor. quia recta ratio non dictat actui conuenire debere: quod impossibile est sibi conuenire. Nũc aũt actui exteriori ipossibile est cõuenire illud qd cõuenit actu iteriori: ⁊ hoc itelligẽdo de vtroqꝫ actu. vt in esse reali supple elicito: ⁊ de eo quod sibi conuenit in tali esse. Licet enim actui exteriori inquantum est obiectum volitum ⁊ non vt actu elicito a potentia exteriori posset aliquo modo competere denominatione quadam extrinseca: illud quod realiter conuenit actui exteriori: non tamen idem eodem modo cõuenit illi ⁊ isti: quia bonitas moralis conuenit formaliter ⁊ intrinsece actui interiori: ⁊ tñ extrinsece actui exteriori pro quanto actꝰ talis est volitus: sicut etiam obiectum cognitum ab intellectu diuino: puta lapis dicitur eternꝰ denominatione extrinseca: quia intellectio diuina qua lapis intelligitur est formaliter vita eterna. Sic in proposito: quia actus elicitus a voluntate formaliter bonus quo volũtas vult actum exteriorem: talis actus exterior denominatione extrinseca dicitur bonus moraliter: quia tñ bonitate morali formaliter inexistente actui interiori: tamen actus exterior denominatione intrinseca habet aliam integritatem sibi conuenientem: qua dicitur moraliter bonus. Et hoc patet: quia potentie operatiue. s. exterior ⁊ interior non sunt capaces eiusdem actus: immo nec eiusdem rationis: nec per consequens actus illi erunt capaces cõuenietie eiusdẽ rõnis. Si dicaꝛ ꝙ quãuis illi actꝰ sint alterꝰ rationis: tñ cõuenientie siue integritates: quibus dicũtur boni moraliter sunt eiusdẽ rõnis. Dicit doc. ꝙ hoc etiã cõcesso actꝰ exterior saltẽ habebit aliã cõueniẽtiã ⁊ integritatẽ numero distinctã ab illa que cõuenit actui interiori: ⁊ hoc sufficit ad ꝑpositũ. ¶ Cõtra ista instaꝛ. Nũc doctor tribꝰ medijs instat probãdo ꝙ actus exterior nõ habeat aliã bonitatẽ a bonitate actus interioris. ⁊ arguit sic. Primo eadẽ est veritas actꝰ intelligẽdi: ⁊ ipsiꝰ obiecti intellecti. pꝫ. qꝛ sicut veritas pncipij ẽ imediata: sic notitia talis pncipij erit imediata. ⁊ similiter sicut veritas ꝯclusionis est mediata: puta notitia eiusdẽ cõclusiõis erit mediata: siue veritas mediata. ⁊ sic pꝫ aññs. ꝗ pari rõne eadem est bonitas actus volẽdi ⁊ obiecti voliti. Cũ ꝗ volũtas actu elicito conformi recte rationi velit actũ exteriorẽ: ita ꝙ actus

exterior habet rationē obiecti voliti: ⁊ nō est bonus mo
raliter: nisi q̄r sic volitus: ⁊ per cōsequēs eadē erit boni=
tas moralis actus volendi. ⁊ obiecti voliti scilicet act⁹
exterioris. ¶ Cōfirmatur ista ratio. q̄r vbi vnū propter
aliū: ibi tm̄ vnū: sed actus exterior nō habet bonitatem
moralem: nisi tm̄ propter bonitatē actus interioris: igi=
tur est ibi tm̄ vna bonitas. ¶ Respōdet Doc. primo ꝙ po
sito ꝙ veritas actus intelligendi: que est formaliter ip=
sius actus intelligendi sit quoddam rectum. Alio modo
scilicet obiectiue. s. ipsius obiecti intellecti: ⁊ hoc inquā
tum obiectū habet esse in ipso intellectu. Uult dicere ꝙ
veritas actus intelligēdi q̄ est cōformitas ipsius actus
ad obiectū intellectū talis cōformitas siue veritas de=
nominat formaliter ⁊ intrīsece ipsi⁹ act⁹ intelligēdi: ⁊
q̄r talis act⁹ sic cōformis terminat̄ ad obiectū cognitū
obiectiue ⁊ denominatiue extrinseca denoīat ipm̄ obie
ctū: sicut visio denominat formal̄r ipsam potētiā visiuā
⁊ obiectiue siue denoīatiue extrinseca denoīat obiectū
.s. calorē cū d̄r color visus. Sic in ꝓposito pōt cōcedi ꝙ
eadē bonitas moralis denominat actū volēdi ⁊ obiectū
volitū vt volitū. s. actū exteriorē vt volitū: tm̄ alio modo
denoīat actū interiorē. s. actū volēdi. s. denominatione
intrinseca ⁊ formaliter: ⁊ actū exteriorē tm̄ obiectiue si
ue terminatiue: siue denoīatione extrinseca loq̄ndo sēp
de actu exteriori vt p̄cise volito: qui pōt h̄re esse valuū:
siue actu existat: siue non existat: loquendo tm̄ de actu
exteriori in esse reali: talis act⁹ habet aliā bonitatē: q̄r
etiā realiter habet aliā cōuenientiā ad rōnē rectā: ideo
eīn p̄cise ⁊ formaliter est eadē cōformitas: siue cōueniē
tia act⁹ interioris ⁊ exterioris ad rōnem rectā: vt supra
patuit. ¶ Ad cōfirmationē dicit Doc. ꝙ illa cōfirmatio
est ad oppositū: q̄r si act⁹ exterior h̄z cōformitatē ad rō=
nem rectā ꝓpter cōformitatē act⁹ interioris ad rōnem
rectā: sequit̄ ꝙ habet aliā cōformitatē ⁊ ꝓpriā: q̄r cōfor
mitas act⁹ interioris ad rōnem rectā formaliter ⁊ ime=
diate sibi inest: hoc est nō mediante aliquo alio actu: sed
cōformitas act⁹ exterioris formal̄r ⁊ tm̄ mediate: q̄r tm̄
mediāte actu interiori conformi sibi inest: ⁊ per ꝯn̄a illa
ꝓpositio est negāda vel exponēda. s. ꝙ vbi vnū ꝓpter ali=
ud ibi vnū tm̄. Si ḡ act⁹ exterior habet bonitatē ꝓpter
actū interiorē. Seq̄tur ꝙ habebit aliā: q̄r si esset simpl̄r
eadē: tunc eadē esset causa suiipsius. p̄z. q̄r bonitas me=
diata suo mō est causata ab imediata: ⁊ si tā mediata q̄
imediata est tm̄ vna: tūc idē est causa suiipsi⁹: vel si non
ponit̄ causa sed tm̄ mediū respectu bonitatꝫ exterioris:
ita ꝙ bonitas act⁹ interioris mediat inter rōnem rectā
⁊ bonitatē act⁹ exterioris: tūc si est eadē bonitas seq̄tur
ꝙ idē erit mediū respectu suiipsius: vel rō mediandi re=
spectu suiipsi⁹: q̄d est impossibile: ⁊ ponit multa exēpla
quib⁹ ostēdit q̄n aliq̄d est tale ꝓpter aliud: puta bonum
ꝓpter aliud: ꝙ illud habebit ꝓpriā bonitatē ⁊ aliā. p̄z in
actib⁹ intellect⁹: q̄r licet cōclusio sit vera ꝓpter veritatē
p̄ncipij tm̄ habet ꝓpriā veritatē: q̄r ꝓpriā cōformitatem
eius q̄d affirmatur ad existētiā rei: ⁊ ad ipsos terminos
ꝓprios cōclusiōis. Nā ista cōclusio homo est risibilis ha
bet ꝓpriā ꝯformitatē. s. p̄dicati: q̄d affirmat̄ de subiecto
ad existētiā rei. i. q̄r tale predicatū d̄r de tali subiecto si=
cut in re risibile cōuenit homini: habet etiā ꝓpriā cōfor=
mitatē ad terminos ꝓprios: q̄r sicut oratio habet alios ⁊
alios terminos: ita habet aliā ⁊ aliā cōformitatē. nō eīm
cōclusio est vera formaliter veritate p̄ncipij: sed est ve=
ra veritate mediata ⁊ demōstrata: ⁊ p̄ncipiū est verum
veritate imediata ⁊ indemōstrabili: ⁊ per hoc exemplū
patēt etiā alia exēpla sequētia. ¶ Ibi. Si dicas ꝙ veri
tas nō cōuenit alicui extra intellectū: sed tm̄ actui intel
lectus vel obiecto vt est in intellectu: ḡ a simili bonitas
moralis nō conuenit actui exteriori vt extertus elicito
sed p̄cise vt obiecto act⁹ volēdi: ita ꝙ nullo mō est bon⁹
nisi q̄r actu volitus. ¶ R̄n̄sio. ꝯn̄a negari posset iuxta il
lud. 6. metaphy. nō est falsum ⁊ verū quidē in rebus: vt
q̄d quidē bonū verū: q̄d aūt malū falsum sed i mēte. Ali
ter posset negari aīis: q̄r si itellect⁹ aliquis sit regula in=
tellecti: sicut est de itellectu diuino exēplāte ⁊ regulāte
creaturā: illud pōt dici verū: nō tm̄ vt est actu cognitū:
sed etiā vt est in se: q̄r s̄m esse suū in se est exēplatū ⁊ cō=
formis exēplari: puta q̄r lapis sic est in re sicut intelligit̄
ab intellectu diuino ⁊ tūc est veritas lapidis exemplati
ad suū exēplar: q̄d est itellectus diuin⁹: vel act⁹ intelle=
ctus diuini: vel esse cognitū ipsi⁹ lapidis: q̄d circa cogni

tū est idea lapidis: siue exemplar ipsi⁹: s̄m q̄d exēplar ꝓ
ducit lapidē in esse reali. De quo vide Doc. in p̄mo. di. 35.
non ꝙ sit idea respectu actualis existētie: q̄r idea nō po=
nitur respectu cōtingētis. vt ꝓbat Doc. in p̄mo d. 3 ,. sed
ponit̄ p̄cise respectu entis in esse possibili vel obiectiuo:
puta idea hois est esse cognitū ipsi⁹ hois in suo esse quid
ditatiuo: ⁊ tunc volūtas diuina cōtingenter ꝓducit ho
minē in vero esse esse reali: sicut in suo esse obiectiuo re=
lucet in ꝓpria idea: siue ꝓprio esse cognito: ita ꝙ idea si=
ue esse cognitū hois terminat̄ ad esse quidditatiuū hois
q̄d est ens possibile ꝓduci in esse reali: ⁊ sic p̄z quō veri=
tas siue cōformitas que est exemplati ad exēplar ime=
diate fundat̄ in ipso exemplanti: nō vt precise cognito:
sed vt habente esse absolutum. ¶ Secundo principali=
ter arguit: quia sicut non est alia malitia actus interio=
ris ⁊ exterioris: ita nō est alia bonitas. p̄z de malitia que
formaliter est tm̄ carentia iustitie debite s̄m ansel. de
conceptu virgi. lib. i. capi. 7. ergo iustitia debita actui: q̄
est rectitudo actus est tm̄ in actu voluntatis: ita ⁊ iniu=
stitia que est carētia talis rectitudinis erit p̄cise in actu
volūtatis. ¶ R̄n̄det Doc distiguēdo de iustitia habitua
li ⁊ actuali. habitualis est habit⁹ v̄tutis. ita ꝙ accipitur
hic iustitia habitualis non pro iustitia habituali proprie
sumpta: que est virtus ad alterum. de qua quinto ethi.
que diuiditur in iustitiam habitualem punitiuam ⁊ pre=
miatiuam: que iustitia habitualis habet sub se multas
species. de qua vide Doc. in tertio. d. 34. ⁊ in q̄rto. d. 14.
q. 2. Sed loquitur hic de iustitia habituali: accipiēdo iu
stitiaꝫ habitualē pro omni habitu v̄tutis moralis natu
raliter acquisito. Accipitur etiam a Doc. iustitia habi=
tual pro habitu sup̄naturali. s. pro charitate: de qua pa=
tet a Doc. in 2°. di. 6. q. 2. ⁊ specialit̄ in 4. di. 14. q. 1. Ali
quādo accipitur pro iustitia originali habituali: que etiā
dicitur habitus sup̄naturalis: vt patet a Doc. in 2°. dist
29. Sed hic in proposito accipit iustitiā habitualē omni
bus modis supradictis. Iustitia vero actual est tm̄ re=
ctitudo actus: que rectitudo nihil aliud est nisi quedam
cōformitas: vel ad rectam rationē naturalem: vel ad re
ctam rationē sup̄naturalem: de quibus regulis vide Do
cto. in. 4. di. 14. q. 2. ⁊ actus per talē rectitudinē: siue cō
formitatē dicitur moraliter bonus: ita ꝙ talis cōformi=
tas que ē iustitia actualis immediate fundatur in actu:
vt patet a Doc. hic ⁊ in. 2. di. 34. ⁊. 37. ⁊ in. 4. di. 14. q. 2.
Sed iustitia habitualis imediate fundatur in volunta=
te. Nota etiam ꝙ duplex est rectitudo actus actualis:
Una tm̄ naturalis ⁊ in se ⁊ quātum ad regulā: vt ōnis
rectitudo actus: que precise est s̄m dictamen naturalē.
Alia potest dici supernaturalis non ꝙ insit actui super=
naturali: sed quia inest a regula supernāliter acquisita
vt cum quis elicit actum dilectionis trinitatꝫ cōformē
fidei infuse: que dictat deum eē diligendū inq̄tum est
trinus ⁊ vnus. Dicitur ⁊ aliquando rectitudo sup̄natu
ralis ⁊ dispositiue meritoria: vt quādo actus est a chari=
tate: si tm̄ charitas producit in actu aliquā realitatē que
sit dispositio ad hoc vt actus accepteturad premiuꝫ vt
videtur probabile: vt supra patuit. q. 17. ⁊ rectitudo su=
p̄naturalis istis duobus modis: licet sit naturaliter cau
sata: ⁊ quantum ad h̄mōi causationē possit dici natural̄
tm̄ quia est ab habitu sup̄naturaliter causato potest dici
sup̄natural̄. Est etiā rectitudo mere sup̄naturalis ipro
prie tm̄ qualis est acceptatio passiua qua act⁹ acceptat̄
a diuina volūtate in ordine ad p̄miū eternū. Sed in ꝓpo
sito nō accipit̄ rectitudo actus vltimo ⁊ penultimo mo=
dis sed bene aliis medijs. Nota etiā ꝙ rectitudo actus
est duplex. quedā est p̄cepta vel p̄cepto diuino: vel p̄ce=
pto legis nature. Exēplū p̄mi. Honorare parētes loco
⁊ t̄pe ⁊ instāte necessitate est act⁹ p̄ceptus: ita ꝙ opposi
tū faciēs peccat mortaliter. Exēplū secūdi. Colere deū
est p̄ceptū legis nature stricte sumptum. vt p̄z a Doc. in
tertio. d. 32. Alia rectitudo nō est p̄cepta: sicut vouere
castitatē nō est p̄ceptū: sed tm̄ cōsiliū. Aduerte etiaꝫ ꝙ
ꝓprie loquēdo p̄uatio rectitudinis p̄cepte debere inesse
actui semꝑ est pctm̄ mortale. Aliq̄n ē pctm̄ veniale q̄n
talis rectitudo nō est p̄cepta debere inesse. Aliq̄n recti
tudo act⁹ nō est p̄cepta debere inesse actui: ⁊ tm̄ p̄uatio
rectitudinis: puta orare amore dei cū alijs circūstātijs
nō semꝑ obligat ⁊ tm̄ si orē ꝓpter manē gloriā p̄mo ⁊ p̄n
cipalit̄ erit pctm̄ mortale: q̄r ⁊ si ista circūstātia. s. amo=
re dei nō semꝑ sit p̄cepta: tm̄ circūstātia opposita cōtra=

ris: que est alius finis est simplr prohibita. Multa alia possent dici que breuitatꝫ causa trãseo. ¶ Ad propositũ applicãdo dico ꝙ si accipiaꝛ iustitia hitualis ꝓ hitu morali siue ꝓ hitu supnãli: ⁊ hoc formaliꝛ loquẽdo dico ꝙ sicut talis iustitia est formaliter in volũtate: ita ⁊ priuatio talis habitus erit formaliter in voluntate: quia priuatiue opposita nata sunt inesse eidem successiue. Iniustitia vero actualis que est carentia rectitudinis opponitur priuatiue iustitie actuali: siue rectitudini actuali: ⁊ sicut talis rectitudo actualis imediate fundatur in actu: ita iniustitia actualis ⁊ carẽtia rectitudinis actualis immediate fundatur in actu ⁊ mediate in potẽtia cuius est actꝰ. sic ergo actus exterior potest esse rectus formaliter. i. potest habere rectitudinem propriam sibi formaliter inherentem: que dicitur iustitia actualis: ita potest habere carentiam talis rectitudinis: que dicitur iniustitia actualis: ⁊ sic actus rectus: siue exterior siue interior nõ dicitur rectus formaliter a iustitia habituali: potest enim esse rectus etiam ꝙ nõ sit ab aliquo habitu generatus. vt patet a Docto. in primo. di. 17. ⁊ in. 4. di. 14. q. 2. Et cum dicit hic ꝙ stante iustitia habituali potest haberi actus peccati venialis: vel actus indifferẽs. Hic specialiter loquitur de iustitia que est charitas: cũ qua stat actus indifferens: qui. s. nec est formaliter malus: nec formaliter bonus. Et similiter actꝰ peccati venialis. vt patet a Doc. supra. q. 7. ⁊ in primo di. 17. Dicit etiam ꝙ idem actus manens siue cõtinuatus per horam si est rectus: quãdiu manet eius rectitudo manet: ita ꝙ idem actus manens non potest mutari a recto in non rectum. patet. quia inrectitudo non posset inesse nisi per alium actum: cui ꝓcise inesset talis rectitudo: nec simpliciter actui recto continuato per horam põt inesse rectitudo pro vna parte puta priori puta pro medietate hore: ⁊ pro alia parte non rectitudo: quia vt dixi non posset fieri non rectus nisi mediante alio actu cui rectitudo inesset. ⁊ hoc patet a Docto. in secundo distin. 28. vbi dicit ꝙ quando quis actu vitat peccatum pro toto illo tpe quo vitat peccatũ nõ põt peccare: quia nõ posset peccare nisi per alium actum. ¶ Quãdo igitur dr ꝙ iustitia non est nisi in voluntate: verum est de iustitia habituali: que quidem iustitia est rectitudo ꝓpter se seruata: seruatum enim proprie conuenit habitui vel magis extendendo: verum est de iustitia actuali primaria: que est imediata conformitas actualis ad rationem: qualis est tñ in actu voluntatis elicito: ⁊ talis iustitia dicitur propter se seruata: quia voluntas illã propter se seruat: hoc est tenet illam in actu suo: quoniã illa iustitia recta elicit. idest ꝙ volũtas elicit vnum actum rectum illa iustitia: quia talis iustitia est formaliter rectitudo actus. Si autẽ sit sermo de iustitia actuali secundaria: siue mediata que formaliter est in actu exteriori imperato: talis iustitia non est subiectiue in voluntate: sed tñ causaliter pro quanto scilicet imperat talem actum exteriorem: ⁊ ita de ista adhuc potest aliqualiter saluari distinctio illa iustitie: quia illa est rectitudo voluntatis: nõ vt voluntati formaliter inherens: sed voluntatis vt imperantis: est etiam propter se seruata tanꝙ̃ effectus volũtarie positus. ¶ Ex isto sequuntur quedam correlaria per que etiam declaratur propositum. Primum ꝙ manẽte eadem iustitia habituali: tot sunt iustitie actuales quot sunt actus eliciti conformiter inclinationi iustitie habitualis ⁊ vnus potest esse intẽsior alio: si vnus actus eliciatur cum maiori conatu ꝙ̃ alius. ¶ Secundũ. quot sunt actꝰ mali tot sunt malitie actuales. patet: qr actus sicut natus est habere bonitatem siue rectitudinem: ita ⁊ carentiã illius que dicitur malitia actualis. ¶ Tertium. malitie eo modo differũt quo bonitates opposite que deberent inesse: quia priuationes ꝓcise distinguũtur: sicut habitus oppositi adinuicem distinguũtur. Et hinc patet ꝙ non solum distinctio vitiorum philosophice loquendo: que vitia formaliter priuatiue opponũtur bonitatibus moralibus traditis a philosopho: sed ⁊ patet distinctio peccatorum theologice loquẽdo: nec dicũtur tñ distingui per distinctionem cõuersionis: scilicet per aliam ⁊ aliam conuersionem ad creaturam. vt aliqui dicunt: quia illa nec per se constituit nec etiam distinguit peccatum vt peccatum: sed talis distinctio accipitur sm rationem ꝓpriam huius priuationis que est formalis ratio distinguendi vnam malitiam ab alia priuatiue: sicut ⁊ bonitas opposita est ratio distinguẽdi positiue: ⁊ hoc magis patet a Doc. in secundo dist. 34. Apparet ergo quõ vnũ peccatũ est grauius alio peccato: quia actus eo modo quo debet habere bonitatem maiorem siue in specie: eodem modo si caret tali bonitate maiori debita: ille actus est peior priuatiue: ⁊ si habeat cõditionẽ aliquam positiuã repugnantem illi bonitati: tũc est peior contrarie. Apparet etiam quomodo peccata possunt continuari in infinitum in damnatis: nec tñ natura eorum nec habilitas aliqua corrumpitur. ⁊ hoc clare ostensum est in secundo distin. 34. vide ibi. ¶ Ibi. Quid ergo adimit peccatum additum peccato. Dico vt dicit Doc. in secũdo distin. 34. ꝙ formaliter adimit iustitiam actualem cui formaliter opponitur: non ꝙ adimat illã: sic ꝙ prius infuerit: sed que deberet inesse. vt ibi prolixe expositũ est. ¶ Ad aliũ de auersione. Dicit doc. ꝙ auersio ab vltimo fine potest intelligi. vel ꝙ sit actualis auersio: qualis est nolitio finis siue odium dei: ⁊ dicitur auersio formalis: quia sicut amor dei imediate ⁊ formaliter conuertit ad deum: sic odium dei imediate auertit a deo. si tamẽ tale odiũ sit possibile. De quo vide doc. in secundo dist. 9. q. 1. ⁊ distin. 43. Loquẽdo de tali auersione patet ꝙ est tñ actus voluntatis imediate ab ipsa elicitꝰ. Alio modo potest intelligi auersio mediata siue virtualis que potest poni acceptatio alique voluntatis incompossibilis volitioni finis: saltem efficaci vel cõsecutioni finis: sicut quãdo volũtas vult omnino aliquid inordinatũ: ⁊ deordinans a cõsecutione finis. puta aliquid contra preceptum diuinũ: sine cuius obseruatione nõ est possibile consequi finem: vt quãdo vult aliquid cõtra precepta secũde tabule: ⁊ quõ hec auersio dicaꝛ virtualis. vide Doc. in secũdo distin. 35. ⁊ que ibi exposui. ⁊ isto etiam modo intelligendo auersionẽ auersio est actꝰ solius volũtatis. Tertio modo largius potest dici auersio quecũqꝫ malitia separans a fine efficaciter volendo vel cõsequendo: ⁊ talis malitia potest esse in actu voluntatis imperato: quia cũ imperare actum sit malũ nõ stat voluntatẽ efficaciter velle finem vltimum: nec etiam ipsum posse efficaciter consequi: ⁊ hoc tertio modo auersio potest esse actus alterius potentie imperatus a volũtate: vt actus fornicandi qui imperatur a voluntate cõtra preceptum dei qui precipit non fornicari. Et de huiusmodi materia: scilicet conuersionis ⁊ auersionis. vide prolixe Doc. in secundo dist. 35. ⁊ quomodo specialiter potest esse peccatum in actibus aliarum potentiarũ. vide in secũdo dist. 42. ¶ Sequitur in littera. Sicut igitur referibilitas vel quasi ordinabilitas ad finem potest dici conuersio: sic inordinabilitas potest dici auersio. qñ igitur accipitur ꝙ nõ est nisi vna auersio in actu interiori ⁊ exteriori: verum est duobus primis modis intelligẽdo. imo non est talis auersio nisi in actu interiori: ⁊ si sic intelligatur ꝙ auersio sit formalis ratio in peccato: negãdum est. imo sufficit illa inordinabilitas actus imperati: que posset dici auersio tertio modo dicta. Qđ etiã additur ibi de libidine si libido intelligatur esse improba voluntas. hoc est immoderatum velle: libido non est formaliter in omni peccato: sed vel formaliter vel causaliter concurrit ad peccatum. Si igitur libido vel cupiditas debet esse conuertibile cum peccato oportet extẽdere ista non tñ ad actum interiorem voluntatis imoderatum: sed etiam ad actum imperatum ⁊c. Et quia tota ista litera vsqꝫ in finem satis clara est ex his que dixi supra. Ideo aliter non expono eam.

¶ Questio Decima nona.

Circa questionem decimamnonã querit Doct. an in Christo vnitas nature humane ad verbũ sit sola dependentia nature assumpte ad personam verbi. ¶ In hac questione sunt tres articuli principales. Primus quis modus vnitatis sit hic ponendus. Secũdus est qualiter ipsa vnitas sit possibilis quantum est ex parte persone assumentis. Tertius est qualiter sit possibilis quantum est ex parte nature assumpte. ¶ Licet hec questio quãtum ad omnes articulos sit subtiliter pertractata a Docto. in tertio distinctione. 1. questione. 1. ⁊ ibi sit per me prolixe exposita: tamen quia aliqua pauca vltra ea que

dicta sunt in tertio. addita sunt. Pro clariori intelligē-
tia adhuc hanc questionē ordinoīe exponam incipiēdo
a primo articulo. De primo ergo articulo in quo Doc.
ostendit. ꝙ vnio nature humane: qua. s. natura humana
realiter vnitur verbo siue que vnio terminatur ad ver-
bum in vnitate persone est tm̄ relatio ⁊ dependētia qua
natura humana dicitur formaliter depēdere ad verbū
vt ad suppositum terminans talem vnionē: ac per hoc
suppositās siue sustētans humanā naturam in vnitate
suppositi. Dicit ergo Doc. ꝙ naturā humanā personali-
ter esse vnitam verbo: est tm̄ credidū. vt patet Joan. p̄-
mo. verbum caro factum est. vbi sm̄ August. caro poni-
tur pro homine. ⁊ est sensus: quia natura de nouo est vni-
ta verbo in vnitate suppositi: sequitur ꝙ verbum factū
sit homo. ⁊ quomodo hoc vide Doc. in tertio. Ex hoc er-
go ꝙ natura humana est sic vnita verbo: statim infertur
ꝙ ibi est ordo siue dependentia nature humane ad ver-
bum. probatur. quia omnia vnita vel est per informatio-
nem: vt patet in composito per se vbi forma substantia-
lis per se vnitur materie informando illā. similiter pa-
tet in composito per accidens: vbi forma accidentalis
vnitur subiecto informādo illud: vel est vnio per aggre-
gationē: sicut in aceruo lapidum: vbi plura sūt vnita in-
terque nec est aliqua informatio nec aliqs ordo nec ali-
qua depēdentia: ⁊ hoc est minima vnitas. vt patet a Do-
ctore in primo. distin. 2. parte. 2. q. 1. vel est vnio ordinis
. s. prioris ad posterius vel ecōtra: quia vbicūqꝫ est ordo
ibi prius ⁊ posterius: ⁊ relatio ordinis pōt multipliciter
accipi. vt exposui sup tertio Doc. di. 1. q. 1. arti. p̄mo. Et
addit Doct. ⁊ ne inquit sit altercatio de ꝑsonalibus vel
essentialibus. puta de attributis diuinis. vel de ꝓprietati-
bus notionalibus: vel alijs que dicūtur vnita in deo: et
quō dicanť vnita vide Doc in p̄mo distin. 5 q. 2. ⁊ alibi.
Intelligit ergo Doc. de vnione que est inter realiter di-
stincta. Ad ꝓpositū applicando dicit ꝙ vnio nature hu-
mane ad verbū nō est per informationē. pꝫ. qꝛ si natura
humana informaret verbū: tūc verbū esset ꝑfectibile a
natura humana: ⁊ sic eēt in potētia receptiua ad aliquā
formā qđ est impossibile cū ois imꝑfectio formaliter re-
pugnet vbo. nec similiter verbū est act⁹ siue forma infor-
māns naturā humanā: qꝛ tūc ex verbo ⁊ natura humana
fieret aliqđ tertiū cōpositū: ⁊ sic vbū haberet rōnē ꝑtis
respectu talis cōpositi ⁊ esse partē repugnat īfinito. vt
ꝓbat Doc. in p̄mo di. 8 q. 2. Et similit vbū diceret ꝑfi-
ci perfectione cōpositi qꝛ ois pars vt pars alicuius to-
tius participat perfectionē illi⁹ totius. vt pꝫ a Doc. in
pluribus locis. Seqreť etiā ꝙ natura humana ⁊ diuina
essēt ibi cōfuse. vt pꝫ a Doc. in tertio. di. 1. q. 1. Nec simili-
ter talis vnio nature humane ad vbū est tm̄ per aggre-
gationē quasi verbū ⁊ natura humana nullā vnionem
habeat adinuicē nisi tm̄ aggregationis: nā hoc mō ver-
bū hꝫ vnionē ad naturā meā: vel pater ad naturā assum-
ptam ⁊ generaliter quodcūqꝫ distinctū ad aliud simpli-
citer distinctū: ⁊ talis vnio nullo mō sufficit ad vnitatē
ꝑsone. ¶ Restat igiť tertia vnio. s. ordinis. ordo aūt est
posterioris ad prius: ⁊ hoc stricte loquēdo de ordine: qꝛ
cōiter loqndo est etiā ordo p̄oris ad posteri⁹. vt patet a
Doc. in p̄mo di. 30. Sed in ꝓposito accipit ordinē vt di-
cit relationē posterioris ad prius. patet aūt ꝙ verbū nō
habet rōnē posterioris respectu nature cū sit necessario
eternū. Sequitur. ergo cū talis vnio nature ad verbum
dicat per se relationē ordinis: ꝙ natura assumpta habet
per se ordinem posterioris ad verbum vt ad prius: ⁊ ita
dependētiam: ita ꝙ talis vnio ordinis nature ad verbū
est tm̄ vnio dependētie qua natura humana dependet
ad verbū: quia ois relatio per se ordinis posterioris ad
prius est relatio dependētie. ¶ Ibi probať etiā cōseqn-
tia. s. ꝙ vnio nature humane ad verbum sit dependētia
siue relatio dependentie; quia omnis relatio realis non
mutua nec equiparantie vel est quedā dependentia vel
requirit dependētiam relati ad illud ad qđ refertur: ⁊ di-
cit nō mutua: quia relatio cause ad causatū est mutua: ⁊
illa nō dicit dependentiam aliquā in causa: licet relatio
causati ad causam dicat depēdentiam in causato: ⁊ di-
cit nec equiparātie qualis est relatio equalitatis vel si-
militudinis: qꝛ non semper relatio huius similitudinis
notat dependentiā vnius ad aliud. vt patet de duob⁹ al-
bis perfectissimis. vt dicit Doc. in p̄mo. di 30. cōtra opi-
nio. Henri. cōmuniter ergo ois relatio realis nō mutua

nec equiparātie: vel est quedā depēdētia realis: qualis
est in ꝓposito. s. vnio nature humane que realiter est re-
latio depēdentie vel requirit dependētiam relati ad il-
lud ad qđ refertur: sic relatio creature ad deū que requi-
rit creaturam realiter depēdere ad deū ad quē refertur
mediāte relatione dependētie. Cū ergo vnio nature hu-
mane ad verbū sit relatio real a patet. qꝛ aliter nō fuis-
set realiter vnita verbo. vt patet a Doc. in tertio distī. 1.
nec est relatio mutua patet. qꝛ verbū nō refertur reali-
ter ad naturā cū nō sit aliqua relatio realis dei ad crea-
turā. vt ꝓbat Doc. in p̄mo dist. 30 nec est ꝓprie equipa-
rantie: qꝛ relatio equiparātie ꝓprie sumpta semꝑ est mu-
tua. vt patet de equalitate: similitudine ⁊ hmōi. ergo re-
latio realis. s. depēdentie: qꝛ talis vnio est vere causata
a tota trinitate. vt patet a Doc. in tertio dist. 1. ⁊ non est
incōueniens relationē realem extrinsecus aduenientē
posse imediate causari. vt ibi patet. talis vnio vt causa-
ta que est quedam depēdentia realis includit per realē
identitatem aliam relationem dependentie formaliter
terminatā ad deū: ⁊ hoc mō vnio vt causata dicitur for-
maliter quedā depēdentia. Sed talis vnio vt cōparať
ad verbum sustētificans naturā humanam: tunc ꝓprie
nō diciť dependentia ad verbum: ita ꝙ ipsa diceť depē-
dere ad verbum vt ad suppositum sustentans ipsam: sed
requirit naturā humanam dependere ad verbum vt ad
sustentans ipsam. patet ergo quō vnio nature humane
est relatio realis dependentie. ¶ Ibi. Ulterius qualis
sit illa dependētia nature ad verbū ⁊c. Nunc Doc. de-
clarat que dependentia sit talis vnio: ⁊ breuiter dicit ꝙ
non est depēdentia causati ad causam: ita ꝙ cum dicitur
natura humana vnitur verbo in vnitate suppositi: non
notatur naturā humanam depēdere ad verbum vt cau-
satum ad causam: quia vt sic tā natura humana ꝙ vnio
sunt causata a tota trinitate. ¶ Secundū declarandum
in isto articulo est ꝙ ratio formalis terminandi istā de-
pendentiam nō est aliqđ cōmune tribus personis: quia
tūc tota trinitas terminaret istā vnionem: ⁊ sic natura
humana simul fuisset assumpta a trib⁹ quod est falsum.
¶ Ibi. Hic dicitur. hic recitat opi. Uarronis libro ter-
tio. q. 1. quā hic improbat: sed prolixius in tertio distin. 1.
q. 1. ⁊ dicit Uarro ꝙ licet sit aliquid cōmune toti trinita-
ti quod est ratio terminandi istam vnionem: quia tm̄ alio
modo est in vna persona ꝙ in alia: qꝛ in patre est a se: in
alijs personis a patre: pro tanto illud cōmune posset eē
ratio terminandi in vna persona ⁊ nō in alia. ¶ Contra
hoc instat Doc. qꝛ in habendo illđ qđ est cōmune trib⁹
personis nō est aliqua distinctio nisi pertinēs ad originē:
puta ꝙ prima persona habet illđ a se. secūda a p̄ma. ter-
tia a p̄ma ⁊ secūda. Sed ista differētia non facit ꝙ vna
persona terminet dependentiam nature: ⁊ nō alia: quia
illa differentia esset oīno eadem. si nulla persona fuisset
incarnata: siue quelibet: siue solus pater fuisset incarna-
tus pater: qꝛ semꝑ pater haberet illud cōmune a se ⁊ fi-
li⁹ a patre ⁊ spūs sanct⁹ a patre ⁊ filio. Et ꝑterea talis
differentia esset tm̄ rōnis: vt patet. sed relatio rōnis nō
est ratio formalis terminādi realem depēdētiā. patet a
Doc. in tertio distin. 1. ¶ Ultimo dicit Doc. ꝙ ratio for-
malis terminādi istā dependētiā nature est entitas ꝑso-
nalis ꝑsone vbi siue ꝓprietas ꝑsonalis. ⁊ hoc ꝓbat Doc.
qꝛ ratio formalis terminādi istā depēdentiā realem est
aliqua entitas realis. vt patꝫ. ⁊ nō est aliqua entitas cō-
munis trib⁹ ꝑsonis: quia tūc tres ꝑsone simul termina-
rēt. ergo est aliqua entitas ꝓpria ꝑsone verbi si verbum
terminat: vel ꝓpria persone patris si pater terminaret:
sed talis entitas ꝓpria vbi est tm̄ ꝓprietas ꝑsonalis: pu-
ta filiatio si vbū cōstituať in esse ꝑsonali ꝑ relationē: vl
si per absolutū. de quo in p̄mo dist. 26. tale absolutū con-
stituens personam vbi eēt rō terminādi. Et nota vnam
rōnem quā facit Doc. in tertio. dist. 1. q. 1. probādo ꝙ for-
la ꝓprietas personalis sit ratio formalis terminandi ta-
lem vnionem ¶ Ibi. Cōtra. hic Doc. intēdit inferre ꝙ
si ꝓprietas ꝑsonalis esset ratio formalis terminādi istaꝫ
vnionem ꝙ tunc ꝓprietas personalis patris ⁊ ꝓprietas
filij essent eiusdem rōnis cuius oppositū ꝓbatum est in
p̄mo. dist. 7. ⁊ plixi⁹ di. 13. ꝙ aūt sequatur pꝫ: quia vnio
nature humane ad patrem esset eiusdem rationis cum
vnione nature humane ad verbū. ergo ⁊ termini essent
eiusdem rationis. ⁊ per consequens rationes formales
terminādi. qꝛ vnio nō esset eiusdē rōnis nisi etiā rō for-

maľ tminādi esset eiusdem rõnis. ❡ Dicit Do. q̄ diceretur ad hoc argumētum. sicut diceretur de cõmunitate eius qđ est persona in diuinis: quia si ponaľ aliqua communitas realis persone ad tertias personas possit concedi communis ratio terminandi eadem non tñ ꝓprie. Vult dicere q̄ si ab vltimis constitutiuis personarum posset immediate abstrahi aliqua realitas realiter communis illis. tunc ratio formalis terminādi istam dependentiam esset cõmunis tribus: tamē vna ꝑsona non terminaret nisi per rationē formalem ꝓpriam sibi. sed persone diuine siue ꝓprietates personales non conueniunt in aliqua realitate communi contrahibili: licet in aliquo conceptu abstracto ab illis: vt patet a Doc. in ꝓmo dist. 26. ⁊ ideo tales ꝓprietates nõ sunt eiusdem rationis. ita q̄ conueniant in aliqua realitate communi. immo vt sic sunt simpliciter. ⁊ primo diuersa: vt patet a Doc. in ꝓmo dist. 7. 13. ⁊. 26. non sunt tamen primo diuersa in aliquo conceptu cõmuni abstracto per intellectum: vt patet a Doc. in primo dist. 26. ⁊ vide que notaui super primo distinc. 25. ⁊. 23. ⁊ hoc mõ non poneretur talis concept⁹ cõmunis ratio formalis terminādi cum ratio formalis terminādi talem dependentiam sit entitas realis: vt supra patuit. ⁊ talis cõceptus communis non est in se entitas realis: sed bene primo mõ posset poni ratio formalis terminandi cõmunis: sꝫ non esset ratio formalis terminandi alicui persone nisi vt facta sibi ꝓpria: sicut natura humana est ratio formalis generandi sibi simile que est cõmunis omnibus indiuiduis hominis: ⁊ tamen sorti non esset ratio formalis generandi sibi simile nisi vt facta ꝓpria sorti puta per hecheitatem contrahentem talē naturam ad sortem. sic similiter si esset talis realitas communis tribus personis. i. tribus proprietatibus personalibus illa esset ratio formalis terminandi talem dependentiam communis illis tribus: sꝫ non esset ratio formalis terminandi verbo diuino nisi vt facta sibi propria ꝑ aliqđ ꝯtĥēs ipsā ad ꝟbū. sꝫ hoc sit īpossibile qꝛ hoc esset iꝑfectionis in verbo diuino: nam quicquid est in diuinis ex natura rei est simplr̄ in vltima actualitate: ita q̄ nullo mõ est contrahibile siue determinabile: vt patet a Doct. in ꝓmo dist. 2. parte. 2. q. 1. ⁊ dist. 5. q. 2. ⁊ alibi.

De secundo articulo principali videndum ē quo modo sit possibile ex ꝑte termini. i. quomõ hoc subsistēs incõmunicabile. s. verbum diuinum vt tale pōt terminare dependentiam. ⁊ arguit sic. non repugnat verbo diuino posse terminare talem dependentiam. ergo pōt simpliciter terminare. patet cõsequentia: qꝛ sic repugnātia dicit incõpossibilitatem: ita non repugnantia dicit possibilitatem. probaľ aiïs: quia si terminare dependentiam talem sibi repugnaret: aut hoc esset: quia verbū est subsistens siue persona absolute loquendo. aut quia est ꝑsona diuina: aut qꝛ est hec persona. i. aut repugnat persone inq̄ntum persona: aut inq̄ntum diuina: aut inq̄ntuꝫ hec ꝑsona: non videľ aliđ membrum dandum: ꝓpter qđ repugnet verbo posse terminare talem depēdentiā: sꝫ ꝓpter nullum istorū repugnat verbo diuino. ⁊ arguit sic. Inde pendēti non repugnat terminare depēdentiam: ⁊ si hēt ꝓpriam indepēdentiam non repugnat sibi esse terminū ꝓprium dependētie. sꝫ verbuꝫ quantum ad entitatē suā etiā ꝑsonalem est indepēdens: ⁊ hoc indepēdentia sibi ꝓpria loquēdo de indepēdentia que sibi cõuenit rõne entitatꝭ ꝑsonalis: q̄ entitas ē ꝓpria ꝟbo. ꝓbaľ ista minor. quia cui formaliter repugnat omnis imperfectio ei formaliter repugnat omnis dependētia: ⁊ qđ est formalis ratio repugnantie respectu vnius. i. omnis imperfectionis: est etiā respectu alterius. s. omnis depēdentie: ⁊ ecõtra. s. qđ est formalis ratio repugnātie respectu oīs dependentie erit etiaꝫ respectu omnis impꝑfectionis: quia omne dependens necessario includit imperfectionē: qꝛ limitationem ⁊ omne impꝑfectuꝫ includit necessario aliquam depēdentiam. Sꝫ verbo diuino ratiōe ꝓprietatꝭ ꝑsonalis repugnat formaliter oīs impꝑfectio: quia nihil poniľ in diuinis ex natura rei quī sibi ꝑcisissime cõsiderato repugnet oīs impꝑfectio. qꝛ si sibi nõ repugnet ꝙ aliqua impꝑfectio possit sibi cõpetere: ⁊ posita per possibile tali impꝑfectiõe in ꝓprietate ꝑsonali adhuc talis ꝓprietas ꝑsonalis maneret ī diuinis: qꝛ est ibi necesse eē: ⁊ nõ maneret nisi vt intrinsica deo. s. ꝑ realem idēptitatem: ⁊ ꝑ cõsequens possibile esset aliquā imperfectionem esse intrinsecam deo: quod est impossibile: quia enti infinito formaliter simplr̄ repugnat oīs impꝑfectio. ❡ Ibi. Cõtra istam rõnem Doc. instat ꝯtra hāc rõnem vt magis declareľ: quā etiā rõnem facit in 3° dist. 1. q. 1. Et ꝓmo instat cõtra maiorem. ꝓbando q̄ ista non sit vera. s. indepēdenti non repugnat terminare dependentiam. ⁊ arguit sic. Si indepēdenti nõ repugnat posse terminare depēdentiā igiľ tali indepēdenti posset cõuenire posse terminare depēdentiā talem: puta si est independens indepēdentia opposita depēdētie puta accidētis ad subiectum. dicľ enĩ talis indepēdentia vt comparaľ ad talem depēdentiam sibi oppositā. Sed cõsequens est falsum: vt patet in multis. ꝓmo in substātia ⁊ accñte. nam oīs substātia est independens indepēdentia accñtis ad subiectum. i. indepēdentia opposita dependētie accñtis ad subiectum: ⁊ tñ non sequiľ q̄ oīs substātia possit terminare depēdētiaꝫ cuiuscūq; accñtis ad subiectum: pꝫ quia lapis non potest terminare depēdentiam sapiētier qꝛ si posset: posset esse formaliter sapiens: qđ est impossibile. Secundo patet de dependentia totius ad partes: qꝛ simplici cum nõ sit totum nec pars sicut angelus: repugnat dependere dependētia qua totum dependet ad partes: ⁊ tñ non pōt terminare depēdētiam totius: quia tunc esset pars illius totius. Tertio patet de dependentia causati ad causā: qꝛ angelus est independens a quocumq; causato vt causa: qꝛ immediate creatur a deo. nõ tamē pōt terminare dependentiā omnis causati. Quarto patet de proprietate personali diuina que cū sit oīno indepēdens: seq̄tur q̄ possit terminare oēm dependentiam creature ad deum vt causati ad causam: ⁊ hoc ꝫm quancumq; rationē causalitatis puta efficientis: vel finalis: vel exemplaris ⁊ hmōi: qđ tamē est manifeste falsum: qꝛ ꝓprietas in ꝑsona non est formalis rõ causandi: sed aliqđ cõe tribus: vt patet in scđo dist. 1. q. 2. et si nõ ē ratio cāndi nõ erit ratio terminādi: quia qđ est ratio formalis terminādi dependentiam causati ad cām est etiā ratio formalis cāndi. vt patuit supra. q. 8. ❡ Ibi. Respõdeľ igiľ ad maiorē. Ex quo Doc. dedit multas instātias cõtra illam maiorē: hic dicit nõ ꝫm opi. ꝓpriam: vt patebit q̄ illa maior nõ est simplr̄ vera: quia sola independētia non est rõ formalis terminādi depēdētiam: sed oportet addere scilicet q̄ ratio independentie habeat realitatem: siue ꝓmitatē eēntialem respectu illius qđ dependet ad ipsam. patet: quia dependentia posterioris essentialiter ad pri⁹ eēntialiter: oportet etiā addere q̄ ratio formalis independentie habeat aliquam ꝑfectionē respectu dependentis: quia sicut depēdēs vt depēdēs necessario dicit iꝑfectionē respectu illi⁹ ad qđ depēdet: ita terminans dependentiam dependētis necessario dicit ꝑfectionem respectu dependentis. ⁊ maior sic intellecta videtur habere veritatem aliter non. (Nota tñ q̄ hec non est precisa ratio veritatis illius maioris: vt infra patebit.) maiore isto modo concessa minor sumpta videtur neganda scilicet q̄ ꝓprietas personalis habeat prioritatem eēntialem respectu creature. ⁊ q̄ dicat ꝑfectionē respectu illius. de primo patet: quia ordo eēntialis ē per se inter essentias: distinguēdo essētiā ꝯtra ētitatem hypostaticam: ⁊ q̄ tñ inter essentias. s. specifice distinctas sit ꝑ se ordo eēntialis. s. ꝑ se posterioris essētialiter ad prius per se essentialiter. probaľ per phm̄. 8 met. tex. cõ. 10. vbi vult q̄ forme. i. quiditates rerum se habeāt sicut numeri inter quas est proprie ordo eēntialis. De secūdo patet: quia entitas hypostatica non ē simpliciter ꝑfecta vel simpliciter ꝑfectio: prout dictū est supra. q. 5. per idem ergo negaretur mi. qꝛ si aliquid esset ratio repugnantie respectu cuiuscūq; impꝑfectionis ipsum esset ꝑfectio simpliciter. igiľ entitas hypostatica non est. si ꝑfectio simplr̄: sequiľ q̄ ipsa nõ est formalis rõ repugnandi omni imperfectioni ⁊ ꝑ ꝯñs nec per ipsaꝫ habet persona formaliter ꝓpriam independētiam: ⁊ sic patet īprobatio maioris ⁊ minoris. ❡ Ibi. Ad ista ⁊c. Hic Doct. respondet ad instantias factas cõtra maio. et primo ad primam que est de substantia ⁊ accidente premittendo multa que valent ad solutionem ad illas instantias. Dicit ergo sic primo q̄ dependētia potest dupliciter accipi. vnomodo formaliter scilicet pro ratione formali ipsius dependentie que est formaliter relatio. Alio modo materialiter pro natura dependente que formaliter denominatur tali dependentia que est relatio.

Primo modo dicit Doct. distinctio dependentie forma-

liter accepta requirit in termino rationē formalem terminandi aliam ⁊ aliam: vel eandem quasi illimitatā virtualiter. scȝ vel eminenter cōtinentē tales ratiōes formales distinctas. i. ꝙ si sunt due dependentie specie distincte necessario sunt ad terminos specie distinctos. i. ꝙ ratio formalis terminandi vnam necessario distinguitur specie a ratione formali terminandi aliam. patet de duabus dependentijs specie distinctis causati ad causā que terminātur ad causas specie distinctas: siue ad eādem causam ſm aliam ⁊ aliam rationem terminādi specie distinctam: vel si tales dependentie specie distincte habent eundem terminum ſm eandem rationem formalem terminandi talis ratio formalis ⁊ si non sit specie distincta: virtualiter tamen siue eminenter cōtinet rōnes formales specie distinctas que immediate possunt correspōdere illis dependentijs specie distinctis in ratione formali terminandi. Exemplum: dependentia qua calor dependet ab igne in ratione causati: ⁊ qua vermis depēdet a sole specie distinguitur. ⁊ vna terminatur ad solem ⁊ alia ad ignem: ita ꝙ sol terminat dependentiaȝ vermis causati ab ipso ſm aliam rationē formalem specie distinctam ab illa ſm quam ignis terminat dependētiaȝ caloris ab eo causati. Si vero calor ⁊ vermis essent immediate causata a deo: si ille dependentie distinguūtur specie: deus immediate terminaret dependentiam illarū ſm aliam ⁊ aliam rationē spē distinctam ⁊ non in eo formal'r ɔtēptā: sȝ tm̄ virtualiter qȝ virtualiť cōtinet caliditatem solis respectu vermis ⁊ causalitatem ignis respectu caloris. Sed loquendo de distinctione secūdo modo. s. dependentie materialiter sumpte que distictio est ſm naturas dependentes. dicit ꝙ talis distinctio nō requirit distinctionem nisi eorū que dependent. patet qȝ natura hominis ⁊ natura asini distinguūtur specie ⁊ nō dicuntur distingui per aliqua extrinseca sicut dependētie primo modo accepte. Et addit ꝙ iste nature depēdētes adinuicem distincte: puta vel specie vel genere: quādoq; sunt eiusdem ordinis: quando scilicet immediate vel eque mediate dependēt ad idem: quādoq; sunt alterius ordinis: qñ scȝ vnū depēdet mediate ⁊ aliud imediate. Exemplū primi: quādo sunt eiusdem ordinis impediati vt substantie etiam genere distincte dependent in ratione causati ad deum causantem ⁊ non tm̄ substantie: sed etiaȝ omnia accidentia realia absoluta que omnia dicuntur dependere dependentia eiusdem ordinis immediati. s. causati ad causam. Idem patet de omnibꝰ accidētibus que dependent ad subiectum dependentia eiusdem ordinis immediati: qȝ subiectuȝ immediate terminat dependentiam accidentis sibi inherentis. Comparando tamen dependentiā accidētis ad substantiam ad quam vltimate dependet: ⁊ comparando dependentiā substātie ad deū: vtraq; depēdētia dr̄ depēdētia ordinis imediati. sȝ vna sit causati ad causā qualis est substātie ad deum. alia est inherentis ad subiectum cui inheret: qualis est accidētis ad subiectum cui inheret. si vero vtraq; comparetur ad deum. s. substātie causate a deo ⁊ accidētis ad subiectum. prima dependentia dicitur dependentia eiusdem ordinis immediati. ⁊ secūda est eiusdem ordinis mediati que scȝ est accidentis ad deū: licet enim dependentia accidētis ad subiectum vt precise comparatur ad subiectum cui inheret: sic dependentia eiusdem ordinis imediati. tñ vt comparatur ad deum dr̄ depēdentia eiusdem ordinis tm̄ mediati. nō enim deus imediate terminat dependentiam accñtis in rōne subiecti: terminat tamen mediate: qȝ ex quo causat substātiā q̄ imediate depēdet ad deū: ⁊ substātia in rōne subiecti imediate terminat depēdentiā accidentis: ideo dicimus ꝙ accidēs depēdet ad deum dependentia ordinis tm̄ mediati: ⁊ hoc est qđ dicit. ¶ Sequitur. Licet igitur ista ꝓpositio sit falsa: independēs tali dependentia potest qualēcūq; depēdentiam terminare. Et ista ēt independens indepēdentia tali potest talem depēdentiam cuiuscūq; depēdētie terminare: vñ videtur ista probabilis: ꝙ independens tali dependentia pōt alicuius depēdentie talem dependētiam terminare: vel priorē. ⁊ hoc vel imediate vel saltem mediate ⁊ ista probabilior simpliciter: independens pōt cuiuscūq; dependentie: vel saltem alicuius depēdētie aliquam depēdentiam terminare. Et istaȝ duaȝ ꝓpositionum veritas apperet. Si ista ēt nota: ꝙ quecūq; entitas quacūq; alia vel est ꝑ se prior vel posterior: et

ista videtur haberi ex cōnexione entium ⁊ vnitate eorum siue vniuersi que vnitas est ordinis ſm phm̄. 12. meta. videretur enim illa entitas incōnexa cum alijs que non hēret per se ordinem prioris nec posterioris. ¶ In hoc lr̄a sūt quattuor ꝓpositiones: due false ⁊ due vere. prima falsa est ista: ꝙ indepēdēs tali depēdētia puta causati ad cām vel accñtis ad subiectum pōt qualemcumq; dependentiam terminare. patet instantia: qȝ lapis est independēs dependentia accñtis ad subiectū: ⁊ tñ non potest terminare dependētiā cuiuscūq; accñtis: quia nō accñtis spiritualis. Similiter angelus est independēs dependentia causati ad causam respectu omniū inferioȝ: ⁊ tamē non potest terminare dependentiam cuiuscūq; causati inferioris: vt patet: quia tunc esset causa cuiuscūq; inferioris qđ est falsum. Secunda falsa est ista. Independēs tali dependentia potest talem dependentiam cuiuscūq; dependentis terminare. patet per instantias immediate predictas. Tertia propositio vera est ista. ꝙ independens tali dependentia potest alicuius dependentis terminare vel priorem. ⁊ hoc vel immediate vel saltem mediate: hec patet. nam lapis est independens dependentia accidentis ad subiectum: ⁊ licet non possit terminare dependentiam cuiuscumq; accidentis: quia non spiritualis: potest tamen terminare dependentiam alicuius corporalis puta alicuius coloris vel quantitatis. Similiter deus est independens independentia accidentis ad subiectum: ⁊ licet non possit terminare dependentiā alicuius accidentis nec corporalis nec spiritualis: quia non potest esse subiectum accidentis: potest tamen terminare mediate dependentiam accidentis: patet: quia terminat dependentiam substantie vt causate ad causam: que substantia potest immediate terminare dependentiam accidentis; que dependentia causati ad cām ē prior dependentia accidentis ad subiectum: pōt etiam terminare dependentiā priorem depēdētia accidētiȝ ad subiectum. Sicut patet de depēdentia que ē ſm ordinē essentialem quiditatū que est quodāmodo mēsurati ad mensuram: et illa est prior dependentia que est effectus ad causam. licet ergo angelus non terminet immediate dependentiam lapidis vt causati: quia non causatur ab eo: terminat tamen mediate: quia terminat dependētiam lapidis vt quiditatiue mensurati: et hoc immediate: et per consequens terminat mediate dependentiam lapidis causati licet non ab eo causati: ac ꝑ ɔñs ēt dr̄ terminare depēdētiā accñtiȝ imediate depēdētiȝ ad lapidē ⁊ hoc est quod dicit scilicet vel terminat dependentiā priorem depēdētia accñtis ad subiectū: ⁊ hoc mediate vel imediate. nā dependētia causati ad causam est prior dependentia accñtis ad subiectum: ⁊ terminans imediate talem terminat imediate ꝑorem: ⁊ dependentia quiditatiua mensurati ad mēsurā est prior dependētijs causati ad causaȝ: ⁊ terminans imediate taleȝ dicitur etiā terminare dependētiam prioris depēdētia accñtis ad subiectum. ⁊ hoc mediate: qȝ imediate terminans depēdentiam mensurati ad mensuram terminat mediate dependentiā illius causati ad causam vndecūq; causetur. Quarta ꝓpositio ⁊ probabilior est ista: simpliciter independens potest cuiuscūq; dependentis vel saltē alicuiꝰ dependentis dependentiā terminare. Hec ꝓpositio habet duas ptes. prima nō videtur vera scilicet ꝙ simpliciter independens possit terminare dependentiā cuiuscūq; dependētis siue ꝑorem: ⁊ hoc mediate vel imediate. patet: qȝ proprietas diuina ꝑsonalis est simpliciter independens: qȝ nullo mō dependens. ⁊ tamen nō potest terminare dependentiam alicuiꝰ accñtis ad subiectuȝ: nec dependentiam causati ad causam: nec dependētiaȝ mensurati quiditatiue ad mensuram: qȝ tale terminans dicit formaliter ꝑfectionem: sed ꝓprietas ꝑsonalis diuina nullam ꝑfectionē formaliter dicit nec imperfectionem. Secūda tñ pars illius ꝓpositionis disiūctiue ē vera de omni independenti simpliciter ꝙ pōt alicuiꝰ depēdentie terminare dependentiā. ⁊ sic ꝓprietas ꝑsonalis diuina que est simpliciter independens potest saltē terminare dependētiā nature cōicabilis ad suppositū diuinū: siue esse rationē formaleȝ terminandi talem depēdētiam: quia sic terminans nō requirit aliquā ꝑfectionem formaliter: vt patet in 3°. dist 1. Sed sufficit ꝙ tale terminans sit simpl'r incōicabile: ⁊ sic pȝ veritas ꝓpositionis pro scđa parte. contra quā nō videtur posse afferri aliq̄

instantia: quia non videt posse inueniri aliquod simpliciter independens qui possit terminare aliquam dependentiam. Et qd addit ꝙ veritas duarū ꝓpositionum vltimarū eēt nota. si eēt notū ꝙ q̄cūq; ētitas q̄cūq; alia: vel ē ꝑ se p̄or vel posterior. patet: quia ex hoc ꝙ. a. ē per se siue essentialiter prius. b. statim sequit ꝙ eo modo quo. a. est per se prius. b. puta vel in ratiōe cause vel in ratione mensure q̄ditatiue: vel in ratiōe subiecti: vel in ratione suppositi: potest terminare talem depēdentiam talis posterioris eēntialiter. q2 ergo independens siue depēdentis tali ſm tertiam ꝓpositionē: siue simpliciter independens est eēntialiter: siue sit per se prius aliquo ente l aliquo ꝑ se ratiōe prioritatis manifeste. Sequitur ꝙ possit terminare depēdentiam alicuius. Et quod tal s per se p̄oritas ꝛ ꝑ se posterioritas sit ī ētib⁹: p3 ex ꝯnexione ētiū ꝛ vnitate eorū i vniuerso q̄ vnitas ē ordis. s. p̄oris ꝛ posterioris. nā illa ētitas nō videt hr̄e vnitatē: siue connexionem cū3 alijs que non habet ordinē cum alijs: nec ꝑ se p̄oris nec posterioris. ¶ Ex his declaratis p3 rn̄sio ad istātias supradictas: cū ergo p̄mo arguit. Si idepēdens pōt terminare depēdentiam. igitur independens tali dependentia pōt terminare talem dependentiam. ¶ Respōdet Doct. p̄mo negādo consequentiam: q2 antecedens pōt esse verū consequēte existente falso. nam hoc consequēs si est falsum: hoc erit ꝓpter aliquid annexum sue dependentie: puta q2 ta'ts independentia est limitata: ꝛ per cōsequens tale independens erit limitatum: ꝛ ideo pōt habere aliquam impfectionem annexā ꝓpter quam tale indepēdens non potest terminare talē dependentiam. licet eī lapis respectu sapientie sit idependens depēdentia accidentis ad subiectū. tamē non potest terminare depēdentiam sapientie: ꝛ hoc mediate vel immediate: q2 est indepēdens limitatu3. Sed hec ratio non tenet de indepēdenti simpliciter: q2 in tali nulla est imperfectio. ꝛ ideo bene stat: ꝙ independens simpliciter pōt terminare saltē aliquam dependentiam vt supra patuit de proprietate personali diuina de qua minus videtur: quia ꝛ si nullam imperfectionem includit tamen non dicit aliquam perfectionem formaliter. Secundo dicit illam cōsequentiā deficere: quia non oportet: ꝙ talis independentia concludat tale3 terminationem nisi indepēdētia simpliciter acciperet in antecedēte: sic ꝙ independentia simpliciter ꝛ omnimoda cōcluderet posset terminare oēm dependentiam. Si enim sic argueretur independens simpliciter ꝛ oīno terminans omnē dependentiam cuiuscūq; dependentis: ergo pōt terminare talem ꝛ talem dependentiam. talis cōsequētia valeret. sed tale aīs non fuit sic acceptum: sed solūmodo fuit acceptu3 ꝙ indepēdens oīno posset aliquam depēdentiam terminare. precise eīn dicit in illa ratione qua ꝓbauit non repugnare verbo posse assumere naturam ꝛc. Dicit eīn sic indepēdenti non repugnat terminare depēdentiā. ꝛ si hēat ꝓpriam independentiam non repugnat sibi esse terminū proprie dependentie ꝛc. Nota etiam qn̄ arguit sic: in illa consequentia. indepēdens simpliciter ꝛ oīno potest terminare oēm depēdentiam. ergo dependens tale potest terminare talem dependentiam. ly dependens tale: non debet accipi pro quocumq; independente tali: quia sic consequens est falsum: stante tali antecedente vero. patet de lapide respectu sapiētie. Sed debet accipi in consequente pro eodem indepēdenti simpliciter ꝛ omnimode ipsum restringendo ad talem indepēdentiam: vt sit sensus. ergo indepēdens simpliciter ꝛ oīno acceptum: tn̄ ſm talem indepēdentiā potest terminare talem dependentiam: quia si potest oēm terminare. sequit ꝙ etiam talē possit terminare. ¶ Tertio dicit: ꝙ cōsequens illius p̄me consequētie posset cōcedi ſm intellectū prius positum. s. ꝙ independens tali dependētia alicuius taliter depēdētis pel prioris dependentia depēdētia pōt terminare dependentiā: vt supra patuit. Tenendo ḡ consequentiā valere: ꝛ consequēs eē verum ſm sensu3 vltimo loco dato: singillatim rn̄det ad instātias. Et primo ad instantiā de lapide: ꝛ dicit ꝙ substātia lapidis pōt saltem terminare dependentiā illius accidentis qd est natū sibi cōuenire: ꝛ tūc debet inferri sic: indepēdens pōt terminare dependentiā aliquā: sed indepēdens dependentia accidētis ad subiectu3 potest terminare dependentiam alicuius accidentis. s. sibi conuenientis ꝛ non repugnantis. Et si aliqua natura non est susceptiua accidētis: sicut natura diuina. Illa tamē potest terminare aliquam dependentiam priorem: vt supra patuit. ¶ Et per idem dico ad instantiam de toto et partibus: q2 simplex: qualis est angelus saltem pōt terminare dependentiam priorem q̄ sit illa que est totius ad partes: quia saltem potest terminare dependentiam puta ignis vt mensurati quidditatiue ad mensuram quidditatiue. Siue illam qualis est inter minus nobile essentialiter ad magis nobile essentialiter. ¶ Ad aliam instātiam de causato ad causam. patet: quia licet angelus nō possit terminare dependentiam puta lapidis causati ab eo: ꝛ hoc immediate. potest tamen illa mediate terminare. patet: quia potest terminare aliam priorem. scilicet illam que est ſm ordinem essentialem quidditatiū. ¶ Ad quartam instantiam de proprietate diuina personali: dicit ꝙ tale independens simpliciter potest terminare aliquam dependentiam puta illam que est nature communicabilis ad suppositum omnino incommunicabile aliter non videtur habere connexionem cum alijs entibus qualis in proposito. scilicet loquendo de proprietate diuina non potest esse nisi prioris per se ad posterius: sed non oportet ꝙ possit terminare qualemcumq; dependētiam: quia non illam que requirit in termino perfectionem simpliciter: qualis est dependentia causati ad causam. Independens enim omnino ꝛ terminans dependētiam causati ad causam. siue mensurati quidditatiue ad mensuram quidditatiuam est perfectum simpliciter: ꝛ perfectum simpliciter est necessario ꝛ omnino independēs: quia omnis dependentia necessario includit impfectionem: ꝛ non tm̄ perfectum simpliciter est omnino indepēdens: sed etiam illud qd nullam perfectionem dicit formaliter. si tamen sibi repugnet omnis impfectio est omnino independens: quia omnino independens: ꝛ si non includat aliquam perfectionem. necessario tamen excludit omnē imperfectionem. ꝛ si tale esset aliquo modo dependens: tunc non excluderet necessario omnē imperfectionem. ꝛ tale independens est proprietas personalis diuina. ¶ Ibi per hoc excluditur responsio ad maiorez que responsio exponebat illam maiorem scilicet omne īdependens potest terminare dependentiam. Siue sic. īdependēti non repugnat t̄minare dependentiā ꝛc. Cū dicitur ꝙ ad hoc vt dependens t̄minet requiritur ꝙ sit prius essentialiter. dicit Doc. ꝙ prioritas essentialis est duplex. quedā est ratione essētie qualis est cause ad causatum ꝛ mensure ad mensuratum. ꝛ hec prioritas est ꝓprie essētialis. quia respicit essentias. Alia est prioritas essentialis extendendo prioritatez essentialem ad prioritatez per se. ꝛ hoc respectu cuiuscunq; entitatis: siue quidditatiue siue hypostatice. et hoc modo proprietas personalis in diuinis potest dici prior essentialiter: vel magis propriē per se prior quocumq; causato. non ꝙ entitas personalis diuina possit terminare dependentiaz causati: siue esse ratio terminandi: vt supra patuit. Sed dicitur per se prior: quia entitas omnino independens est per se prior omni entitati dependenti: qualis est entitas causati. Et isto secundo modo accipiendo prioritatem. necesse est vt omne terminans dependentiam sit prius eo quod dependet. non autem primo modo accipiendo prioritatem. id est ꝙ non est necesse ꝙ omne terminans dependentiam sit prius dependente prioritate primo modo accepta: nisi tn̄ quando est dependentia causati ad causam: vel aliqua similis dependentia: puta causati posterioris ad causatu3 prius. sicut sol terminat depēdentiam vermis causati ab eo: quia sol est pri⁹ causatus verme: vel ꝙ talis dependentia sit vnius cause ad aliam causam: sicut est in causis essentialiter ordinatis vbi secunda dependet a prima in causando: et sic prima terminat dependentiam talem. vel ꝙ sit dependentia mensurati ad mensuram scilicet mensurati quidditatiue siue mensurati secundum perfectionē ad mensuram perfectionalem. ꝛ sic terminans dependentiam aliquo istorū modorū necessario includit perfectionem. ¶ Et cum dicitur ꝙ tm̄ īter essentias est ordo essētial'. dicit Doc. ꝙ depēdentia eēntialis pōt dupliciter accipi. Uno mō est simpliciter essētialis que requirit vtrūq; extremum dicere essentiam. Sicut est dependentia creature vt causate ad deum vt causam. Alio modo dependentia dicitur essentialis tm̄ ratione fundamenti pro quanto fundatur in essentia. Sed non dicitur essen

talis rõne eminẽtie ẽ in ꝓposito .s. depẽdẽtie nature ad suppositum. ¶ Ibi. Et cũ addit in alia respõsiõe ad maiorem: ꝙ terminãs depẽdentiã oportet esse ꝑfectũ: hic dat duas respõsiões .s. ꝙ perfectio dicit equiuoce: sicut ⁊ entitas. nam entitas videt conuenire equoce entitati quiditatiue ⁊ hypostatice: ita dicit quedam ꝑfectio qditatiua ⁊ qdam hypostatica: tamẽ ꝓprie loquẽdo ꝑfectio tm̃ entitati qditatiue cõuenit ⁊ non hypostatice: qꝛ talis entitas non est ẽm quã aliqd formaliter ꝑficit. Sed ẽm quã aliqd respicit ꝑfectionẽ vel saltem determinat ad ꝑfectionem receptam. Vult dicere ꝙ entitas ꝑsonalis non est ꝑfectio qua aliqd perficitur. sed est entitas determinatiua suppositi ad perfectionem: nam suppositum diuinũ per ꝓprietatem. dicit hře talem ꝑfectionem puta deitatẽ: qꝛ e ꝯo ꝓprietas est actus non ꝑficiens deitatem: sed actus tm̃ ꝑsonalis per quam constituitur aliqd in esse ꝑsonali: per hoc dicit determinare suppositum ad ꝑfectionẽ nature quam hẽt. ⁊ de hoc vide prolixius Doc. in ꝓmo disti. 5. q. 2. ⁊ distic 25. ⁊ que ibi exposui. Nota tamẽ ꝙ quãdo dicit Doc. ꝙ entitas conuenit equoce entitati qditatiue ⁊ hypostatice. hoc tm̃ non videtur verum. Tum qꝛ cõceptus entis est cõceptus vniuocus cõmunis. cuicumqꝫ enti etiam vltimis differentiis: vt patet a Doc. in ꝓmo distic. 3. q. 3. Tum etiã qꝛ ab vltimis cõstitutiuis ꝑsonarũ diuinarũ est cõceptus cõmunis dictus in qd de eis: vt patet a Doc. in ꝓmo disti. 26. ⁊ vide que exposui sup disti. 23. ⁊ 25. ꝓmi. ergo multo fortius conceptus entis erit vniuocus entitati qditatiue ⁊ hypostatice. ¶ Respõdeo ꝙ Doc. forte intelligit ꝙ entitas realis vt entitas. accipiendo entitatem pro aliqua realitate non cõuenit vniuoce entitati qditatiue ⁊ hypostatice. Dico scđo ꝙ aliud est ꝑdicari vniuoce: ⁊ aliud est eẽ predicatum vniuocũ: vt patet a Doc. in ꝓmo disti. 3. q. 3. ⁊ in tertio disti. 7. Nam ꝑdicari vniuoce dicit cõceptum cõmunem qditatiue inclusum in illis de qbus predicatur. predicatum vero vniuocum dicit bene conceptum cõmunem: sed non qditatiue inclosum. Et hoc modo põt dici predicari equoce: qꝛ recedit a vera predicatione vniuoce dicta. Sed qꝛ videt ꝙ concept⁹ entis includatur qditatiue in vltimis cõstitutiuis diuinarũ ꝑsonarum. qꝛ si ab illis (vt dixi) potest abstrahi aliquis conceptus commonis in quid de eis. multo fortius potest abstrahi conceptus entis dictus in quid. ideo dico ꝙ debet sic intelligi ꝙ entitas realis pro vera re cui vere conuenit: perfectio tm̃ conuenit equiooce entitati realꝫ quiditatiue ⁊ hypostatice. ¶ Ibi. Secuodo potest propositum sic declarari. Hic Doct. adducit aliam rationem qua probat ꝙ non repugnat verbo diuino posse terminare dependentiam nature humane in vnitate persone. Et arguit. aliqua est in entibus dependentia nature communicabilis inq̃tum communicabilis ad suppositum cui commuoicatur. ergo in illa dependentia status est ad aliquod incommunicabile vt terminans talem dependentiam. antecedens patet de quacumqꝫ natura cõmunicabilis supposito siue per se: siue per accidens. nam substantia quecumqꝫ loquendo de substantiis per se: nata est habere proprium suppositum. ⁊ sic ita ꝙ inter naturam ⁊ suppositum proprium est realis idemptitas. ⁊ ꝑ consequens talis natura non dicitur per se depẽdere ad proprium suppositum: quia dependentia realis semper est inter distineta realiter. Nota tamen ꝙ accipiendo suppositum proprie nature in creaturis pro vltima ratione ⁊ completiua suppositi que dicit tm̃ negationem: vt patet a Doct. in primo distinctio. 2. parte. 2. que. 1. ⁊ in tertio distinctio 1. q. 1. ⁊ in presenti. q. talis negatio non potest realiter idemptificari nature. Debet ergo sic intelligi ꝙ suppositum proprium nature. id est ꝙ natura perfecte singularis ad quam immediate concomitatur negatio ad communicari alteri supposito. si in eodem instanti quo actu est singularis alteri supposito non cõmunicatur est idem realiter natore absolute. ita ꝙ natura humana si actu nõ est cõmunicata alteri supposito dicit complete ⁊ vltimate suppositũ ꝓpter negationẽ dependentie actualis ad aliud suppositũ que imediate concomitatur: ⁊ hec .s. natura humana ratione talis hecheitis ad quaꝫ nata est concomitari talis negatio realiter idẽptificatur nature humane: vt est ꝓbatum a Doct. in secũdo dist. 3. q. 1. ⁊ 6 ⁊ vide que ibi exposui: de hoc etiã vide que exposui super tertio disti. 1. q. 1. talis ergo natura cõmunicabilis proprio supposito non dependet realiter ad illud propter realem idemptitatez. Sed si talis natura nata habere proprium suppositũ cõmunicatur supposito alterius nature siue extrinseco realiter depẽdet ab illo: sicut communicabile realiter dependet ad illud cui cõmunicatur. patet: quia ex quo tale cõmunicabile non intelligitur per se stare: sed alteri communicari: statim sequitur ꝙ vere dependet ad illud cui communicatur. quia scilicet communicatur supposito extrinseco. ⁊ hec est probatio consequentie que dependet ex illo aotecedente: ex hoc quia si natura non nata habere proprium suppositum. i. non nata habere aliquod singulare eiusdem oature ad quod immediate concomitatur negatio ad cõmunicari alteri: quia actu per se existit. sicut natura accidentis que nullo modo nata est habere proprium suppositum: quia tamen nata est habere ꝑ accidens suppositum substantie: quia realiter communicatur illi. sequitur ꝙ dependet ad illud: sicut cõmunicabile ad aliqđ incõmunicabile. ergo oatura communicabilis nata per se habere propriuꝫ suppositum: si actu cõmunicetur supposito extrinseco non minus realiter dependet ad illud. ⁊ si tale suppositum extrinsecum terminat in ratione suppositi dependentiam nature communicabilis vt commuoicabilis. multo fortius suppositũ diuinum poterit terminare dependentiam nature humane communicabilis. patet: quia solum suppositum diuinum necessario est incommunicabile: quia est suppositum per aliquam eotitatem positiuam que necessario sibi inest per quam est necessario incommunicabile: vt patebit in tertio articulo ⁊ etiam patet in tertio distinc. 1. q. 1. ⁊ vide que ibi exposui. Sed suppositum creatum dicitur vltimate suppositum per aliquam negationem. scilicet per negationem actualis dependentie que sibi nõ inest necessario: vt exposui super tertio distinctio. 1. q. 1. ⁊ ideo suppositum creatum non est necessario incommunicabile. Cum ergo soppositum creatum per diuinam potentiam possit terminare dependentiam alterius nature in ratione suppositi. nam natura lapidis posset vere suppositari in aliquo supposito puta nature humaneꝫ vt patet a docto. in tertio distinctio. 1. multo fortius suppositum nature diuine poterit in ratione suppositi terminare dependentiam nature communicabilis puta nature humane. et sic patet ista secunda ratio. ¶ Ibi diceretur. Hic Doctor instat contra istam secundam rationem: duabus rationibus. ⁊ vna confirmatione. Dicit ergo sic: ꝙ nulla natura potest dependere ad ipsum scilicet verbum diuinum vt ad suppositum extrinsecum: quia non potest informari per accidẽs aliqua natura: sicut suppositum substantie informatur accidẽte: ⁊ pro tanto est suppositum per accidens nature accidentis. ¶ Secundo diceretur ꝙ dependentia accidentis ẽ per se ad singularẽ substantiam. non autem ad suppositum vt suppositum scilicet quantum ad illud quod suppositum addit vltra rationem singularis. quia illud non videtur esse nisi negatio. negatio autem nõ est ratio terminandi dependẽtiaꝫ. ¶ Confirmatur: quia natura singularis assumpta a verbo: eodem modo terminat depẽdentiam accidentis: sicut terminaret si nõ esset assũpta: sed assumpta non habet rationem propriam suppositi: igitur quando non est assumpta ratio suppositi oon est ratio per se terminandi: nec potest dici ꝙ quia est assumpta dependentia accidentis quod sibi inheret terminatur ad personam assumentem: quia dependentia accidẽtis est inherere: accidens autem nature assumpte non inheret persone assumenti. ¶ Ad primum respondet Doc. ꝙ accidentis ad subiectum est duplex habitudo. vna vt forme ad informabile. ⁊ sic dicit imperfectionem in subiecto: quia potentiam receptiuam. Alia est habitudo q̃ est dependentie accidentis ad subiectum. ⁊ talis habitudo tm̃ preexigit prioritatem essentialem in subiecto: ⁊ hoc non est imperfectionis in subiecto: hoc secundo modo natura humana dependet ad verbum: ⁊ quantuꝫ ad hoc est bona similitudo nature ad verbum: sicut accidentis ad subiectum. ⁊ hoc clarius patuit in tertio. dist. 1. q. 1. ¶ Ad scđm Doctor primo premittit quid sit substãtia que dicitur suppositum. talis enim est simpliciter incommunicabilis ⁊ vt quo: ⁊ vt quod. Sicut prolixius exposui super distinctione secunda parte secunda que. 1. ꝓmi Do. siue talis substãtis vt suppositũ. dicit negatio

neni duplicis depēdētie ad aliud suppositū.s. actualis ⁊ aptitudinalis: vt clare expositum est in tertio distin.⁊.q.1. Deinde Doc. dicit ꝙ licet dependentia accidentis aliqualiter terminet ad substantiam singularem que est cōmunicabilis. tamen non terminatur vltimate nisi ad singularem substātiam incōmunicabilem: quia dependentia que est in cōmunicari: siue qua dependens cōmunicatur alteri nō videtur habere statum nisi ad incōmunicabile. i. ꝙ talis dependentia non vltimate terminatur nisi ad incōmunicabile: quia si est dependentia ad singularē substantiam cōmunicabilē cum illa sit ratio essendi ei cui cōmunicatur: non est dependētia adhuc terminata ad vltimate nisi ad illud cui cōmunicabile cōmunicatur. Vult dicere ꝙ ex quo singularis substantia suo modo intelligitur cōmunicari ꝓprio supposito. (patet: quia est ratio essendi illi: quia totum esse positiuum suppositi creati est a substantia singularis: vt supra patuit.) Sequitur ꝙ non poterit vltimate terminare dependentiam accidentis: cum sit etiam cōmunicabilis ⁊ quasi dependens ad suppositum ꝓprium: licet non proprie dependens: vt supra dixi. cum ergo suppositum sit simpliciter independens ad aliud. siue simpliciter incōmunicabile: solum illud vltimate terminabit depēdentiam accidentis. Sequitur nec tamen intelligo: ꝙ cōmunicabile terminans dependeat ad incommunicabile: ⁊ propter hoc cōmunicabile non vltimate terminat: sed illud ad qđ ipsum dependet: quia non est verum substantiam singularem cōmunicabilem dependere ad suppositum substantie: sed est ibi vera idēptitas singularis cōmunicabilis ⁊ suppositi: sed pro tanto qđ depēdet ad singulare cōmunicabile vltimate depēdet ad incōmunicabile: qꝛ cōmunicabile est alicui incōmunicabili ratio essendi: ita qđ dependet ad illud qđ est alicui ratio essendi: depēdet vlterius ad illud cui ipsum est ratio essendi. incōmunicabile autē non sic est ratio essendi alicui. ⁊ ideo qđ dependet ad ipsum: non oportet vlterius depēdere ad aliquid quasi habens esse per ipsum. Non igitur vltimate terminatur dependentia accidentis vt cōmunicabilia nisi ad suppositum substantie: vt incommunicabiliter subsistens ⁊ sustentans ipsum: ⁊ est ista. s. dependentia ad aliquid extra totum genus dependentie talis que est in communicari: quia est ad incommunicabile. Nota plura in ista litera. primo in hoc quod dicit ꝙ substantie singularis et suppositi est vera idemptitas realis. suppositum non debet intelligi pro illa negatione actuali ad aliud suppositum: quia illa potest non inesse: ⁊ patet de facto in natura humana singulari supposita in verbo que actu dependet ad illud: ⁊ per consequens non est ibi negatio actualis ad aliud suppositum: ⁊ sic non est idemptitas realis. Debet ergo sic intelligi. scilicet ꝙ substantie singularis ⁊ suppositi: est vera idemptitas pro quāto negatio illa: non dicit aliquam realitatem positiuam distinctā a substantia singulari: vel pro tanto dicitur vera idemptitas: quia singularis substantia nō supposita actu in alio supposito necessario est in se supposita: vt patuit in tertio. d. 1. Nota secundo: ꝙ ratio suppositi vltimate non est aliquo modo ratio essendi alicui: cum sit pura negatio: ⁊ posito etiam ꝙ diceret entitatem positiuam: adhuc non est ratio essendi simpliciter. sꝫ tm̄ ratio essendi tale. scilicet essendi suppositum: quia suppositum habet vltimate eē positiuum suppositabile per talem entitatem positiuā. sicut etiam suppositum vltimate constitutum per negationem habet esse suppositabile negatiuū per negationem additam. Nota tertio. ꝙ terminans dependentiā alicuius: si tale terminans est communicabile ⁊ dicitur communicari alicui cui est ratio essēdi simpliciter non vltimate terminat dependentiam: sed illud cui communicatur: ⁊ per consequens substantia singularis ꝗuis terminet dependentiam accidentis non tamen vltimate terminat: quia communicatur suo modo proprio supposito cui est ratio essendi: quia tale suppositum non habet aliquod esse simpliciter positiuum nisi substātiā singularē quā includit: ideo tale suppositum vltimate terminat depēdētiā accñtꝫ. Si ēt substātia singularꝫ posset depēdere ad suppositū alia sbā nō vltiate ēminaret: qꝛ ad aliud dependeret: ⁊ hec est vna ratio quia nō vltimate terminaret. Est alia ratio supra dicta: qꝛ posito ꝙ nullo modo dependeat ad suppositum: quia tamen cōmunicatur illi non vltimate terminat: sed tm̄ illud cui cōmunicatur. Nota etiam ꝙ dependentia vltimata terminat ad illud extra totum genus accidentis: quia tm̄ terminatur ad suppositum substantie: ⁊ sic patet ista litera.

meritum sacrificij tantum ecclesie pertinet: ita q oblatio sacrificij dicitur precise meritoria pro quanto talis oblatio fit in persona ecclesie: et sic bonū correspondens tali merito est bonum debitum ecclesie: et sacerdos celebrās non est causa nec effectiua nec dispositiua respectu meriti ecclesie: nec aliquo modo causa respectu boni vel debiti ecclesie: quia tale bonum precise debetur ecclesie pro quanto oblatio sacrificij fit in persona ecclesie: quia enim deus acceptat ecclesiā vt sponsam: ideo acceptat oblationem sacrificij factam in persona ecclesie: pro qua oblatione obligat se deus ex sua tamē mera volūtate velle dare tantum bonū. Tñ sacerdos. quia minister ecclesie potest dispensatiue siue dispositiue bonum debitum ecclesie specialiter applicare certe persone vel certis personis: et quantum ad huiusmodi dispensationem non dicitur sacerdos precise instrumentum ecclesie: sed minister et dispensator boni debiti ecclesie virtute sacrificij: siue virtute oblationis sacrificij: quam talis sacerdos offert in persona ecclesie: quia ergo habet specialem gradū in ecclesia scilicet gradum sacerdotalē: quo in persona ecclesie potest offerre sacrificium: ideo dispensatorie potest etiam applicare illis personis pro quibus in persona ecclesie offertur sacrificium bonum quod debetur ecclesie virtute talis oblationis facte in persona ecclesie. ¶ Ibi. De secundo in isto articulo. An scilicet possit pro libito distribuere bonum debitū virtute sacrificij: ita scilicet q hoc bonum specialiter reddatur illi cui ipse specialiter applicat virtutem sacrificij: siue illi pro quo offert sacrificium. Diceretur q non. Nota q in isto articulo Doct. dubitatiue loquitur. ex vna parte videtur tenere: q sacerdotes in ecclesia non habentes curā nec capellaniam: et huiusmodi q possint applicare bonum ad libitum: et ex alia parte videtur tenere: q non ad libitum: sed tantum ad beneplacitum dei: quia ipse plus est dator illius boni. Et cōtra hoc secundum arguit Doct. quia tunc sacerdos nullam applicandi bonum alicui posset habere auctoritatē: quia celebrans non potest habere certitudinem determinatam de voluntate diuina: cui ipsa velit dare bonum reddendum virtute sacrificij: quia nec regulariter hoc deus reuelat: cui scilicet in speciali velit dare tale bonum. ¶ Ibi. Potest ergo dici. Hic Doc ponit duas conclusiones. prima est q vbi habetur doctrina certa de applicatione talis boni. Ibi applicatio est sic facienda: ita scilicet q si contrarium fiat forte nec ei cui applicatur valet: et applicanti nocet: quia peccat. cum aūt oratio possit vt dictū fuit in principio primi articuli alicui tripliciter applicari: scilicet specialissime generalissime et modo medio inter ista: scilicet specialiter: licet non specialissime. Sic in proposito: bonum quod debetur ecclesie potest tripliciter applicari: scilicet specialissime generalissime: et specialiter. primis duobus modis tale bonum semper intelligitur applicatum: nam oblatio sacrificij facta a sacerdote in persona ecclesie est meritoria boni debiti ecclesie: et virtute talis oblationis bonum debetur ecclesie: et tale bonum semper intelligitur applicatum toti ecclesie. secūdo ipsi celebranti. tertio illis pro quibus sacerdos in persona ecclesie offert sacrificiū: non q idem bonū numero detur toti ecclesie et celebranti et alijs. Sed sic debet itelligi: q qñ sacerdos celebrat et offert sacrificium in persona ecclesie. debet illud offerre pro tota ecclesia et pro se et pro alijs: et tunc de᷒ ꝯmunicat bonū debitum toti ecclesie: et aliquod ipsi sacerdoti et aliqd alij persone pro qua offert. Prima ergo applicatio et scda respectu boni debiti ecclie semper est determinata: et tertia applicatio videtur aliqñ determinata ex institutione ecclesie. aliquando nō. primo modo videtur ista determinatio esse ex hoc. ecclesia in diuersis parochijs instituit diuersos sacerdotes qui tenentur officiare ecclesias et celebrare specialiter pro suis parochianis: sic q eis applicent non tm̄ bonum ecclesie: vt supra dictū mō specialissime nec generalissime: sed spāliter: sed etiam quod debetur merito personali non specialissime nec generalissime: sed tm̄ specialiter siue in mō medio. et sic patet littera. Dicit ergo doc. sic isti quorū orationes et oblationes sunt sic determinate certis personis non possunt eas pro libito alijs applicare: q2 facerent iniustitiam subtrahendo debitum illis quibus tam sunt obligati: et intelligo si applicarēt alijs specialiter sicut ipsis et hoc alijs quibus non eque obligantur. ¶ Si quidem illa applicatio modo medio pt habere multos gradus. Exempli gratia. ponātur tres et sit ipsa plus valet illi cui fit in priori gradu: puta si quis sic intendat: q quantum pōt oblatio valere alicui alij ab offerente tm̄ valeat ipsi. a. et tunc post ipsum. a. quantum valere potest alicui altero valeat ipsi. b. et post. b. ipsi. c. et hoc siue p. a. intelligatur vna sola psona siue multe: pro quibus vult in eodem gradu orare. Esto igitur q ex ordine ecclesie vel ex beneficio tenetur quis offerre medio mō: et hoc in primo gradu pro vno non preiudicat tm̄ illi si medio modo in secundo gradu applicat virtutem oblationis alij: et sic de quibuscunqꝫ gradibus: q2 nunq̄ applicatio facta in gradu posteriori sibi abstrahit aliquid illi cui facta ē in gradu priori. ¶ Cui autem fieri debet applicatio et in quo gradu dubium est. An scilicet curatus debeat prius applicare oblationē suo parochiano: q̄ patri vel matri. Dicit Doct. q de lege nature videtur magis obligari parentibus: et illi legi preiudicare non potest positiua obligatio: nec quisq̄ recipiens obligationem debet velle sibi sacerdotem obligari contra rectum ordinem legis nature: et ita interpretandum est q obligans sacerdotem nunquam voluit sacerdotem sibi sic obligari quin sacerdos possit libere reddere semper patri et matri illud in quo eis tenetur. Posito etiam q pater et mater sint parochiani alterius sacerdotis: qui tenetur pro eis offerre sacrificium: sicut pro alijs parochianis. Adhuc videtur dicendum: q magis teneatur patri et matri. quia ius nature sic obligat: loquendo tamen de iure nature large sumpto: vt patet in tertio distinc. 37. ¶ Scda conclusio est: q loquendo de alijs sacerdotib᷒ nō

pōdera q doc. dubitatiue loqui

prima cōclusio doc

obligatis mō supradicto: tales ⁊ si magis possint ꝓ suo libito applicare bonum ⁊c. debent tamen applicationem suam conformare beneplacito summi sacerdotis quantum possūt de illo verisimiliter concipere quod difficile quādoq; est cōcipere in speciali de hac persona vel illa. probabilius tamen ꝯcipitur magis in cōmuni: puta parentibus: benefactoribꝰ principibus. ⁊ prelatis: iuxta illud apostoli prime ad Timo. secundo capitulo. Obsecro ergo. primo ⁊c. pro mortuis etiā iuxta illud secundi Machab. duodecimo. Sācta ergo ⁊ salubris est cogitatio pro defūctis exorare. Et adhuc sic sistēdo in ꝯmuni dubium est quibus debet offerens medio modo applicare sacrificium: ⁊ hoc in gradu priori ⁊ quibus in gradu posteriori. nam in aliquibus est maior indigentia: sicut in mortuis qui non possunt pro se mereri q̃ in viuis: ⁊ in peccatoribus q̃ in iustis: qui per propriam gratiam quam habēt possunt mereri non sic peccatores ⁊ magis indigēti videtur iustum prius subuenire. tamen ex alia parte videt̄ maior vtilitas: vtilius est enim viatori gratiam augeri. ⁊ ex consequēti merita q̃ mortuo solam penam remitti: videtur etiā quis magis obligatus fratri suo existenti in charitate q̃ peccatori: qui nec deum diligit nec a deo diligitur: sicut iustus ac timens deum timore filiali. Tutius ergo videtur applicationem facere generalē talem: videlicet. Digneris domine oblationem istam specialiter acceptare pro illis pro quibus nosti me teneri: specialiter offerre: ⁊ in illo gradu in quo nosti me teneri pro illis. Et si in speciali determinetur ab aliquē: puta ad patrem vel matrem: vel aliquos puta ad benefactores particulares: tutius est: ꝙ fiat applicatio sub hac cōditione: si tibi placet. Et iste modus applicandi debet intelligi fieri non tm̄ a celebrantibus non obligatis: sed etiā a celebrantibus obligatis. ¶ Ibi. De tertio in isto articulo dici potest: ꝙ scilicet missa non tm̄ valet virtute sacrificij applicata pluribus in eodem gradu ⁊c. Dicit Doct. ꝙ bonum debitum virtute sacrificij plus valet applicatum petro: q̃ si applicaretur sic petro ⁊ alijs. ⁊ loquor de bono debito ecclesie non specialissime nec generalissime. sed tantum specialiter: siue medio mō accepto. Et ꝙ plus valeat soli petro: ⁊ simul petro ⁊ alijs probatur eisdem rationibus: quibus in primo articulo principali probatum est de bono debito merito personali ipsius celebrantis. ¶ Ibi. Sed hic est quoddam dubium speciale scilicet an meritum qd̕ est virtute sacrificij sit infinitum: ⁊ per consequēs bonum debitum tali merito sit autem infinitum. Dicit Doct. primo ꝙ bonum correspondens merito ecclesie non correspondet precise bono contento in eucharistia: id est ꝙ bonum debitum merito ecclesie non est precise tantum bonum quantum est christus contentus in eucharistia: quia loquendo de tali bono equale est etiā quādo eucharistia seruat̄ in pixide. quia vt ibi ita perfecte christus continetur: sicut quando eucharistia est in manibus sacerdotis: ⁊ tunc bonum debitum ecclesie virtute sacrificij nō plus valet ecclesie quando sacerdos offert sacrificium in ꝑsona ecclesie q̃ quando eucharistia seruatur in pixide. Secundo dicit ꝙ vltra bonum contentum in eucharistia quod est expresse correspondet ecclesie aliud bonum quod sibi debetur virtute oblationis sacrificij indistincte loquendo de oblatione siue scꝫ intelligat̄ ipsa consecratio: siue perceptio sacramenti: siue oblatio vel operatio aliqua sacerdotis in ꝑsona ecclesie. Et addit ꝙ nūq̃ talis oblatio est deo accepta ⁊ ordinata ad bonum reddendum ecclesie nisi sit offerentis accepti: ⁊ per consequens existentis in gratia: ⁊ hoc probat multis auctoritatibus. Ex hoc sequitur ꝙ oblatio facta ab existente in peccato mortali non est meritoria: nec deo accepta: nec ad aliquod bonum ordinata a deo reddendum nec sibi nec ecclesie: quia tunc talis offerens non mereretur: sed magis demereretur. ¶ Ex istis patet ꝙ sicut eucharistia non precise ratione rei contente plene acceptatur: sed oportet ꝙ sit oblata sic vꝫ a sacerdote potestatem habente specialiter offerendi: vtrum sacrificium: vt minister ecclesie: nec etiam plene acceptatur oblata: supple vt sit meritoria nisi ratione bone voluntatis alicuius offerentis non autem precise ratione ipsius voluntatis celebrantis: quia hoc pertinet ad meritum personale non ad virtutem sacrificij nec etiam eucharistia siue oblatio acceptatur immediate ratione voluntatis ipsius christi offerentis: quia christus ⁊ si hic offeratur vt contentus in eucharistia: non tamen hic immediate offert sacrificium: vt patet ad hebreos. 9. Christꝰ semel oblatus est supple a seipso offerente. quia scilicet obtulit se ipsum patri in morte: alioquin videretur ꝙ celebratio vnius misse equiualeret passioni christi si idem esset offerens immediate ⁊ oblatus: certum est autem ꝙ missa nō equiualet passioni christi: quia talis passio oblata a christo quo ad sufficientiam fuit meritoria etiam pro infinitis: ⁊ quo ad efficaciā fuit singulariter meritoria quo ad predestinatos: vt patet a Doct. in tertio dist. 19. immo missa specialꝰ valet pro quāto ibi est specialior commemoratio oblationis quam christꝰ obtulit in cruce iuxta illud luce. 22. Hoc facite in meam commemorationem: quia fit missa tam representando illā oblationem in cruce: q̃ per eam obsecratio vt scilicet per eā videlicet obsecrationē deus acceptat sacrificium ecclesie. obsecratio etiam ꝯmuniter fit per aliquid magis acceptum ei q̃ rogatur q̃ sit sibi supplicatio obseruantis: si enim supplico pro salute anime patris: vt hoc mihi facias suppono tibi magis acceptam esse salutē eius q̃ supplicationem meam: vnde propter illam acceptam vellem supplicationem meā acceptari ⁊ propter vnumquodq; tale ⁊ illud magis. primo posterio. tex. com. 5. ¶ Sic ergo patꝫ ꝙ eucharistia oblata acceptatur non ratione voluntatis christi vt offerentis hoc est instituentis oblationem ⁊ dantis sibi valorem ⁊ acceptationem: tamen non equiualeret: nec acceptaretur vt passio christi: ⁊ ita esset meritum finitum: cui correspondet bonū debitum virtute sacrificij. Ex quo ergo meritum quod habetur virtute sacrificij siue ratione voluntatis generalis ecclesie offerentis sacrificium siue ratione voluntatis christi offerentis ⁊ instituentis tale sacrificium: tale meritum est finitum: ⁊ per consequens certi et determinati gradus. Sequitur ꝙ bonum correspondens tali merito secundum strictam iustitiam erit finitum et certi ac determinati gradus: siue loquendo de bono applicato specialissime: siue generalissime: siue specialiter: et per consequens patet ꝙ bonum debitum virtute sacrificij specialiter: siue medio modo plus valet petro. si sibi soli applicetur q̃ sibi valeat si simul sibi ⁊ alijs applicetur. Et quod dicit de merito passionis christi non vult Doct. ꝙ meritum passionis christi sit formaliter infinitum etiam acceptatum cum omni circumstantia ad suppositum diuinum: vt subtiliter probat Doctor in tertio distinctione decimanona. Et hoc loquendo intensiue: tamen extensiue potest esse infinitum pro quanto deus potuit acceptare illam passionem pro infinitis personis: vt patet. Siue ergo tale meritum sit intensiue finitum vel infinitum vel etiam extensiue adhuc passio christi oblata ab ipso est simpliciter magis meritoria q̃ eucharistia ēt oblata ab ipso christo. ¶ Addit etiam Doc. ꝙ talis oblatio precise acceptatur a deo rōne volūtatis ecclesie militantis: ⁊ non triumphantis. ¶ Contra. Si est solius ecclesie militātis: ergo si nullꝰ viator esset in gr̃a virtus sacrificij esset nulla. Rn̄det doct. ꝙ si sic esset virtus sacrificij minime valeret ecclesie: tn̄ nō sic ē: q: nunq̃ erit ecclesia militans sine aliquo qui sit in charitate ⁊ hoc ex ordine dei: iuxta illud Luce. 22. igitur rogaui ꝓ te petre: vt nō deficiat fides tua. ¶ Arguit etiam: q: si acceptaretur rōne voluntatis ecclesie militantis. Seq̄retur ꝙ si vnus solus esset in gr̃a ꝙ bonum debitum ecclesie eq̄retur merito ꝑsonali illius existentis in gr̃a: patet q: si meritum personale sit vt octo ipsius celebrantis existentis in gr̃a: bonum correspondens erit vt octo. cū ergo bonum debitum ecclesie sit ratione bone voluntatis existentis in gratia videtur sequi ꝙ tale bonum equetur merito personali illius solius existentis in gratia. Dico ꝙ non sequitur: q: deꝰ magis acceptat illam oblationem que fit virtute sacrificij q̃ acceptet opus personale. ¶ Deinde mouet aliam difficultatem scilicet quomodo ad meritum istud concurrit motus illius qui nihil cogitat de oblatione cuiusmodi est aliꝰ a celebrante nec assistens sibi. Respondet ꝙ et si non sit in eo motus actualis: tamen sufficit motus virtualis vel habitualis quo vult deū acceptare partes ecclesie. Propter ista argumenta dici pt̄ sicut dicitur respondendo ad argumentum principale huius questionis in fine. ¶ Secundo dicitur ꝙ istud meritum est ad meritum passionis christi nō ꝙ tunc christus mereatur: sed quia quando passus est meruit ꝙ istud meritum esset ad meritum illud applicabile. Tertio dico ꝓ prima instantia ꝙ nunq̃ erit ecclesia militans sine aliquo qui sit in charitate ex ordinatione dei: iuxta illō dictum christi. Luce. 22. Ego rogaui pro te petre: vt non deficiat fides tua.

nota hic.

De tertio articulo principaliter quod erat si sacerdos soluat debitum simul dicendo missam pro pluribus quibus obligatur. Et primo Doc. declarat quot modis potest sacerdos se obligare. primo potest obligare missam ex sola liberali promissione: secundo ex stricta obligatione loquendo de liberali promissione. dicit ꝙ est in potestate promittentis tm̄ promittere quantum voluit et ad tm̄ se obligauit et non plus sine ad tm̄ quantum voluit precise

Quot modis pt sacerdos se obligare.

verbi gratia quis nullo modo obligatus ad dicendum missam. si dicat alicui pro quo non tenetur celebrare. puta ex aliquo beneficio recepto ego intendo applicare meritum misse tibi talis obligatio est mere liberalis. et in isto casu tamen se obligavit quantum voluit se obligare: si tamen iste intellectus possit sine mendacio stare cum verbis que habentur: extra de spon. c. ex literis: ubi glosa in fine dicit secundum promissionem sit interpretatio: quia liberum fuit et licitum stipulatori verba lata concipere: et tunc si reddat sicut intendebat in promittendo solvit debitum. Secundo modo loquendo de stricta obligatione etc. primo declarat per quid intelligit strictam obligationem: et dicit quod non intelligit strictam obligationem que est per conventionem legalem qualis est inter vendentem et ementem nec per conventionem que est per aliquam commutationem scilicet spiritualis in temporalem: quia illa videtur simoniaca: nec valet dicere quod sacerdos commutaret pro aliquo temporali suum laborem temporalem: quia non est verisimile quod aliquis vellet sibi tantum dare pro labore corporali in illo actu: ut patet. Dicit ergo quod eleemosyna liberaliter offertur cum mendicatione orationis et accipiens eleemosynam tenetur secundum iustitiam orare pro mendicante suam orationem: et tunc secundum iustitiam liberaliter tamen (accipiendo. scilicet liberaliter sine conventione et commutatione) obligat se ad orandum pro benefactore: vel si talis recipiens beneficium sit particularis persona vel si sit communitas aliqua: tunc vel prelatus illius communitatis recipientis beneficium obligat se pro tota illa communitate ipsi benefactori: vel ipsam totam obligat. vel ipsa tota se tota obligat: et quelibet istarum obligationum potest esse stricta: licet non sit secundum commutationem huius pro illo: puta misse pro beneficio: quia tunc esset simonia. Hoc exposito ponit duas conclusiones. prima quod aut verba obligationis quibus se intelligat ad dicendum missam si sunt certa et simpliciter determinata: puta ad hunc intellectum scilicet dicendo: obligo me ad dicendum missam pro isto benefactore una cum aliis pro quibus teneor: tunc dicendo missam pro illis pluribus solvit debitum. Secunda conclusio est quod obligans se ad dicendum missam pro aliquo: ita specialiter sicut potest sacerdos specialius pro alio a se celebrare: hoc est quantum potest et meritum personale et virtutem sacrificii alicui alii specialius applicans: et quo ad hoc dicit Doc. quod sic obligans si pro aliquo uno non potest pro duobus satisfacere: et hoc si obligans sacerdotem ad dicendum missam intendat eum sic obligare. Et posito etiam quod sacerdos sic dicat: ego dicam pro te unam missam: pro se tantummodo supradicto. scilicet quod applicet sibi bonum misse: quantum potest sibi applicari adhuc tenetur dicere missam tamen pro isto quia verba obligationis si obligatio est licita sunt accipienda secundum intellectum quem habet ille cui fit obligatio: ut patet in secunda. q. v. c. quacunque. quacunque arte verborum quis iuret: deus ita accipit sicut ille cui iuratur intelligit. et dicit de obligatione licita: quia si obligaret eum ad illicita: tunc obligatus non tenetur servare: et sic exponendum est illud: extra de iureiurando. c. veniens. ¶ Ibi. Sed que est communis intelligentia habenda de talibus verbis: puta cum quis dat eleemosynam sacerdoti: dicens. do tibi hanc eleemosynam ut dicas mihi unam missam: an per huiusmodi verba per se intendit obligare sacerdotem ad dicendum illam missam pro se tantum. Dicit doc. sic videtur inquantum obligans districte sacerdotem ad celebrandum per se intendit obligare eum ad illud quod est sibi utilius. Dum tamen illum ad illud liceat ipsum obligare: nunc autem quod maximum bonum quod debet virtute meriti personalis: et etiam virtute sacrificii ipsius loquendo de bono specialiter: sive medio modo applicando prout distinguitur contra bonum applicandum specialissime et generalissime prout in primo et secundo articulis expositum est: medio modo alicui applicandi totum reddatur isti est isto utilius quam quod non totum reddatur et hoc licet: quia non est contra charitatem quod unusquisque bonum spirituale sibi procuret quantum potest sine preiudicio alterius: ergo iste si intendit sacerdotem obligare. scilicet quod totum illud bonum sibi debeatur: non autem sibi deberetur totum: si simul pro altero celebraretur: sicut declaratum est in primo articulo quantum ad illud quod debetur merito personali: et in secundo art. quantum ad illud quod debetur virtute sacrificii. Si ita esset. tunc celebrans pro duobus non solveret debitum isti. ¶ Ibi. Sed nunquid in casu aliquo speciali satisfaciat iste qui tenetur ad unam missam pro eo si celebrat simul pro eo et alio. Hic recitat unam opinionem que dicit quod ubi est rationabilis consuetudo qualis est quod anniversaria celebrentur in ecclesiis in quibus corpora sepeliuntur et in quibus ipsi mortui dum vixerunt perceperunt ecclesiastica sacramenta. Si ergo contingat plura anniversaria concurrere satis fit illis multis per unam missam: quia iste non obligatur ad impossibile vel omnino ad inconveniens illi ecclesie in qua ministratur: cuiusmodi esset ibi eodem die plures missas pro mortuis solenniter celebrare. secus est de pauperibus religiosis et sacerdotibus non curatis nec collegiatis: tales. n. tenentur ad singulas missas propter singulas obligationes: nec excusaret eos consuetudo de non celebrando plures missas eodem die: quia tantum licet eis ad illa se obligare de quibus fuerint certi quod possint complete solvere. ¶ Ibi. Aliter dici potest. Hic doc. expresse videtur tenere quod non possit satisfieri in una missa solenni simul pluribus anniversariis: et hoc si illa missa sit obligata uni anniversario: quia tunc tenetur satisfacere secundum intentionem obligantis. ut supra patuit. Dicit tamen quod ille qui obligavit sacerdotem ad anniversarium potest cedere iuri suo: ut sacerdos non teneatur celebrare missam tantum pro se: sed quod etiam sic possit celebrare pro aliis: et tunc in isto casu potest sacerdos obligatus ad dicendum missam pro uno etiam simul satisfacere pro aliis ex cessione illius obligatio. Et addit quod si aliquis nesciens modum illius ecclesie intendit simpliciter obligare ad tantum ad quantum obligavit sacerdotem simplicem non curatum: non videtur quod iste satisfiat nisi sibi reddatur tantum in ecclesia collegiata. scilicet propria missa quantum teneretur reddere sacerdos non curatus. quia consuetudo specialis est isti incognita: et licite ignota: quia ille non tenetur scire consuetudines speciales ecclesie. si tamen sciret tales consuetudines et cederet iuri suo: ut supra dixi: tunc posset satisfieri pro eo et aliis: si igitur vult sacerdos propter suam consuetudinem sibi notam alicui exprimat eam ignoranti illam: et si consentiat quod secundum illam consuetudinem sibi satisfaciat bene quidem: quia tunc satisfacit sibi et aliis secundum consuetudinem illius ecclesie in eadem missa. Si vero non consentiat: tunc non satisfacit. ¶ Quod ergo allegatur rationabilis consuetudo tanquam satisfaciens. Dicit Doctor quod licet absolute possit esse rationabilis consuetudo scilicet quod in eodem die in hac ecclesia non dicatur missa solennis pro mortuis: nisi una: tamen in casu aliquo scilicet quia iustitia requirit pro singulis obligationibus singulas missas dici: tunc non potest esse rationabilis consuetudo ut una tantum dicatur: quia eque requiritur iustitia in ecclesia collegiata: sicut a simplici sacerdote nisi ille cui sacerdos tenetur: velit cedere iuri suo saltem implicite acceptando pro se consuetudinem illius ecclesie quam non debet presumi acceptare nisi talis consuetudo sit sibi nota. ¶ Et cum dicitur quod non tenetur ad impossibile vel ad inconveniens: dicit quod si est consuetudo in hac ecclesia approbata factum est simpliciter inconveniens hic plures missas dici mortuis eodem die: isti non licet se obligare aliquibus obligationibus ex quibus sequeretur secundum iustitiam debere plures missas dici. Si ergo obligatus est ad unam missam illo die non obliget se ad aliam: quia esset inconveniens in hac ecclesia: et licet sit rationabilis consuetudo de una misse: tamen non stat absolute esse rationabile quod simul satisfaciat aliis: ut supra dixi et patet tota littera sequens usque in fine. q.

Prima conclusio doc.

Secunda.

nota hic quod modo in una missa solenni non potest satisfieri pro pluribus anniversariis

¶ Questio Vigesimaprima.

Circa questionem vigesimam primam sive ultimam querit Doct. An ponens mundi eternitatem possit sustinere aliquem ultra bene fortunatum.

¶ Questio ista non querit de quocunque modo ponendi eternitatem: sed precise de modo ponendi philosophi: an scilicet cum illis principiis philosophi que ponuntur octavo physicorum propter que ponit mundum esset eternum posset stare aliquem esse bene fortunatum: non potest autem aliquarum positionum compossibilitas videri vel repugnantia nisi utraque positio videatur. Hic ergo primo videndum est de positione ponentis aliquem esse bene fortunatum et specialiter illa que tangitur in libris de bona fortuna que dicitur fuisse Aristote. secundo videndum est de positione huius mundi eternitatis que habetur ex octavo physicorum et multis aliis locis. Tertio patebit si est inter istas positiones repugnantia. ¶ Quantum ad primum sententia philosophi de bona fortuna ad duo reduci: primo an bona fortuna sit: et quomodo sit. Secundo propter quid sit: sive propter quam causam sit. primum istorum requirit tria. Primo: an fortuna sit. Secundo an bona fortuna. Tertio: an aliquis sit benefortunatus. ¶ De pri-

Titulus questionis exponitur.

Declaratio q.

mo habetur succincte veritas in tribus conclusionib⁹. Prima est affirmatiua z communi conceptui plurium consona scilicet q aliquid euenit a fortuna. z hoc philosophus nõ probat. sed supponit manifestum esse z consonum communi cõceptui plurium z talem philosophãdi modum habuit communiter Arist. quia supponit semper communiter concessa sicut patet: ponens locum esse immobilem: sicut communiter omnes concipiunt: licet hoc inquirendo per rationem videatur difficile; vt patet quarto physico. tex. com. 41. vbi vult in fine textus q locus sit vltimum continentis immobile primo: vbi aliter non probat locum esse immobilem: sed supponit vt concessum cõmuniter: z quomodo illa diffinitio loci intelligatur. vide doc. in scdo. di. 2. q. 6 de loco angelorum. Hoc etiam modo ponit tempus esse idem numero vbique quia cõmuniter omnes hoc concipiunt. si autem non: nõ erit. vult dicere q si motus factus: puta in vna hora sit vn⁹ a numero: ita z tempus mensurans illum motum erit vnum numero. Hoc ergo modo philosophandi poterat philosophus accipere tanq̃ cõmuniter concessum q aliquid euenit a fortuna. manifestum est enim q agenti a proposito aliquid euenit preter intẽtionem: z illud dicitur fortuitum siue effectus fortuitus: z talis effectus sic eueniẽtis fortuna est cã: qualis autem causa sit patet secundo physi. tex. cõ. 52. vbi phũs declarat q fortuna est causa per accidens eorum que eueniũt in minori parte actione agentis a proposito. z accipitur hic in minori parte pro quanto eueniunt preter intentum agentis a proposito: vt prolixe patet a Doc. in primo. dist. 2. q. 4. vnde phũs secundo physicorum. tex. cõ. 22. Manifestum itaq; q fortuna causa sit sm accidens in his. s. z eorum que in minori sunt sm propositum eorum que propter hoc sunt. i. que sunt propter finem: vbi circa idem z intellectus z fortuna est: idest q agens a fortuna est agens per intellectum: sicut z agens a proposito est agẽs per intellectũ diceretur tamẽ: q agens per intellectum z a proposito est causa per se effectus quẽ intẽdit: agẽs vero per intellectu; z a fortuna est tñ causa per accidẽs effectus qui euenit preter intentionem agentis per intellectum z a proposito.

